MONUMENTS INÉDITS SUR L'HISTOIRE DU TIERS-ÉTAT



CARTULAIRE MUNICIPAL

DE LA VILLE

DE MONTÉLIMAR


(DRÔME)

Publié d'après les documents originaux
conservés aux Archives de la commune, etc.

PAR

l'Abbé C.-U.-J. CHEVALIER

Correspondant du Ministère de l'Instruction publique, Officier d'Académie.



MONTÉLIMAR
IMPRIMERIE ET LITHOGRAPHIE BOURRON
—
1871

NOMBRE DU TIRAGE :

300	exemplaires en papier	fort,	collé;
65	—	—	de couleur;
3	—	—	très-fort;
3	—	sur format in-4°.	

N° 



NOTE PRÉLIMINAIRE

L'accueil sympathique fait au prospectus de cet ouvrage à la fin de 1868, nous engagea à n'en pas retarder l'impression; les délais qu'elle a subis ont eu pour cause la nécessité de collationner au loin plusieurs textes, non moins que les circonstances qu'elle a traversées. Le volume même que nous offrons présentement au public érudit ne renferme que les chartes ou le *Cartulaire* proprement dit de la ville de Montélimar : la table et l'introduction paraîtront postérieurement, ainsi qu'un supplément, s'il y a lieu. Nous nous bornerons, pour le moment, à indiquer en quelques mots les diverses sources mises à contribution pour former ce Cartulaire factice.

Il faut placer en première ligne les archives de la ville de Montélimar, dont l'accès nous a été facilité par l'entremise de M. Lud. Vallentin, archéologue distingué. A peu d'exceptions près, nous y avons retrouvé toutes les pièces analysées dans un *Inventaire* dressé en 1662, qui fait partie des mêmes archives. Comme on doit le penser, il nous a été impossible de songer à les publier dans leur ensemble : nous avons cru faire un choix judicieux en donnant intégralement les pièces relatives aux libertés municipales, et par extraits celles de quelque intérêt pour les annales de la ville.

Sous le nom de *Recueil A*, nous avons désigné un registre renfermant les *Titres des priviléges, libertés et franchises accordés par les seigneurs souverains de la ville de Montélimart*, qui appartient à M. Léop. Faure, à Grignan, et dont on trouvera la description détaillée dans la *Notice historique* sur cette localité par M. l'abbé Fillet. L'abréviation A^2 indique une copie du registre A, faisant partie du cabinet

du même collectionneur. La lettre *B* renvoie à un recueil différent, formé d'une collection de 80 pièces relatives à Montélimar, en partie transcrites au XVIIIe siècle par le notaire Candy, et aujourd'hui possédées par M. de Planta, à Montélimar : il renferme, outre un grand nombre de chartes qui lui sont communes avec le recueil A, bien des documents que nous avons vainement cherchés ailleurs. Enfin, sous le nom de *Recueil C*, nous avons compris un petit registre du XIVe siècle, qui nous a été obligeamment communiqué, ainsi que la charte XXXIII, par M. Morin-Pons, l'auteur de la *Numismatique féodale du Dauphiné*.

L'indication des autres pièces recueillies parmi les manuscrits de la Bibliothèque nationale, à Paris, de celles des villes de Grenoble et de Carpentras, des archives des préfectures de l'Isère et de la Drôme, etc., nous paraît suffisante au bas de chacune d'elles pour ne nécessiter aucun nouveau détail.

Peut-être y aurait-il à s'excuser ici de l'honneur fait à certaines pièces fausses des recueils A et B, que l'on trouvera insérées à leur ordre chronologique en tête de ce *Cartulaire*. Leur défaut d'authenticité sera évident pour quiconque s'occupe de diplomatique : il n'en était pas moins utile, en raison de leur fréquent emploi dans quelques travaux généalogiques, de les livrer à l'appréciation du public érudit.

Nous n'insisterons pas de nouveau sur l'importance des pièces renfermées dans ce volume ; nous serions heureux de pouvoir achever prochainement une publication dont l'utilité n'est point bornée au département qu'elle intéresse plus directement. Qu'il nous soit permis, en terminant, de renouveler l'expression de notre gratitude à tous ceux qui ont bien voulu nous accorder leur concours.

Romans, 30 avril 1871.

CHARTULARIUM

CIVITATIS

Montilii Ademarii



CHARTULARIUM

CIVITATIS MONTILII ADEMARII

I*. 3 *mai* 790.

In Christi nomine Jesu crucifixi virginisque ejus matris intactæ, amen. Anno Incarnationis ejusdem Domini septingentesimo nonagesimo et die tertia mensis maii, festo Inventionis sanctæ Crucis, pontificatus summi in Christo patris domini nostri Adriani pontificis primi, divina favente clementia papæ, anno decimo nono, invictissimi, illustrissimi religiosissimique principis Caroli magni, anno regni ejus Gallorum vicesimo tertio, imperii Romanorum vero undecimo. Notum sit omnibus hominibus, tam præsentibus quam futuris, controversiam fuisse inter illustrem Giraudum Hugonem Adaymarii de Montilio ex una, et illustrem Giraudum Lambertum Adaymarii de Montilio fratres ex altera, filios illustrium quondam Hugonis Giraudi Adaymarii de Montilio et Yolandæ Thursin de Tholosa, filiæ illustris quondam Issaureti Thursin ultimi regis Tholosani, conjugum, dominorum Montilii Adaymarii in imperio, Valentinensis diœcesis, inter flumina Rhodani et Robionis, vice-comitum Massiliæ et ducum Genuæ viventium, scilicet pro bonis omnibus et hereditatibus contingentibus supradictorum illustrium patris et matris ac paternis, quomodocumque aut ubicumque sint vel consistant ; volentes, inquam, supradicti illustres duo fratres plenum facere compromissum, obedire et stare cognitioni et ordinationi et mandato et omnimodæ voluntati, et servato juris ordine vel non servato, illustris principis Izaureti Thursin, primi comitis Tholosæ, filii supradicti illustr. Izaureti ultimi regis Tholosani, fratris patruelis dictæ ill. Yolandæ et avunculi supradict. contrahentium, et illorum quos secum habere voluerit, super omnibus quærimoniis, jurgiis, quærelis et rancuriis quas facient vel facere possent invicem, per se et liberos et homines suos, et quod ill. supradictus Izauretus comes et avunculus possit in partibus prædictis componere et de rancuris expetere compro-

missum a partibus non expositis coram ipso, convenerunt et constrinxerunt ipsi illustres nepotesque fratres supranominati, sub pœna mille marcharum auri puri et fini, se servaturos, pro se et liberis præsentibus et futuris et hominibus suis, mandatum seu mandata quod aut quæ dictus ill. Izauretus avunculus comes faciet super jurgiis et quærelis quæ coram ipso ab utraque parte motæ erunt vel moveri possent, et de aliis omnibus de quibus ipse voluerit (juribus paternis et maternis contingentibus tantum) inter ipsas componere et mandare : qua pœna prædicta commissa et exacta, sæpe sæpius mandatum seu mandata ab ipso ill. avunculo com. vel ab alio nomine ejus prolata nihilominus in sua maneant firmitate, et quod ill. supradictus Izauretus, comes de Tholosa, avunculus possit rancuras motas vel movendas.., die feriato vel non, una die vel pluribus, simul vel separatim dirimere et ut visum fuerit finire, et quærimonia non exposita et compositionem inter partes facere, et de pœna an sit commissa cognoscere, et partem contumacem in pœna jamdicta parti obtemperanti et obedienti condemnare vel sibi si maluerit retinere.., et propter commissionem pœnæ compromissum non expiret, imo duret et plenam obtineat roboris firmitatem ; et si aliqua quæstio vel dubietas oriretur super compromisso vel super mandatis.. proferendis.., per ill. supradict. dom. Izauretum.., arbitrum arbitratorem seu communem amicabilem compositorem.., interpretetur et declaretur, et ejus interpretationem debeant ill. nepotesque fratres inter se in perpetuum observare ; et quod ita teneant et servent, pro se et hominibus et liberis suis.., et contra non veniant, per solemnem stipulationem promiserunt et sub obligatione omnium bonorum suorum et liberorum suorum et tactis sacrosanctis Evangeliis juraverunt, renuntiantes illi legi quæ dicit nullum arbitrum debere fieri cum juramento. Eodem igitur anno et die quibus supra, invocato prius nomine Jesu immensæ bonitatis et unicæ Trinitatis, pro nobis peccatoribus et fidelibus pœnitentibus crucifixi, Nos Izauretus Thursin, dominus princepsque comes de Tholosa, avunculus supradict. nepotumque fratrum tractantium, arbiter arbitrator seu amicabilis compositor.., in præsentia et beneplacito ill. Hugonis Adaymarii de Montilio, avunculi patrui supradict. fratrumque nepotum nostrorum, ad dirimendas et sopiendas quæstiones quæ inter ipsas partes supradict. ad invicem vertebantur et erant coram nobis diutius agitatæ, in modum infra scriptum componendo definimus et componendo statuimus: Imprimis volumus, præcipimus et ordinamus quod omnia, res et jura, quæ ab antiquo fuerunt ab illustribus Adaymariis majoribus et prædecessoribus dict. nostrorum nepotumque fratrum in imperio, trans Rhodanum, pertineant pleno jure ill. Giraudo Hugoni Adaymarii de Montilio, primogenito nepotique nostro, quoquomodo sint et ubicumque consistant.., sive sint urbibus, fortalitiis, castris, burgis, homagiis, jurisdictionibus, feudis, retrofeudis, vassallis, hominibus, mulieribus, ecclesiasticis regularibus vel secularibus, honoribus, censibus, servitiis, vectigalibus, pedagiis, pulveragiis, leydis, nemoribus, molendinis.

molituris et aquarum excursibus, furnis, furnagiis et redditibus omnibus, cum eorum pertinentiis et appendentiis et cum omnimoda jurisdictione alta et bassa, mero et mixto imperio : si tamen ipse ill. supradict. Giraudus Hugo neposque frater decesserit vel ab hoc mortali seculo migraverit sine herede masculo... ex suo corpore legitime procreato.., omnia supra jam dicta et distributa in imperio... perveniant et pertineant pleno jure et sine aliquali contradictione dicto ill. Giraudo Lamberto Adaymarii de Montilio nepotique fratri; et reliqua jura omnia, res et bona, quæ fuerunt ab antiquo ab ill. majoribus et prædecessoribus illorum nepotum nostrorum Adaymariorum et sunt de præsenti in regno citra Rhodanum, attineant et pertineant pleno jure et insolidum ill. Giraudo Lamberto Adaymarii de Montilio, nepoti nostro postnato, sive sint in diversis provinciis et diœcesibus, tam in urbibus quam in fortalitiis, *ut supra*, in quoquomodo consistant et consistere possint (baroniis tamen de Barjaco et de Montecluso, Uticensis diœcesis, exceptatis), quas quondam dictus ill. Hugo Giraudus Adaymarii de Montilio, pater dict. fratrum contrahentium, dederat primonato filio in contractu matrimonii cum ill. supradicta Yolanda Thursin de Tholosa.., ut apparet in dicto contractu matrimonii de anno Domini septingentesimo vigesimo octavo, die vero ultima mensis januarii, recepto Narbonæ per magistrum Saturninum Bonipar notarium, genitorem meum, habitatorem Tholosæ, cum magistro Laurentio Scoferio notario, habitatore Narbonæ, quas baronias ipse Giraudus Hugo Adaymarii de Montilio, frater primo natus ipsius Giraudi Lamberti Adaymarii de Montilio possidebit et sui imposterum successores, cum omnimoda jurisdictione alta et bassa, mero et mixto imperio et cum eorum redditibus et emolumentis omnibus, sine ulla contradictione, et de cetero sit ipse nepos Giraudus Lambertus Adaymarii... contentus, ita ut nihil amplius super bonis paternis, maternis, patruis, amitis et materteris.. petere possit : si vero ipse Giraudus Lambertus... mortem ab hoc seculo cum vita commutaverit sine herede masculo.., omnia ea supra jam dicta data, donata et concessa in regno... perveniant pleno jure et sine aliquali contradictione supradicto ill. Giraudo Hugoni fratri primogenito, heredibus et successoribus suis in infinitum, et pax perpetua et finis sit inter fratres nepotesque supradict. contrahentes. Et ad satisfactionem, contemplationem et sententiam probantis supradictæ transactionis inter ill. jamdictos nepotes, et ut melius vivant in futurum in vero, mutuo, sincero et fraternali amore, supra jam dict. ill. Hugo Adaymarii de Montilio, patruus, et illustris Brigitta comitissa de Aquitania, prædilectissima conjux sua, de communi consensu et assensu, mutuis reciprocis voluntatibus, nullos habentes liberos nec ullam spem habendi post sanguinolentam mortem trium filiorum interfectorum eorum, in exterminatione crudelissimorum impiorumque Saracenorum in insula Corsicæ facta de mandato expresso Romanorum et regis Gallorum per ill. avum Lambertum et supradict. Hugonem Giraudum Adaymarii de Montilio, filium dicti Lamberti et patrem supradict. ill. con-

trahentium, dicti igitur ill. conjuges, non coacti, seducti nec inducti, sed mera et spontanea voluntate moti, dant et concedunt de præsenti et in futurum dictis ill. nepotibusque fratribus et eorum heredibus et successoribus legitimis, omnia eisdem ill. conjugibus Hugoni et Brigittæ data in eorum contractu matrimonii de anno Domini septingentesimo trigesimo septimo, die vero quarta mensis martii, recepto Burdigalæ in Butirigibus per magistrum Hannibalem de Comis et alios publicos notarios habitatores, per illustres quondam Lambertum et Hugonem Giraudum, heredem.. ill. Lamberti Adaymarii de Montilio, ducis Genuæ, vice-comitis Massiliæ et domini baronis Montilii Adaymarii in valle Valdania, inter flumina Rhodani et Robionis, Valentinensis diœcesis, patris dicti Hugonis Giraudi heredis et etiam dicti Hugonis Adaymarii munifici, et etiam per illustres Humbertum et Robertum comites Aquitaniæ, patrem et fratrem dictæ ill. Brigittæ, volentes et intendentes dicti conjuges largitores quod omne jus legitimæ ill. defunctæ Magdalenæ de Burgundia matris dicti Hugonis munifici perveniat in solidum dicto Giraudo Hugoni, primogenito nepotique heredi universali, et jus etiam omne legitimæ ill. defunctæ Lauræ de Bearn, matris dictæ Brigittæ, perveniat dicto ill. fratri suo Roberto de Aquitania comiti sine ulla contradictione, et quod statim post eorum obitum ipsi ill. fratres et nepotes in possessionem inducantur sine aliquali difficultate et contradictione alicujus nec aliquorum oppositione, et postea ad libitum eorum dict. hereditatem æquis portionibus dividatur ; et ad majorem firmitatem omnium præmissorum, super sancta Dei Evangelia dicti ill. conjuges tactis manibus juraverunt. Actum et recitatum fuit hoc Tholosæ, in castro et fortalitio dicti ill. comitis, arbitri et avunculi supradicti, vocato Narbonensis, præsentibus testibus illustribus dominis dom° Odoacere comite Belgii, dom° Lazaro Thursin comite Narbonæ, fratre ill. Izaureti comitis Tholosæ, dom° Amalrico de Belveze barone baroniarum de Belveze et Montis-Girardi, dom° Joanne Ancelino comite Soleti et barone Ancelini, nobilibus Stephano de Bonneval, Servino de Narbona, Ludovico de Monteacuto, Lamberto de Molibus, Hugone de Bellovisu, Servino de Turribus, Joanne de Platea, Humberto de Montibus, Antonio Pellicerii, Duranto de Melva, Francisco de Silva, Claudio Serrano, Gaucherio de Cornu, Benedicto Fornerio, Stephano de Sanguine, Servino Bonifilii, Antonio Moli, Hugone de Sancto Saturnino, Petro Gaucherii, Philippo Itri, Bartholomæo de Castello, Amantio de Sancto Servino, Petro de Florentia, Isnardo de Sancta Maria, Izoardo de Turribus, Benedicto et Guillelmo de Sancto Genesio fratribus, Hectore Bonifilii, Marco Antonio de Plano, Philippo Scoferio, Joanne Belliloci, Claudio de Rupe, Alzeario, nobilibus, egregiis et probis viris, judicibus, causidicis, sindicis, consiliariis, procuratoribus, vassallis, scutiferis, vexillariis, et nobis notariis subscriptis, cancellariis ad hæc vocatis et rogatis, Silvestro Bompar cancellario et notario dicti ill. comitis dom. arbitri avunculi, una mecum Hugone Bouloussa, notario et cancellario dominorum meorum fratrumque partium, de mandato ipsorum ill.

comitis et nepotum, præsentem cartam scripsimus, signavimus et ad perennem rei memoriam et robur in antea valiturum bullarum illustris arbitri et nepotum munimine communivimus bullavimusque in testimonium præmissorum.

(*) Pièce fausse dans les recueils A, A² et B (n° 1), avec ce titre : *Sententia arbitralis ad divisionem bonorum illustrium Adhemariorum de Montilio, lata per illust. principem Izauretum Thursim, Tholosæ comitem, inter ill. Giraudum Hugonem Adhemarii de Montilio, ex una, et ill. Giraudum Lambertum Adhemarii de Montilio fratres, ex altera, filios illust. quondam Hugonis Giraudi Adhemarii de Montilio et Yolandæ Thursim de Tholosa conjugum, dominorum Montilii in valle Valdenia, vice-comitum Massiliæ et ducum Genuæ.* A la fin. « Extractum in archivis marchionatus Gardæ ab uno pergameno cotato *Yoland,* in armario Montilii et in saco transactionum, ad mandatum magnificæ et potentis dominæ dom. Joannæ Adaymarii Montilii de Grignano matrisque tutricis magn. et pot. domi d. Ludovici Scalin Adhemarii de Montilio, domini marchionis marchionatus de Guarda Adhemarii, in valle Valdeniæ et in diœcesi Tricastina.— Extrait des archives et parchemin que dessus non vicié ni altéré, à nous notaire royal exhibé et après retiré par Mre Durand Arnaud prêtre et archiviste de la maison de La Garde, led. extrait écrit d'autre main à nous fiable et due collation faite nous sommes signé à La Garde le 15e mars 1637. Arnaud pretre archiviste, Veyrenc notaire, Dupré nore, Bayle nore. »

II*. 6 *juin* 830.

In nomine Creatoris et Redemptoris Domini nostri Jesu Christi crucifixi, gloriosissimæ virginisque ejus matris inviolatæ, amen. Anno Incarnationis Domini ejusdem DCCC°XXX° et die festo beati Claudii pontificis, VIº mensis junii, pontificatus summi in Christo patris pontificis domini nostri domi Gregorii, divina disponente clementia papæ IVi, anno sui pontificatus IIIº, illustriss. religiosissimique principis Ludovici primi Romanorum imperatoris, anno sui imperii decimo sexto et regis Gallorum regnantis ut supra. Cum controversiæ, jurgia, iræ, quærimoniæ, petitionis et quæstionis materia orirentur seu verti et oriri sperarentur de præsenti vel in futurum inter illustres spectabilesque dominos dd. Lambertum Giraudum Adaymarii de Montilio, dominum et ducem Genuæ, vice-comitem civitatis Massiliæ, et dominum et baronem baroniæ Montilii in imperio et in ejus valle Valdania, inter flumina Rhodani et Robionis, Valentinensis diœcesis, ex una, et ill. Carolum et Giraudum Adaymarii de Montilio fratres paternales supradicti ill. Lamberti Adaymarii de Montilio heredis, filiosque ill. quondam Giraudi Hugonis Adaymarii de Montilio et Brigittæ d'Albret conjugum, viventium ducum Genuæ, vice-comitum Massiliæ civitatis atque etiam dominorum Montilii in summa potestate, in imperio et in ejus valle supradicta, ad causam bonorum paternorum et maternorum ; tandem dicti ill. spectab.que fratres litigantes et contrahentes, volentes et cupientes de et super prædictis ad bonam pacem et concordiam devenire, tractante ill. reverendiss. in Christo patre et domino dom. Adaymario de Montilio, archiepiscopo Maguntiacensi, fratre ab utraque parente, arbitro arbitratore atque commune et amicabile compositore supradict.

fratrum contrahentium, ibidem præsente, per viam transactionis et amicabilis compositionis convenerunt, transegerunt et pepigerunt in modum qui sequitur : In primis ex causa dictæ transactionis.., tractante transactore.., quod dict. frater Lambertus Adaymarii de Montilio, primogenitus et heres universalis, cedat et remittat et desamparet de præsenti et in futurum ill. Carolo Adaymarii de Montilio, fratri suo postnato, filiolo invictiss. illustrissimique principis Caroli magni Romanorum quondam imperatoris et Gallorum regis, pro omni jure legitimæ paternæ et maternæ, pro se, heredibus et successoribus suis in infinitum, sub homagio ligio in qualibet mutatione domini vel vassalli, palatium majorum parentum et prædecessorum nostrorum, quod est in civitate Tricastina, cum ejus platea et vectigalibus in omnibus foris et nundinis exigendorum consuetis juxta dict. palatium a parte occidentis, ab superlectile luculenter paratum et instructum, semel tantum ; burgum etiam juxta mœnia dictæ civitatis Tricastinæ a parte venti, ab antiquo vocatum burgum Adaymariorum, cum omnimoda jurisdictione alta et bassa, mero et mixto imperio, proprietates omnes et ejus servitia, redditus, jura, emolumenta, homagia, feuda, retrofeuda, pedagia, pulveragia, leyda, molendina, molitura et aquarum decursibus, furna, furnagia intus et extra dict. civitatem Tricastinam, territorium et mandamentum ejusdem, fortalitia, castra, mandamenta de Barre et Cabreriis, cum eorum matzagiis[1] omnibus dependentibus a supra dict. duobus castris, grangiam sitam in plano Grignani extra ripariam Licii, mandamenti de Barre, simulque burgum contiguum, leporarium dictæ grangiæ, a quibusdam annis vocatum burgum Bonæ-Helenæ, matris undecim liberorum masculorum, a quodam Francisco Faucherio et a supra dicta Bona-Helena conjuge (monasterio tamen Sancti Martini super montem Podii extra Licium, dict. grangiam prope et dict. burgum a parte venti, excepto) constructo et dotato a prædecessoribus nostris cum innumerabilibus beneficiis, privilegiis et franchesiis de quibus gaudent monachi ibidem de præsenti residentes, turrim de Mayana et illam de Palude, et cum eorum villis et villulis in dict. mandamentis de Barre et Cabreriis, Tricastinensis diœcesis, cum omnimoda jurisdictione alta et bassa, mero et mixto imperio, cum eorum fortalitiis, castris, furnis, furnariis, molendinis, molituris, juribus, homagiis, feudis, retrofeudis, pedagiis, pulveragiis, leydis, censibus, servitiis, nemoribus, redditibus omnibus. Dat etiam præterea ipse ill. Lambertus... dicto ill. Carolo fratri suo quatuor mille solidos Turonenses annuales et pensionales, exigendos super pedagerios pedagii baroniæ Gardæ Adaymarii, Tricastinensis diœcesis, scilicet duo mille in festo nativitatis beati Joannis Baptistæ mense junii, aut locum integrum Petræ Latæ Tricastinensis diœcesis, fortalitia, castrum, burgum et territorium ejusdem cum omnimoda jurisdictione, pro supradict. quatuor mille solidis, ad libitum et optionem dicti ill. Lamberti..; dat etiam sub eodem homagio ligio in qualibet mutatione domini vel vassalli, ipse ill. Lambertus.., de mandato expresso.. dom[i] Adaymarii archiepiscopi Maguntia-

cens.., ill. Giraudo Adaym.., fratri minori nato,.... palatium majorum parentum et prædecessorum nostrorum, quod est in civitate Aureycæ perbene instructum, semel tantum, ac omnes etiam proprietates, census, servitia, homagia, feuda, retrofeuda, redditus intus et extra supradict. civitatem, grangiam de Huchano cum omnibus domibus, cazalibus et bestiis bovinis et rossalinis et ustencilibus omnibus necessariis ad laboragium, hortis, virgultis, pratis, vineis, terris cultis et incultis, cum locis etiam et alta villa de Albano et Buxedone et de Rupe Acuta, Auryacensis diœcesis et Tricastinensis, cum omnimoda jurisdictione (*ut supra l.* 40)..., villis, villulis et eorum territoriis et mandamentis.., vectigalibus et redditibus omnibus quibuscumque a supradict. locis et territoris pertinentibus ; dat insuper ill. Lambertus.. dicto ill. Giraudo Adaymarii.. quatuor mille solidos Turonenses annuales et pensionales, exigendos super pedagerios baroniæ Grignani Diensis diœcesis, scilicet duo mille in festo Nativitatis Domini et duo mille restantes in festo nativitatis beati Joannis Baptistæ precursoris Domini mense junii, aut locum, fortalitium, castrum, burgum et territorium Valreaci, Vazionensis diœcesis, cum omnimoda jurisdictione alta et bassa, mero et mixto imperio, pro compensatione dict. quatuor millium solidorum, ad libitum tamen, optionem et voluntatem dicti ill. Lamberti primogeniti et heredis... Sic juraverunt super sancta Dei Evangelia manualiter tacta et ipsi ill. Carolus et Giraudus Adaymari de Montilio, fratres dicti heredis, nihil aliud petere possunt de præsenti nec in futurum ab ill. Lamberto Giraudi Adaymarii de Montilio eorum fratre.. super bonis paternis, maternis, avunculis, fratribus, sororibus, consanguineis et nepotibus quoquomodo.. ; nec etiam idem ill. Lambertus... nihil petere possit.. nec sui super bonis, juribus et rebus datis ipsis duobus fratribus per ultimas voluntates patris et matris.., nec etiam super omnibus castris eisdem ill. Carolo et Giraudo fratribus datis per illustriss. principem Carolum Magnum imperatorem Romanorum quondam, ad remunerationem servitiorum factorum tam in guerris quam in treugis, ducentibus eorum exercitus contra impios crudelissimosque Saracenos, Saxones et alios vafros principes inimicos nominis et religionis Christianorum ; et ipsi ill. Carolus et Giraudus.. nihil aliud petere nec exigere intendunt nec sui imposterum heredes et successores a dicto eorum ill. fratre Lamberto... de privilegiis, immunitatibus, vectigalibus concessis et elargitis eorum prædecessoribus in diversis portubus maris, tam per antiquum senatum Romanorum quam per alios diversos imperatores et principes, etc. ; et sit pax perpetua et amor reciprocus inter ipsos ill. fratres ; et supra jam dictus ill... dom. Adaymarius arbiter, archiepiscopus Maguntiacen., non coactus.., sed bona fide et amore fraternali motus, dat et remittit per præsentem transactionem ill. Lamberto Gir. Adaym. fratrique universali heredi.., heredibus et successoribus suis in infinitum, omnia bona sua tam paterna quam materna, volens insuper de prædict. rebus datis de præsenti et eadem hora se in possessionem inducere,

devestiens se... in favorem ipsius fratris.. et successorum suorum.. sine revocatione aliqua, mittens manum suam dexteram supra pectus more sacerdotum, ad corroborationem et rerum supra datarum, substitutionibus omnibus inclusis, incipientibus a matrimonio ill. avorum Lamberti Adaymarii de Montilio et Magdalenæ de Burgundia de anno Dom. sexcentesimo octuagesimo quinto, die vero nona mensis januarii, Matiscone recepto per Isnardum de Macone, notarium publ. habitatorem. Actum Barcinonis in Gothalania, testibus præsentibus ill. Baudovino Arduennæ comite, Humberto Campaniæ comite, nobilibus, egregiis probisque viris dominis dom. Philippo de Melassio, dom. Joanne Lausan, Isnardo Savelli, Amalrico de Portu, Hugone La Mota, Stephano Boniparis, Laurentio Bonæfidei, Petro Serrano, Ludovico de Savassia et pluribus aliis.. fide dignis, et nobis Hugone Boulousa, cancellario et notario ill. partium, et Bernardo de Florentia, habitatore Barcinonis notario publ., de mandato partium scripsimus, bullavimus hanc cartam præsent. bullæ rev^di^ archiepiscopi et ill. partiumque fratrum, et ad hoc rogatos... signavimus propriis manibus nostris signo nostro consueto et ordinario, ad corroborationem et in testimonium omnium præmissorum.

(*) Pièce fausse dans les recueils A, A² et B (n° 2), avec ce titre : *Transactio inter illust. Giraudum Adhemarii de Montilio, ducem Genuæ, vice-comitem Massiliæ, baronem et dominum Montilii in imperio, ex una, et ill. Carolum et Giraudum Adhemarii de Montilio fratres, filios defunctorum ill. Giraudi Hugonis Adhemarii de Montilio et Brigittæ d'Albret, ex altera*. A la fin : « Extract. ex arch. marquisatus Gardæ Adhemarii ab uno pergam... coltato *d'Albret*, in armario Montilii et in sacco transactionum, *ut supra*. — Extrait, comme ci-devant,.. le 15 mars 1637... » — Texte impr. dans les *Annales de l'abb. d'Aiguebelle*, t. I, p. 440-4.

(1) Var. *introgiis*.

III*. *25 janvier* 833.

In nomine sanctissimæ et individuæ Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti, et ad gloriam benedictæ virginisque matris suæ Mariæ inclytæ, amen. Anno Incarnationis ejusdem Filii DCCC°XXXII°, die vero xxv^a^ mensis januarii festoque conversionis sancti Pauli apostoli, vas electionis et martyris Xpisti, in præsentia nostrorum notariorum et testium.., in castro Sancti Saturnini de Portu, Uticencis diœcesis, in claustro Sancti Petri et camera nobilis Arnulphi Arnaudi de Sancto Remigio, domini prioris ejusdem, pontificatus summi in Christo patris et dom^i^ nostri d. Gregorii, divina providentia papæ IV^i^, anno sui regiminis et administrationis v°, ill. Lambertus Giraudus Adaymarii de Montilio, heres universalis ill. quondam Giraudi Hugonis Adaymarii de Montilio et Brigittæ d'Albret conjugum, ducum Genuæ, vice-comitum Massiliæ et dominorum baronum Montilii Adaymarii in summa potestate baroniarumque et locorum dependentium a supradicta baronia in valle Valdania, sita intra flumina Rhodani et Robionis, Valentinensis diœcesis, non coactus,.., sed amore sincero

et fraternali motus, dedit et donavit donatione pura et irrevocabili inter vivos.., per se et suos imposterum successsores ill. Carolo Adaymarii de Montilio, fratri suo post nato, et suis in infinitum heredibus et successoribus masculis, baroniam integram et insolidam de Garda Adaymarii, Tricastinensis diœcesis, cum omnibus eorum fortalitiis, castris, burgis, districtibus, juribus et redditibus et emolumentis omnibus ab eadem baronia dependentibus et emergentibus, cum mero et mixto imperio, et omnimoda jurisdictione alta et bassa (homagio ligio sibi reservato in qualibet mutatione domini et vassalli), super castris, feudis et retrofeudis locorum de Petralata, de Duzera, de Monte Pancerio, de Castro Novo ad Rhodanum, de Raco, de Alondo, de Monte Boscherio, de Espeluchia, de Rupe Forti, de Toschia, de Portis, de Podio Giraudonis, de Bastida Rollandi, de Sauzeto, de Sancto Genesio, de Laupia, de Marsana, cum suo feudo Boni Loci, de Clivo de Andranis, de Sancto Gervasio, de Podio Sancti Martini, de Valle Aurea, cum feudis ejusdem Deusfecit, de Barreto et de Sancto Nazerio, de Rossassio, de Clansays, Valentinens. et Tricastin. diœcesis; pari modo dedit et concessit, sub similibus formis et conditionibus.., dictus ill. Lambertus.. ill. fratri suo Giraudo Adaym. de Mont... baroniam integram et insolidam de Grignano, Diensis diœcesis, cum omnibus eorum fortalitiis, castris, burgis. territoriis, emolumentis et redditibus.., quoquomodo consistant et consistere possint.. super castris infra scriptis, cum omnimoda jurisdictione, alta et bassa, et cum mero et mixto imperio, cum homagio ligio in qualibet mutatione domini vel vassalli, de Camareto, de Grillone, de Monte Acuto, de Richarenchiis, de Boscheto, de Tuylleta, de Avisano, de Valreaco, de Venteaurolo, cum feudo suo de Noveyzano, de Podio Gononis, cum feudo suo de Marcone, de Podio Almeracii, cum feudo suo de Falcone, de Rousseto, de Opigio, de Monte Brizone, de Blacono, de Rupe Sancti Secreti, de Alancone, de Becona, de Eyzauco, de Salis, de Aleyraco, de Monte Luceto, de Savassio, de Castro Merulis, de Monte Securo et de Collonzellis, Tricastinen., Diensis et Vasionen. diœcesis, etc. Hæc autem præsens donatio facta gratis et amicabiliter per ill. Lambertum Adaymarii fratrem dictis eorum ill. fratribus. ut facilius et commodius vivere possint secundum eorum statum et dignitatem; volens præterea et insuper intendens ipse ill. Lambertus Gir. Adaym. fraterque heres munificusque largitor per præs. transactionem seu amicabilem donationem et compositionem confirmare, approbare, observare et inviolabiliter homologare transactionem in favorem ipsorum ill. fratrum nec in qualibet sui parte derogare de anno Dom. 830, scil. die 6a mensis junii, et casu in quo dicti fratres ill. aut eorum successores legitimi masculi migrarent seu mortem cum vita commutaverint ab hoc mortali seculo sine herede masculo.., tunc temporis supra jam dictæ baroniæ de Garda Adaymarii.. et Grignano.., cum eorum juribus, emolumentis et redditibus.., perveniant et pervenire debeant, pleno jure et sine contradictione nec.. difficultate, dicto eorum fratri ill. Lamberto Gir. Adaym... et suis impos-

terum heredibus et successoribus dominis supradictæ baroniæ Montilii Adaymarii... Dans et concedens insuper idem ill. Lambertus... præfatis ill. Carolo et Giraudo Adaym... plenam, generalem et liberam potestatem ac speciale mandatum adipiscendi, retinendi et habere possessionem dict. baroniarum de Garda Adaymarii et de Grignano authoritatibus eorum propriis... Hæc omnia... ita attendere, servare, complere et nunquam contra facere vel venire de jure vel de facto, per se vel per aliam interpositam personam, dict. ill. Lambertus... promisit bona fide et sub expressa obligatione omnium bonorum suorum.., et insuper ad sancta Dei Evangelia per eum manu tacta juravit; et renunciavit super præmissis... omni juri canonico et civili sibi competenti et competituro..; et de præmissis... Actum fuit hoc ubi supra, testibus præsentibus religiosis, nobilibus et probis viris revdo in Christo patre nobili dom. Arnulpho Arnaudi de Sancto Remigio, priore Sancti Petri, fratre Jausserando de Pyolenc sacrista, dom. Saturnino de Jarjays, domino Sancti Alexandri, Alzeario Bonifilii mercatore, Laurentio Melva hospite et pluribus aliis fide dignis; et nobis notariis infrascriptis, Hugone Bouloussa et Anthonio de Nuce, notariis publ., de mandato ill. partium fratrumque contrahentium scripsimus et signavimus et in testimonium præmissorum sigillavimus.

(*) Pièce fausse dans les recueils A, A² et B (n° 3), avec ce titre : *Transactio simulque donatio inita inter ill. Lambertum Adhemarii de Montilio, ducem Genuæ, vice-comitem Massiliæ et baronem Montilii Adhemarii in imperio, ex una, et ill. Carolum et Giraudum Adhemarii de Montilio fratres, ex altera, ad causam donationis factæ dictis ill. Carolo et Giraudo per supra dictum ill. Lambertum Giraudum eorum fratrem de baroniis integris de Garda Adhemarii et de Grignano.* A la fin : « Extr. ex arch. marchion. Gardæ ab uno pergam. cott. *Barroniis*, in arm. Gardæ et in sac. transact... — Extr... »

IV*. 21 *mars* 1095.

Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi, et ad laudem beatæ virginisque Mariæ matris suæ MoXCIVo, xxia mensis martii, die vero festo beati Benedicti abbatis, in urbe Montilii Adaymarii et in ecclesia collegiata Sanctæ Crucis et in ejus choro, in præsentia testium et notariorum infrascriptorum, regnantibus summo pontifice papa nostro Urbano IIo, anno sui pontificatus vio, illustriss. invictissimoque principe Henrico IVo imperatore Romanorum, anno sui imperii xo. Nos quatuor deinceps nominati fratres, Lambertus, Giraudus, Giraudetus et Giraudonetus Adaymarii de Montilio, domini insimul urbis Montilii, filii heredesque per obitum illustr. defunctorum Giraudi Adaymarii de Montilio et Annæ dalphinæ d'Albonis, viventium dominorum in summa potestate supradictæ urbis Montilii in Valdania prope fluvium Rhodani, Valentinen. diœcesis, et quatuordecim baroniarum et locorum omnium dependentium a supra jam dicta urbe et baroniis, sive sint in imperio sive in regno et variis et diversis provinciis et diœcesibus; Nos, inquam, igitur supra nominati fratres

domini.., de communi consensu sive consentione mutuo et mutua, et cum mera benevolentia et attentione adhibita, considerantes examinantesque amorem sincerum quem Montilienses homines nostri habuerunt erga majores avos et patres nostros et adhuc habent de præsenti erga nos, per nos et per successores heredesque nostros, bona fide et sine dolo nec machinatione aliqua, sed mera liberalitate et spontanea voluntate, donamus donatione pura et titulo perfectæ donationis concedimus vobis hominibus nostris Montiliensibus, nobilibus, vassallis, civibus, mercatoribus, opificibus, subjectis, hominibus et mulieribus nostris ac successoribus vestris in infinitum, parti pro toto, Philippo de Monte, Humberto de Marsana, Josepho de Spenella, Hugoni de Riperto, Joanni de Ranco, Amantio La Garda, Hugoni de Reymundo, habitatori loci Vallis Aureæ, tunc Montilii pro vassalagio suo, nobilibus sindicis pro universitate nostra Montilii agentibus et procurantibus locumque habitantibus et habitaturis, focum, larem et domicilium facientibus, cujuscumque conditionis vel status sint, in eadem nostra urbe de Montilio commorantibus et commoraturis de præsenti vel in futurum, scilicet libertatem talem ne de cætero toltam vel quæstam vel aliquam novam exactionem vel prava usatica, rustica vel urbana, in eis faciamus vel aliquo modo fieri permittamus, nec eis per vim vel per aliquam forciam gravamen aliquod vel jacturam, nisi juris vel justitiæ debito conaremur, inferre : quod si nos vel aliquis successorum nostrorum prædictam libertatem et donationem aliquo modo violare tentaverit, jam dictos omnes homines nostros et res eorum, in villa Montilii sub dominio nostro in præsenti vel in futurum, ab omni jure et fidelitate eximentes et hominio absolvimus ; et ut omnia quæ superius scripta sunt fideliter observamus et nullo tempore contraveniamus, tactis sacrosanctis Evangeliis juramus, nihil attamen nobis reservato in supra dicta donatione hominibus Montiliensibus nostris, nisi summam potestatem et omnimodam jurisdictionem superioritatis, cum homagio ligio in qualibet mutatione dominorum Montilii vel summi pontificis qui tunc temporis in cathedra Romana legitime collocatus fuerit. Acta fuerunt hæc in nobili urbe Montilii et in loco ut superius est descripto, testibus præsentibus ill[i] Heraclito de Poligniaco, nobilibus Arnaudo de Monte, Joanne de Ranco juniore, Petro de Spenella, Amantio La Garda seniore, Philippo de Monte, Humberto de Marsana, Hugone de Riperto, Hugone de Reymundo supradictis, Lamberto de Mirmanda, Izoardo de Monte, Urbano Fabri, Alzeario de Riperto, Hugone Gontardi, Alexio de Prato, Bonifacio Denlogart, Henrico de Ranco, Giraudo Arnaudi de Marsana bajulo, Philippo Draconeti, Stephano, Amantio et Hugone de Serre fratribus, habitatoribus urbis Avenionis, Martino de Crudatio, Jacobo Bernardi, Petro Larnas, Laurentio la Selva, Duranto Boniparis, Benedicto de Pampelona, Illiano de Comis, Durando Arnaudi bajulo de Garda Adhemarii judice bajulo, sindicis et consiliariis, et pluribus aliis egregiis probis hominibus fide dignis præsentibus et assistentibus, habendis agendisque gratiis. Nos vero Amalricus de Crudatio et Lambertus

Arnulphi, vocati et rogati et requisiti per mandatum expressum illust. partium notarii publici, signo nostro ordinario et consueto propria manu signavimus et bulla ill. dominorum in testimonium præmissorum sigillavimus.

(*) Pièce fausse dans les recueils A, A² et B (n° 4), avec ce titre : *Donatio prima facta per ill. Lambertum, Giraudum, Giraudetum et Giraudonetum Adhemarii de Montilio, fratres, Montiliensibus eorum subditis commorantibus et commoraturis.* A la fin : « Extract. ex arch. baroniæ Gardæ Adhemarii ab uno libro cotato *Infeudationes*, fol. 30, in armario Montilii. — Extr... le 15 novemb. 1637... »

V*. 21 *septembre* 1099.

In nomine Domini nostri Jesu Christi crucifixi et ad honorem gloriosissimæ virginisque Mariæ matris suæ, amen ; anno Incarnationis ejusdem Dom. M°XCIX° et die xxiª mensis septembris, regnantibus beatiss. summoque pontifice in Christo patre et domino dom. Urbano, divina providentia papa nostro II°, anno sui pontificatus xi°, illustriss. invictissimoque principe et domino dom. Henrico IV°, divina clementia Romanorum imperatore semper augusto, anno vero imperii sui xv°. Per hoc præsens verum et public. instrumentum omnibus tam præsent. quam futur. appareat evidenter, quod existentes in præsentia nostr. notariorum et testium infrascript. illustres spectabilesque domini dd. Giraudus et Giraudetus Adaymarii de Montilio fratres, domini Montilii Adaymarii et ejus ressortus in Valdania propre fluvium Rhodani, Valentinen. diœcesis. tam in imperio quam in regno, heredes defunctorum fratrum quondam illustr. Lamberti Adaymarii de Montilio. vice-comitis Massiliæ, et Giraudoneti Adaymarii de Montilio, baronis baroniarum Alpium, Rupis Mauræ, Barri et Privatii, Vivarien. diœcesis, interfectorum in obsidione urbis Jerusalem de anno præsenti et die veneris sanctæ, non coacti, decepti nec machinatione aliqua inducti nec seducti nec in aliquo circumventi, bona fide et sine dolo, fraude et omni prorsus adulatione cessante, sed mera et spontanea liberalitate prævisi, dant donatione pura et sincera et titulo perfectæ donationis concedunt de præsenti et in futurum nobilibus Philippo de Monte, Humberto de Marsana, Hugoni de Reymond, Hugoni de Riperto, Petro de Spenella et successoribus eorum in infinitum feuda quæ sequuntur, in considerantia multorum servitiorum receptorum a supradictis quinque nobilibus vassallis in diversis occursibus, concursibus et obsidionibus in tota terra sancta : scilicet nobili Philippo de Monte et suis heredibus et successoribus feudum bastidæ Sancti Georgii de Lena, cum turre et fortalitio, mandamenti Savassiæ, cum omnimoda jurisdictione, mero et mixto imperio, ipsis illustr. dominis et eorum successoribus superiori dominio et homagio ligio in qualibet mutatione domini vel vassalli reservato ; nobili Humberto de Marsana et suis successoribus, feudum Sancti Genesii, territorii Sauzeti, Valentinen. diœcesis, *ut supra ;* nobili Hugoni de Reymond

et suis heredibus in infinitum, feudum Cumbæ dous Fletz, prope eremum Sancti Stephani, territorii loci Vallis Aureæ, Tricastinen. diœcesis, *ut supra*; nobili Hugoni de Riperto et suis in futurum heredibus, feudum bastidæ del Verre, cum turre et fortalitio ejusdem atque districtu, mandamenti loci Mirmandæ, Valentin. diœcesis, *ut supra;* nobili Petro de Spenella et suis, feudum cum fortalitio et castro Condiliaci et eorum districtu, Valentin. diœcesis, *ut supra :* cum omnibus capitulis in sacramento fidelitatis contentis. Dant insuper et amicabiliter concedunt dicti ill. domini supradictis quinque vassallis eorum, quantum vixerint in humanis tantum, vectigal omne quod exigitur tam in furnis, molendinis quam in pedagiis omnibus pertinentibus supradictis ill. dominis, ubicumque et in quocumque loco exigere possint, sub jurisdictione dict. ill. dominorum. Acta fuerunt hæc Montilii, in ecclesia et choro ejusdem ecclesiæ Sanctæ Crucis, post magnam missam; testibus præsentibus nobilibus venerabilibusque et probis viris Stephano de Marsana priore, Alexandro de Monte priore, presbiteris, Georgio La Garda, Isoardo de Monte, Laurentio de Prato, et aliis nobilibus et probis viris; et nobis notariis vocatis et rogatis Amalrico Arnaudi, Lamberto Arnulphi, habitatoribus, in testimonium prædictorum propria manu et signo consueto nostro et ordinario signavimus bullavimusque bulla ill. Giraudi et Giraudeti Adaymarii de Montilio contrahentium, dominorum supradictæ urbis Montilii Adaymarii.

(*) Pièce fausse dans le recueil B (n° 5), avec ce titre : *Donatio facta quorumdam feudorum per ill. Giraudum et Giraudetum Adhemarii, fratres, dominos, urbis Montilii, in valle Valdania, certis eorum vassallis habitatoribus dictæ urbis Montilii Adhemarii, Valentin. diœcesis, et sub homagio ligio.* A la fin : « Extr. ex arch. marchion. Gardæ ab uno pergam. cot. *Vassallis,* in arm. Mont. et sac. donationum... Extr... le 11 oct. 1649... » Fragments dans les *Mémoires de littérature* de DESMOLETS, t. VI, part. I, p. 181-2; PITHON-CURT, *Histoire de la nobl. du Comté-Venaissin*, t. III, p. 58-60; l'abbé NADAL, *Essai histor. sur les Adhémar*, p. 247-8.

VI*. *22 septembre* 1099.

Donatio secunda, ea ex causa ut noscat præsens ætas et posteritas successiva non ignoret, de anno Domini nostri Jesu Christi Incarnationis ejusdem, ad honorem virginisque matris suæ, M°XCIX°, XXII° mensis septembris, die vero festi beati Mauricii et sociorum martirum, in urbe nostra Montilii Adaymarii, in valle Valdania propre fluvium Rhodani, Valentinen. diœcesis, in fortalitio antiquo ejusdem et in ecclesia ejus, regnante sum. pontif. papa nostro Urbano II°, in præsentia testium et nostr. notariorum... Nos Giraudus et Giraudetus Adaymarii de Montilio, fratres, soli et insolidum domini urbis nobilis supradictæ Montilii Adaymarii et bonorum omnium illustr. Adaymariorum per obitum Lamberti Adaymarii de Montilio, vice-comitis Massiliæ, et Giraudoneti Adaymarii de Montilio, baronis baroniarum Rupis Mauræ, etc., Vivarien. diœcesis, fratrum nostrorum interfectorum in obsidione Jerusalem; nos igitur, Deo fa-

vente, reversi de exercitu ex transmarina regione in integra valetudine volentesque Omnipotenti Deo et beatæ Mariæ semper virgini ejusque matri, patronæ illustr. patrum et nostrorum Adaymariorum, pro tantis beneficiis, conservationibus et protectionibus receptis in diversis obsidionibus et occursibus in tota terra sancta gratias agere. atque etiam recognoscere et remunerare plurima et diversa servitia recepta a pluribus Montiliensibus, tam nobilibus quam urbanis, qui nobiscum commeaverunt et concertaverunt in supradict. concursibus et obsidionibus : ea quidêm ex causa dictis nostris Montiliensibus omnibus, habitantibus de præsenti et in futuro habitaturis in nobili jam dicta nostra urbe Montilii tantum et eorum heredibus et successoribus in infinitum, homologamus et confirmamus vobis nobilibus Joanni de Ranco judici, Yzoardo de Monte, Henrico de Raco, Alzeario de Riperto et aliis sindicis, consiliariis et nobilibus et probis viris, supplicantibus nomine dictæ nostræ universitatis Montilii ac etiam procuratoribus ejusdem, donationem libertatum et franchesiarum factam supra dict. nostris hominibus Montilien. per nos quatuor fratres dominos Montilii insimul supra jam dictos de anno Domini 1094, 21ª martii. Nos, inquam, supra notati duo fratres, domini parerii in supradicta urbe Montilii in solidum et in suprema jurisdictione per sinistrum obitum superius dictum, perspicientes amorem sincerum quem nobiles homines, mulieres et subjecti nostri Montilienses habent erga nos et nobis absentibus habuerunt erga progeniem et familiam nostram, de novo iterum donamus et concedimus nos ambo fratres cum filiis nostris prædilectissimis. Giraudus Adaym. de Montilio, dominus Montilii, cum primogenito nostro Giraudono Adaymarii de Grignano, barone totius baroniæ Grignani, Diensis diœcesis, Giraudetus Adaym. de Montilio, dominus Montilii, cum prædilectissimo filio primo nato et herede universali nostro Guillelmo Hugone Adaymarii de Garda, barone totius baroniæ de Garda Adaymarii, Tricastinen. diœcesis, præsentibus et nobiscum homologantibus supra jam dict. nostris hominibus, nobilibus, mulieribus subjectisque habitatoribus, cujuscq. conditionis et status sint, de præsenti vel in futuro, quod nos nec nostri præsentes et futuri, domini dictæ urbis nobilis Montilii, nullam novam nec antiquam impositionem nec exactionem censuum, vectigalium, pedagiorum possint imponere nec exigere super hominibus et mulieribus nostris in dicta nostra urbe commorantibus ibi focumque facientibus, nec etiam super domibus, casalibus, ædificiis, plateis, carreriis, banchis, foris, nundinis, intus et extra dictæ urbis Montilii, itineribus, hortis, pratis, vineis, viridariis, terris cultis vel incultis, portibus aquarum, nisi vectigal consuetum et ordinarium, nemoribus, animalibus, nec ullis aliis pravis usaticis urbanis vel rusticis : excubiis tamen et gachiis, tam in die quam in nocte, in dicta nostra urbe et fortalitiis in omnibusque diebus et temporibus reservatis, cum omni jure summæ potestatis et superioris dominii, cum homagio ligio in qualibet mutatione dominorum Montilii et summi pontificis. Acta et publicata fuerunt hec

Montilii et in loco ubi supra deductum est, testibus præsentibus nobilibus Petro de Spenella, Hugone Riperti, Georgio la Garda, Yzoardo de Monte, Lamberto Mirmanda, Stephano Joannis, Laurentio de Prato, Jacobo Larnas, et probis viris Hugone la Porta, Michaele Arnaudi, consiliariis, et pluribus aliis fide dignis civibus, mercatoribus, opificibus habitantibus dictæ nostræ urbis ; nobis vero notariis vocatis et rogatis Almarico Arnaudi et Petro Arnulphi, in testimonium prædictorum propria manu nostra et signo nostro consueto signavimus et bulla ill. Giraudi et Giraudeti fratrum, contrahentium et jubentium, sigillavimus.

(*) Pièce fausse dans les recueils A, A² et B (n° 6), avec ce titre : *Donatio 2ª facta nobilibus, civibus et subjectis Montilii Adhemarii per ill. Giraudum et Giraudetum Adhemarii de Montilio, dominos insimul Montilii Adhemarii in Valdania*. A la fin : « Collationné par nous ecuyer conˢʳ secretaire du roy, maison couronne de France, greffier en chef en sa chambre des comptes de Dauphiné, signé Troullioud. Nª Cette pièce se trouve aussi dans les archives de La Garde Adhémar, dans un livre cotté *Infeudationes*, fol. X 32, in arm. Mont. »

VII*. 22 *février* 1161.

In nomine Dei, amen, et Incarnationis ejusdem Domini nostri Jesu Christi crucifixi et ad laudem beatæ virginisque suæ matris immaculatæ, quod anno M°C°LX°, die vero VIII. calend. mensis martii, regnantibus beatiss. papa nostro Alexandro III° et Frederico I° imperatore Romanorum invictissimoque semper augusto. Nos Guillelmus Hugo Adhemarii de Montilio et Giraudus Adhemarii de Montilio fratres, domini parerii et insolidum urbis Montilii Adhemarii in Valdania prope fluvium Rhodani, Valentin. diœcesis, et locorum dependentium a supradicta urbe nostra, filii quondam defunctorum illustr. spectabiliumque Giraudeti Adhemarii de Montilio et Alisiæ de Poligniaco, dominorum viventium in summa potestate supra jam dictæ urbis Montilii, non coacti.., sed mera liberalitate moti, considerantes percipientesque quam plurima servitia recepta in diversis negotiis et concursibus a nobilibus, hominibus, vassallis, civibus, mercatoribus, opificibus et subjectis Montiliensibus nostris, habitantibus in dicta nostra urbe, et quonam modo non cessant singulis diebus, temporibus et occursibus ostendere fidelitatem munerum eorum ; ea, inquam, de causa, sicut majores patres et avunculi nostri fecerunt de anno Domini 1094 et die 21 mens. martii, confirmata etiam per avum nostrum, de anno Dom. 1099, die vero 22 m. septembris, vobis supplicantibus Guillelmo de Prato Comitali, Lamberto de Monte, Hugone de Balma, Guidone Riperti, nobilibus vassallis nostris, egregiis viris Giraudo de Prato judice bajulo et sindicis, ac etiam multis aliis præsentibus fide dignis et supradict. hominibus, mulieribus, civibus, procuratoribus, mercatoribus, subjectis et omnibus aliis opificibus urbanis.., per nos, heredes et successores nostros ipsis Montiliensibus... ad infinitum omnes toltas, tallias, prava usatica rustica et urbana, impositiones, exactiones, libertates, immunitates, pri-

vilegia et franchesias, consimiles quibus gaudent et fruuntur de præsenti homines, nobiles, cives, mercatores et opifices civitatis Vapincensis, vobis damus et confirmamus : nobis tamen omnimoda jurisdictione. reservata alta et bassa, cum etiam omni jure superioritatis et summæ potestatis, mero et mixto imperio, sub homagio ligio in qualibet mutatione dominorum Montilii et summi pontificis; prohibemus, inquam, de præsenti et in futuro omnia delicta et forefacta publica et jure divino et humano prohibita, scil. lupanaria, meretrices, perductores, lenas, adulteria, homicidia, sacrilegos et sacrilegia, sed statim atque fuerint in flagranti delicto reperti in phylacam conjiciantur, puniantur et in exilium mittantur sine ulla spe reversionis nec condonationis in supra dicta nostra urbe Montilii, nec etiam in tota terra nostra, sive sint in imperio sive sint in regno; volumus autem et jubemus quod heredes et successores nostri donationem istam homologent, approbent et confirment in qualibet mutatione dominorum Montilii, sub pœna privationis et amissionis summæ potestatis et imperii dictæ urbis nostræ Montilii : quod si illud fieri neglexerint vel denegaverint fieri, in hunc casum dict. urbem transtulimus in sanctiss. nostrum papam verum, qui tunc temporis in sancta sede Romana vel alibi legitime conditum. Et ad majorem firmitatem præsentis donationis vocavimus notarios infra scriptos et nobiscum signatos; nos vero dicti notarii, ad mandatum ill. partium..., in testimonium præmissorum præsent. donationem in membrano isto per nos transcriptam compilavimus et bulla ill. spectabiliumque dominorum contrahentium bullavimus et propria manu nostra et signo nostro ordinario et consueto signavimus. Acta et recitata fuerunt hæc Montilii, in palatio illustr. fratrum supradict. vocato Grangiæ, inter portam Sancti Gaucherii a parte boreæ et molendinum Sancti Bidonis a parte venti et juxta mœnia urbis a parte occidentis; testes fuerunt præsentes illustres Guillelmus de Pictavia, comes Valentinensis et Diensis, Eustachius de Pictavia, præpositus ecclesiæ cathedralis civitatis Valentiæ, fratres et filii defunctorum illustr. Aymarii de Pictavia et Veronicæ Adhemarii de Montilio, amitæ ill. contrahentium, quondam comitum Valentinen. et Dyens., revdus in Christo pater dom. Stephanus de Marsana, prior prioratus Nostræ Dominæ de Ayguno extra mœnia et fluvium Robionis, dom. Alexander de Monte, prior prioratus Sancti Martini confessoris et pontificis extra muros, nobiles Lambertus de Monte, Lambertus Riperti, filiolus dominorum nostrorum, Hugo Boniparis, Guido Larnas, Joannes de Petralata, Hugo de Sancto Justo; nos vero Bertrandus Henrici, notarius habitator, Guillelmus Arnaudi, notarius Tricastinus, et Laurentius Giraudi, notarius habitator Gardæ Adhemarii, omnia supradicta transacta et transcripta attestavimus et attestamus.

(*) Pièce fausse dans les recueils A, A² et B (n° 7), avec ce titre : *Donatio 3a facta per ill. spect. que Guilhelmum Hugonem et Giraudum Adhemarii de Montilio fratres, dominos Montilii Adhemarii, habitatoribus dictæ urbis ad causam libertatum, immunitatum et franchesiarum.* A la fin : Extr. ex arch. baroniæ de Garda Adhem., ab uno libro cot. *Infeudationes,* fol. 33, in arm. Mont. »

VIII. *12 avril 1164.*

PRIVILLEGIUM CONCESSUM PER IMPERATOREM (FREDERICUM I) DOM° GERALDO ADEMARI, DOMINO GRIGNANI, ET SUIS SUCCESSORIBUS*.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. — Imperialis nostre majestatis providentia honestis nobilium et prudentum virorum postulationibus serenitatis sue animum inclinare consuevit, et eos qui se sue benignitati devote subdiderunt valido sue gratie patrocinio communire dignisque honoribus et beneficiis decorare omni tempore studuit. Eapropter universis imperii nostri fidelibus, presentibus et futuris, notum esse volumus quod Geraldus Ademari ante nostre majestatis presentiam et in conspectu curie nostre venit, quem benigne ex consueta benevolentie nostre gratia suscipientes, suscepta ab eo fidelitate et hominio de tota terra avi et patris sui, eum investivimus et ei concessimus atque donavimus ex nostra imperiali auctoritate, firmiter statuentes ut hec terra sua nulli extranee potestati subjaceat vel aliquam personam in dominum aut potestatem habeat nisi solum majestatem nostram nostrosque successores, reges Romanorum et imperatores. Ad cumulum quoque gratie nostre, jam dicto fideli nostro Geraldo plenam jurisdictionem plenamque potestatem totius terre patris et avi sui atque hominum suorum concessimus et confirmavimus, ut ipse remota omnium hominum contradictione de eis solus dijudicet atque disponat. Statuentes igitur jubemus ut eum de cetero nullus archiepiscopus nec episcopus, non dux, non marchio neque comes vel capitaneus, nulla civitas vel potestas nullaque persona, magna vel parva, molestare vel inquietare presumat super terram de qua investitus est : hanc autem nostre largitionis gratiam predicto nobili Geraldo et cum eo legitimis heredibus suis benigne concedimus, si tamen ad honorem et servitium nostrum et imperii fideliter, ut pater eorum, perseverare voluerint. Preterea quicquid juris et honoris habemus in Podio Sancti Martini eidem et legitimis suis heredibus donavimus atque concessimus, salvo jure et honore imperii Romani. Si quis vero hanc nostram auctoritatem violare presumpserit, L. libras auri se compositurum cognoverit, dimidium fisco nostro et dimidium prefato Geraldo.

SIGNUM DOMINI FREDERICI ROMANORUM IMPERATORIS INVICTISSIMI *(L. M.)*

Ego Christianus, curie cancellarius, vice dom[i] Rainaldi, Coloniensis archiepiscopi et Italie archicancellarii, recognovi.
— Actum quoque est anno Dominice Incarnationis M.C.LXIIII, indictione XII[a], regnante domino Frederico Romanorum imperatore serenissimo, anno regni ejus XII[o], imperii VIII[o]; datum apud Sanctum Salvatorem juxta Papiam, II. idus aprilis.

(*) Copie du XVI[e] siècle, aux arch. de la Préfect. de l'Isère, dans le reg. *Quartus liber copiarum Valentin. et Diensis IIII* (B. 291), cah. XXXVJ; à la fin : « et sigillatum de uno sigillo aureo ubi est protractura dicti dom[i] Frederici imperatoris ». — Autre du XVII[e], à la biblioth. de Carpentras, mss. de PEIRESC, t. X, f[o] 13 (*Catal.*, III, 136). — Autre du XVIII[e], à la même biblioth., liasse 636, à l'an 1164 (*Catal.*, I, 442).

IX. *1198.*

(TABULA LIBERTATUM VILLE MONTILII ADEMARII)*.

ANNO ab Incarnacione Domini M[o].C[o].XC[o]. octavo, ego Geraldus Aemarivus *(sic)* et ego Lambertus, nos duo domini Montilii, per nos et per nostros, bona fide et sine dolo, et mera liberalitate et spontanea volontate, donamus et titulo perfecte donacionis concedimus ominibus nostris de Montilio, presentibus et futuris, libertatem talem ne de cetero toltam vel quistam vel aliquam novam exactionem vel prava usatica in eis faciamus vel aliquo modo fieri permitamus, nec eis per vim vel per aliquam forciam gravamen aliquid vel jacturam, nisi juris vel justicie debito conabimur inferre; quod si nos vel aliquis successorum nostrorum predictam donacionem et libertatem quocumque modo violare temptaverit, jam dictos omnes omines nostros et res eorum, in villa Montilii sub dominio nostro in presenti vel in futuro existentes, ab omni jure et fidelitate et ominio absolvimus. Et ut omnia, sicut superivus scripta sunt, fideliter observemus et nullo tempore contraveniamus, tactis sacroscanctis Evangeliis juramus.

(*) Charte lapidaire en marbre blanc d'Italie (de Carrare, au dire d'un expert), conservée à l'hôtel-de-ville de Montélimar. Elle mesure 89 cent. en largeur sur 65 de haut. plus 5 cent. évidés à la partie supérieure pour

rendre plus solide l'encastrement primitif; on trouve en épaisseur 11 cent. à droite et 9 à gauche : la surface opposée à l'inscription est un peu concave. Placée originairement dans l'église paroissiale Sainte-Croix, audessus du bénitier (voir le *vidimus* du 8 décemb. 1285 [*Cartulaire*, f° 41 v°] et la ch. du 15 févr. 1462), cette pierre aurait été transportée dans le sanctuaire qui fait face et servit un temps aux réunions communes; elle fut ensuite placée dans le vestibule de l'ancien couvent des Cordeliers, transformé en hôtel-de-ville, d'où elle passa à la mairie actuelle. — J. Spon en écrivit ce qui suit dans son *Voyage d'Italie, de Dalmatie, de Grèce et du Levant* fait aux années 1675 et 1676 (édit. de Lyon, 1678, t. I, p. 7) : « Montelimar est appellé *Montilium* dans une inscription de l'an 1198, laquelle n'est autre chose qu'une exemption de droits et impôts accordée par deux seigneurs, qui en avoient alors la souveraineté et qui s'appeloient Gerald Aymar et Lambert. Le premier étoit vicomte de Marseille, *etc.* » Spon rapporte plus loin (t. III, p. 19-23) le texte de la charte lapidaire, avec ces indications au-dessous :

« *Sigillum*
Geraldi
AEmari
Ecrit sur un
plomb.
Sigillum
Guillem. Ugonis.

Vn Chevalier
portant un guidon
avec ses bandes et
ces lettres autour,
Mateus me Fecit.
Vne figure
à cheval. »

La traduction qu'il en donne est suivie de ces renseignements : « Cette inscription avoit été transportée de l'Eglise paroissiale à la maison de ville, et étoit sur une table de marbre en charactères un peu gothiques dorés et peints de gueule et d'azur, sellée en placard de quatre Bulles de plomb enchassées aux quatre coins, où se voyoient les lettres et les empreintes cy-dessus. J'ay copié tout cecy des manuscripts de Mr. de Peiresc, et ce qu'il dit ensuite : que la monnoye des dits Seigneurs de Montelimar avoit une croix recroisetée, et que le sceau d'un *Lambertus de Montilio Dominus Montilii*, avoit trois croix pommetées, dans une charte de Dourbons, comme celles de Thoulouse. La ville de Montelimar porte encore de gueules à la croix d'or fichée sur un globe d'azur, à la bordure d'or. Le nom de Montelimar est venu de ces seigneurs Æmars, comme si l'on disoit *Montilium Æmarii*, Montil-Æmar ». L'édit. d'Amsterdam (1679) ne reproduit (t. I, p. 6) que le passage extrait du tome Ier de celle de Lyon. — Cette charte avait été publiée en latin et en français, dès 1614, par Nostradamus dans son *Histoire de Provence*, p. 162-3 (cf. Bréquigny, *Table*, IV, 254) ; cet auteur assure qu'elle était gravée sur une table de cuivre et enchâssée contre un pan de mur de l'hôtel-de-ville. Il ajoute qu' « aux deux côtés et au haut de cette table est représenté, et monté sur un palefroy bardé, un chevalier couvert d'un harnais complet ou armé de toutes pièces, avec l'épée nue d'une main, comme prêt à porter son coup, et l'écu de l'autre, embelli de trois bandes, ancienne enseigne des Adhémars, premiers seigneurs de Grignan, toute telle que celle qu'on voit ès restes et vieilles tours du château de Monteil. . . » De son côté Pithon-Curt, après avoir reproduit (1750) le texte de la charte dans son *Histoire de la noblesse du Comté Venaissin* (t. IV, p. 22-3), ajoute : « Ce titre si important aux habitans de Montélimard fut gravé sur une planche de cuivre enchassée dans la muraille de la maison commune de cette ville, où l'on le voit encore. Une chose qui mérite attention, est la représentation des deux Seigneurs à la tête de la planche. *Giraud* et *Lambert* y paroissent à cheval, armés de toutes pièces, le casque en tête, tenant d'une main l'épée haute

et de l'autre un bouclier aux armes de leur maison. » Cette double description ferait croire à l'existence d'un exemplaire tout différent de la charte subsistante. — Elle a été reproduite, avec traduction franç., par M. Delacroix dans sa *Statistique du département de la Drôme* (Valence, 1835, in-4°, p. 560-1) ; puis, avec notes critiques (d'après l'original), par M. A. Deloye, dans un article intitulé : *Des chartes lapidaires en France* (*Bibliothèque de l'École des chartes,* 2e sér., t. III, p. 33-5) ; enfin, dans les *Annales d'Aiguebelle* (t. I, p. 462-3). — Le fac-simile que nous donnons de cet important document nous dispense de le décrire avec détail au point de vue épigraphique. Il convient cependant d'observer que les lettres initiales des mots précédés d'un ou de trois points, ainsi que le dernier IVRAMUS, ont été colorées en rouge ; les lettres ont 22 mill. de haut. Bien qu'il y eut au bas quatre bulles en plomb, fixées à l'aide de cinq petits crampons placés 1, 3, 1, elles ne constituaient que deux sceaux, dont la face et le revers étaient accolés ; ils étaient dorés ou même en or, suivant la tradition, et mesuraient environ 45 mill. de diamètre. Le recueil B, qui reproduit intégralement Spon avec diverses additions, offre le dessin du 1er sceau, sans doute d'après un exempl. différent.

X'. 2 *avril* 1198.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Noverint universi et singuli præsentes pariter et futuri, quod de anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi M°C°XCVIII°, die vero IIa mensis aprilis, nos patrueles Giraudus et Lambertus Adhemarii de Montilio, domini Montilii Adhemarii pro indiviso in valle Valdania et prope fluvium Rhodani, Valentinen. diœcesis, cum filiis nostris primogenitis Giraudeto Adhemarii, barone de Rupe Maura, Vivarien. diœcesis, et Hugone Adhemarii, barone de Garda Adhemarii, Tricastin. diœcesis ; nos igitur quatuor insimul patres et filii, tam conjunctim quam separatim, per nos et nostros imposterum heredes et successores, bona fide donamus, homologamus, approbamus et concedimus vobis Montiliensibus hominibus et subjectis nostris, habitantibus de præsenti et in futuro omnium statuum in dicta universitate nostra Montilii, præsentibus, supplicantibus nobilibus, vassallis et officiariis nostris, Joanne de Marsana, Laurentio Riperti, Hugone de Marsana, Stephano la Motta, Izoardo de Monte, Lamberto Moreti, Michaele Rodulphi et aliis fide dignis, sindicis et procuratoribus deputatis dictæ nostræ universitatis de Montilio, et vestris heredibus et successoribus.. omnia vobis data per majores, avos et patres nostros dominos dictæ urbis Montilii, ut continetur et contineri fertur in tribus donationibus antiquibus : 1a de anno Domini 1094, 2a de an. Dom. 1099, 3a de an. Dom. 1160, 8 cal. martii, præ manibus tenentibus in tribus diversis pergamenis separatis et sigillatis bullarum illustr. majorum, integris non viciatis nec suspectis, et libertatem talem ne de cætero toltam vel quæstam vel aliquam novam exactionem vel prava usatica rustica vel urbana in eis faciamus vel aliquo modo fieri permittamus, nec eis per vim vel aliquam forciam gravamen aliquod vel jacturam nisi juris vel justitiæ debito cona-

remur inferre : quod si nos vel aliquis successorum nostrorum prædict. donationem et libertatem quocumque modo violare tentaverit, jam dict. omnes homines nostros et res eorum in villa Montilii sub dominio nostro in præsenti vel in futuro existentes ab omni jure et fidelitate et hominio absolvimus ; quæ ut observemus tactis Evangeliis una cum filiis nostris jurâmus, nihil nobis reservato super dict. hominibus nostris Montiliensibus habitantibus et habitaturis in dicta nostra urbe Montilii et fortalitiis in et extra in omn. diebus et temporibus, nisi excubias et gachias consuetas tam in portis quam in turribus dictæ urbis tantum, cum homagio ligio et superiori dominio in qualibet mutatione dominorum Montilii et summi pontificis. Actum Montilii et in fortalitio ejusdem, testibus præsent. nobilibus viris Hugone de Duzera, habitatore loci nostri Petrælatæ, domino Sancti Pauli de Popeto de feudo Mornaci, Auriacen. diœcesis, Almarico de Tilio, domino de Melacio, Lamberto de Pampelona, domino de Sancto Victore, Vivarien. diœcesis, Hugone Gallia de Vaco, dom. Philippo de Rupe Maura, habitatore Sauzeti, Lamberto Rolandi, domino de Bastida, Valentinen. diœcesis, Henrico Amici, condomino de Rupeforti, Ludovico de Alondo, habitatore et bajulo loci Alondi, Alziario de Turribus Avisani, tunc habitatore loci Laupiæ, Joanneto Burgundionis, condomino castri Montis Pancerii super Rhodanum, Tricastinen. diœcesis, Hugone Larnas domicello et pluribus aliis nobilibus et probis viris ; notarii sunt Guilhelmus Arnaudi et Bertrandus Bonicreis, de præsenti habitantes in civitate Tricastina, unaque cum illis Reynaldus et Izoardus Pogelii, habitatores Montilii, qui omnes instrumentum propria manu et signo suo consueto signant bullaque spectabilium supradict. dominorum sigillant.

(*) Pièce fausse dans les recueils A, A² et B (n° 9), avec ce titre : *Donatio 4ª facta per magnif. viros spectab.que dd. Giraudum et Lambertum Adhemarii de Montilio, consanguineos, dominos pro indiviso Montilii Adhemarii*. A la fin : « Extr. tiré des arch. de La Garde Adhemard, du livre cot. *Infeodationes*, fol. R. 37, in arm. Mont. » Comp. avec la précéd.

XI*. 2 *janvier* 1201.

Anno Domini ejusdemque Incarnationis Jesu Christi et ad honorem beatæ Virginis Mariæ matris suæ M°CC°, IV° nonas januarii, Nos Hugo Adhemarii, de Montilio, dominus pro indiviso urbis Montilii Adhemarii, Valentin. diœcesis, baroque Gardæ Adhemarii ejusque baroniæ, Tricastin. diœcesis, et Giraudus Adhemarii de Montilio, dominus pro indiviso urbis Montilii baroque Rupis Mauræ, Vivarien. diœcesis, non coacti, etc., verum tamen cum licentia expressa, consensu et assensu expresso spectabilium, potentium magnificorumque patrum nostrorum præsentium et authoritatem conferentium, illustr. Lamberti et Giraudi Adhemarii de Montilio patruelium, dominorum pro indiviso superioritatis et summæ

potestatis urbis Montilii Adhemarii prope fluvium Rhodani, Valentin. diœcesis, collocatæ in valle Valdaniæ, simulque baroniarum castrorumque omnium dependentium a supra jam dicta urbe; nos, inquam,.. consanguinei.., considerantes plurima et diversa beneficia recepta a Montiliensibus subjectis nostris nobilibus, hominibus, mulieribus, vassallis, civibus, mercatoribus et opificibus, habitatoribus supradict. spectabil. patrum, tam in guerris et treugis receptis quam in diversis aliis occasionibus et congressibus, dum præliabamus contra delphinum Viennensem et ducem Burgundiæ et alios parentes et amicos, prohibentes et hostilia in nos exercentes, unde multa incendia et homicidia sunt secuta tam de principibus, nobilibus, vassallis, amicis, vicinis, civibus et subjectis, quorum memoria nobis molestiam afficit, præsertim tam in obsidionibus castrorum Bannii super Bannium et flumen Rhodani, Vivarien. diœcesis, nostrorum, ut Stellæ, Labaronis super ripariam Dromæ, Mirmandæ, Savassiæ, Valentin. diœcesis, quam etiam aliorum castrorum nostrorum Montispanserii super Rhodanum, Petrælatæ et antiquæ villæ Avisani, Tricastin. diœcesis, idcirco... illas omnes libertates, franchesias, immunitates et privilegia omnia concessa per ill. majores, avos et patres nostros Lambertum, Giraudum, Giraudetum et Giraudonetum, dominos Montilii, sub die 21a martii 1094, et pluribus aliis donationibus per ill. ipsos elargitas, datas et muneratas, quam olim per spectab. patres nostros Lambertum et Giraudum patrueles, Montilii dominos pro medietate et insimul pro integra dicta urbe, die 2a aprilis 1198, vobis postulantibus, Michaele Rodulphi, Bartholomæo la Garda, Jacobo la Mota juniori, Laurentio Riperti, Petro Larnas, Francisco de Monte juniori, militibus, sindicis et procuratoribus dictæ nostræ urbis Montilii, confirmamus, homologamus et concedimus per nos, heredes et successores nostros in infinitum, nobis jure superioritatis cum mero et mixto imperio reservato, sub homagio ligio in qualibet mutatione dominorum Montilii et summi pontificis; si aliquis vero ex heredibus vel successoribus nostris, de quocumque sexu sit, affinitate, cognatione aut consanguinitate, noluerint supradict. libertates, immunitates et franchesias consimiles in supradict. quatuor donationibus contentas manutenere, conservare, ratificare, approbare et homologare, imo potius augere quam imminuere, in hoc casu, quod Deus avertat, volumus, jubemus, præcipimus et intendimus quod supradicti homines et subditi nostri commorantes, focum et domicilium in supra jam dicta urbe facientes accipiant talem qualem voluerint protectorem vel salvagardiam, sive sit de sanctissimo papa legitime electo sive de imperatore Romanorum vel eorum successoribus tunc temporis in humanis viventibus. Et ad majorem firmitatem omnium supradict., super S. Dei Evangelia manibus nostris tacta juravimus omnia ista observare; et de quibus... Actum in ecclesia Fratrum Hospitalariorum Sancti Joannis Hierosolimitani Montilii, testibus spectabilibus dd. Giraudono Adhemarii de Grignano, barone Montis Albani, Vapincen. diœcesis, Giraudeto Adhemarii de Gri-

gnano, barone de Nyonis, Vasionen. diœcesis, nobil. Aymario Oliverii domino Governati, vexillario baronis Gardæ, Hugone de Duzera domino Sancti Pauli de Popeto, dd. Stephano Corteti curato, Ludovico Reynaldi secondario suo, Hugone Fabri, Lamberto Giraudi habitatoribus baroniæ Gardæ; Guillelmo Arnaudi, notarius Tricastinen., Izoardo Pogesii, notarius habitator Montilii, qui... propria manu nostra et signo consueto nostro signavimus et bulla ill. contrahentium sigillavimus.

(*) Pièce fausse dans les recueils A, A² et B (nº 11), avec ce titre : *Donatio 5ª per magnif. potentes viros dd. Hugonem et Giraudum Adhemarii de Montilio, consanguineos, dominos pro indiviso Montilii.* A la fin : « Extr. unde supra, fol. 39, in arm. Montilii. »

XII. *Juin 1222.*

(Carta concessionis Geraldeti Ademarii Creilsoni Judeo)*.

Certum sit presentibus et futuris quod, anno Incarnationis Dominice Mº.CCº.XXº.IIº, mense junii, Ego Geraldetus, filius domi G(eraldi) Ade(marii), bona fide et sine dolo et mea propria ductus voluntate dono, concedo in perpetuum possidere tibi Creilsoni Judeo et liberis tuis tretsennum VI. denariorum quos pater meus concedit et sustinet michi accipere in pedagio Montilii : s(cil). VI. denar. in trolsello et III. den. in fardello et III. den. in amigdalis, ut dict. tretsennum tu vel tui inperpetuum possideas pacifice et benigne : pro hac vero donatione quam tibi Creilsoni Judeo et liberis tuis ego Geraldetus facio in hunc modum, confiteor et in veritate recognosco me a te habuisse et recepisse C. solidos Viennenses, de quibus me teneo pro pagato ; et ad majorem hujus donationis firmitatem, volo quod presens carta cum subscripta donatione sigilli mei munimine roboretur. Et Ego G(eraldus) Ade(marii), dominus Montilii et vicecomes Malsilie, donationem quam tibi Creissoni Judeo et liberis tuis perennem facit Geraldetus nomine tretsenni VI. denar. quos ego eidem dono, concedo et sustineo ut ipse accipiat vel accipi faciat, s(cil). VI. den. in trossello et III. den. in fardello et III. den. in amigdalis, tibi et liberis tuis laudo et habere concedo ; et ad majorem firmitatem volo et precipio quod presens carta cum subscripta donatione, simul cum sigillo Geraldeti, munimine bulle mee confirmetur. Acta sunt hec in operatorio P. Aldeberti, coram testibus ad hoc convocatis Michaele Guers, Salvio Judeo ; et ego magister Juvenis, domi G(eraldi) Ade(marii) notarius, huic facto interfui qui utriusque partis mandato presentem cartam scripsi

et mandato domi G(eraldi) Ade(marii) munimine bulle sue roboravi et desuper signum meum apposui ✝.

(¹) Original parch. aux archives de la Préfect. de l'Isère. Au bas pend, sur lacs de soie rouge à double queue, un sceau en plomb, équestre d'un côté, avec cette exergue : **MATEUS/ ME FECIT,** de l'autre ces mots sur trois lignes : **: SIGIL/LVM GE/RALDI A/EMARI** (cf. *Documents inédits relat. au Dauphiné*, t. II, 6e livr., p. 39).

XIII*. 4 *juillet* 1226.

(*) Pièce fausse dans les recueils A, A² et B (nº 12), avec ce titre : *Donatio 6a per magnif. potent.que dd. Lambertum et Hugonem Adhemarii de Montilio, patrem et filium, dominos Montilii et Gardæ :* «... Lambertus Adhemarii de Montilio, dominus pro indiviso urbis Montilii Adhemarii in Valdania, Valentin. diœc., prope fluvium Rhodani, et Hugo Adhemarii de Garda, baro Gardæ Adhemarii, Tricastin. diœc., 1º natus et heres universalis noster, considerantes... periculum et laborem quod homines urbani nostri habuerunt et substinuerunt in guerra quam ego ipse pater habui a quibusdam mensibus cum principe Arausicæ et Giraudo Adhemarii de Montilio, mecum parcrio in urbe Montilii, ac etiam strenuitatem...; ..vob. Guidoni de Monte judici, Guidoni de Litzo, Ludovico Arnaudi, Philippo de Marsana, Jacobo de Balma, Pontio Riperti, nobilibus consulibus... Act. Montilii, in fortalitio antiquo et in magna aula armorum... » A la fin : « Extr. tiré des arch. de La Garde Adhemard, fol. R. 10. »

XIV*. 3 *juillet* 1228.

(*) Original parch. disparu des arch. de la mairie, ainsi analysé dans l'Invent. de 1662 (fº 10 vº) : « Plus auons trouué le parchemin en latin de l'art. 50, receu Isnard nore, le 3e juillet 1228, contenant les libertés concedées a la ville par Girardet Adheymar, en presence et par le consentement de Girard son pere, led. parchemin cachetté d'un cachet de plomb, ou d'un costé est representé led. Girardet à cheual, la lance à la main et de l'autre sont graués ces mots : SIGILLVM GIRARDI ADEMARI ; cotté led. parchemin par nº 24 ». Le sceau en plomb existait encore, d'après une note de M. de Planta.

XV. 20 *décembre* 1228.

(Carta Geraldi Ademarii et Geraldeti ejus filii, de confirmatione libertatis exactionum)*.

Anno ab Incarnatione Domini Mº.CCº.XXºVIIIº, XIIIº kalendas januarii, Ego Geraldus Ademarii, dominus Montilii, et Ego Geraldetus ejus filius, presente domº G(eraldo) Adem(arii) patre meo volente et consenciente, Nos duo per nos et per nostros bona fide et sine dolo et mera liberalitate et spontanea voluntate, donamus et titulo perfecte donationis concedimus hominibus nostris de Montilio presentibus et

futuris, libertatem talem ne decetero toutam vel quistam vel aliquam novam exactionem vel prava usatica in eis faciamus vel aliquo modo fieri permittamus, nec eis per vim vel per aliquam forciam gravamen aliquod vel jacturam nisi juris vel justicie debito conabimur inferre; quod si nos vel aliquis successorum nostrorum predictam donationem et libertatem quocumque modo violare temptaverit, jam dictos omnes homines nostros et res eorum in villa Montilii sub dominio nostro in presenti vel in futuro existentes ab omni jure et fidelitate et hominio absolvimus; et ut omnia sicut superius scripta sunt fideliter observemus et nullo tempore contra veniamus, tactis sacrosanctis Evangeliis juramus. Recognoscentes ambo quod ego G. Adem. pater predictam libertatem et donationem hominibus nostris in villa Montilii, presentibus et futuris, diu est alia vice donaveram, feceram et concesseram et in nullo contra venire tactis sacrosanctis Evangeliis juraveram; et insuper predictis hominibus de Montilio in nostra senoria seu dominio existentibus, presentibus et futuris, libertatem seu franquesiam talem concedimus et donamus mera et spontanea voluntate et liberalitate, nec decepti ab aliquo vel ab aliquibus, et Guidoni de Litio actori sive sindico ab universitate hominum nostrorum in villa Montilii ad hoc specialiter constituto, donamus et concedimus et inter vivos titulo perfecte et irrevocabilis donationis tradimus ipsi Guidoni et per ipsum predictis hominibus nostris presentibus et futuris, quod probi homines nostri de villa Montilii predia sua urbana et rustica que sunt in villa Montilii intus et extra et in ejus tenemento et territorio, que sunt in senoria mei G. Adem. patris vel erunt in futurum, vel erunt in futurum in senoria mei Geraldeti Adem. predicti, et sunt libera vel erunt, videlicet sine censu possint homines nostri dare seu concedere ad acaptum sive in emphiteosim sub annuo censu, retento sibi dominio et plaideamento, sine concilio nostro et nostrorum, et quod hucusque in preteritum datum est ad acaptum sive in emphiteosim sub certo censu concedimus et approbamus imperpetuum. Recognoscentes ambo predicti pater et filius hoc quod dictum est de datione seu concessione ad acaptum sive in emphiteosim sine concilio nostro posse fieri ita esse obtentum et usitatum in villa Montilii ex antiqua et approbata consuetudine cujus non est ad memoria; et omnia supra scripta concedimus et donamus sub juramento et sub forma et sub conventionibus suprascriptis tibi G. de Litio et per te predict. hominibus nostris, et ita nos tenere in perpetuum et in nullo contra venire per nos heredesque nostros et successores nullo malo ingenio excogitato vel excogitando vel per aliquam aliam personam

interpositam tibi Guidoni sindico vel actori predicto, recipienti et stipulanti nomine tuo et nomine predict. hominum nostrorum, sub obligatione omnium bonorum nostrorum promittimus et tactis sacrosanctis Evangeliis juramus. Item concedimus et donamus per nos et per nostros G. predicto sindico et per ipsum dict. hominibus nostris in villa Montilii sub senoria nostra ex^istentibus presentibus et futuris, quod si aliquis forensis seu extraneus injuriam alicui homini nostro vel dampnum dederit vel intulerit sine guerra, ipsum capiendo vel percussiendo vel vulnerando vel ejus certo nuncio ejus res suas auferendo, quod ille qui injuriam vel dampnum passus est possit per se auctoritate sua vel cum amicis suis vel vicinis ex quo de dampno vel de injuria constabit nobis vel successoribus nostris in villa Montilii summere ultionem, nec propter ultionem ille vel illi qui ultionem acceperint vel qui cum eo vel eis fuerint dampnum aliquod paciantur, et aliquis non potest eum guidare in villa Montilii sine licentia injuriati vel dampnum passi vel amicorum ipsius; et sic attendere inperpetuum tactis sacrosanctis Evangeliis juramus. Et ad majorem rei memoriam et certitudinem et robur in antea valiturum, hanc cartam precepimus sigillorum nostrorum munimine roborari. Acta sunt hec apud Montilium, in fornello dom. Geraldi. Ego vero Ysoardus, publicus notarius dom. G(eraldi) Adem(arii), hiis omnibus supradictis presens interfui, qui mandato dom. Geraldi et dom. Geraldeti hanc cartam scripsi, signavi et sigillavi.

(¹) *Vidimus* du 30 juillet 1320, en original parch. (45 lig.) aux archives de la ville, coté nº 39 (*Invent.* de 1662, fº 14 rº), *olim* 65; au dos : *Desta vila, Aiso es li chartra de alcunas partias de las franchezas daus homes de mosenhor Giraut Aimar, laqual chartra a fach far a ma mesio jeu Guionets de Ligo, filhs fai enreire de Guieu de Ligo.*

In nomine Domini, amen. Anno Incarnationis ejusdem Mill'o CCCº. XXº, videl. xxxª die mensis julii, Guido de Litgione, filius condam Guidonis de Litgione, de Montilio Ademarii, constitutus in presencia mei notarii infra scripti et testium infrascript., tradidit mihi notario quoddam instrumentum non cancellatum, non viciatum nec in aliqua sui parte corruptum, set bonum et integrum, factum et signatum manu Ysoardi notarii publ. condam bullatumque bulla plumbea illustris ac potentis viri domⁱ Geraldi Aemar bone memorie, condam domini Montilii, ut prima facie apparebat, in qua bulla erat ab una parte quedam inpressio scripture continens hec verba : SIGILLVM· GERALDI AEMAR, et ab alia parte erat quedam ymago hominis equitans quandam ymaginem equi, defferens unum scutum longum, in qua parte erat talis empressio in scriptura : ME FECIT MATEVS, prout

ita in eadem bulla esse videbatur ; requirens me notarium ut predict. instrumentum transcribere, exemplare, translatare et in formam publicam redigere deberem de verbo ad verbum, nichil addito nichilque remoto, set prout in eodem instrumento continetur, cujus instrumenti tenor talis est : « Anno... sigillavi. » Traditum fuit presens instrumentum mihi notario et per me lectum et in romana linga expositum in hospicio dicti Guidonis, testibus presentibus : Johanne dal Chier, Poncio de Nogerio ; Ego vero Johannes Arnulphi dicti loci Montilii, auctor[te] imper[li] et nobilis viri Giraudi Ademarii, domini Montilii, notarius publ., predict. instrumentum ad requisitionem dicti Guidonis transcripsi, exemplavi, translatavi et in formam publ. redegi.., et in pres. transcripto et translatu signum meum apposui consuetum in testimonium premissorum. ✝

— Transcription dans la ch. du 2 février 1351 (*v. ad h. a.*), dont nous donnons les variantes.— Copie d'après celle-ci dans le *Cartulaire*, f° 30.— Imitation assez fidèle dans les recueils A, A² et B (n° 21) : *Donatio 7a per ill. dd. Giraudum et Giraudetum de Montilio, patrem et filium, dominos Montilii Adhemarii.* « Extr. des arch. de Grignan, d'un livre coté *Privilegia*, fol. 57, in arm. Mont. »

XVI*. 25 *mars* 1237.

(*) Charte fausse dans les recueils A, A² et B (n° 14), avec ce titre : *Donatio 8a facta per ill. pot.q. dd. Adelaziam et Maragdam de Belveze, sorores usufructuarias urbis Montilii per obitum ill. Hugonis et Giraudi Adhemarii consanguineorum, dominorum Montilii* : « ...Adelazia de Belveze, relicta... Hugonis Adhemarii de Montilio, domini quond. parerii et pro indiviso urbis Mont. Adhaym... baronisque de Garda Adaymarii... et de Chalma.., cum tribus filiis meis, Lamberto Adaymarii de Mont.., Rogerio et Guillelmo Hugone Adaymarii de Garda ; Maragda de Belveze, vidua... Giraudi Adaym. de Mont., domini pro indiviso urbis Mont. Adhem. baronisque Rupis Mauræ et de Alpibus, cum tribus filiis meis, Giraudeto Adhem. de Mont., Guillelmo et Aymario Adhem. de Rupe Maura ; sororesque ..Meffredi de Belveze, baronis de Belveze et Montis Girardi in diœc. Tholos.., ad requisitionem nob. Pontii Riperti jud., Dalmatii de Monte, Petri Riperti, Joannis la Balma, Martini la Garda, Hugonis de Podio Grosso, Lamberti de Turribus, consulum et sindicorum... Act. Montilii et in chora ecclesiæ N. D. de Ayguno extra fluv. Robionis.. » A la fin : « Extr. tiré des arch. de La Garde, du liv. coté *Infeudationes*, f° 42, in arm. Mont. »

XVII. 2 *juin* 1247.

(Contractus matrimonii Lamberti Adhemarii, domini Montilii, et Galburgis de Medullione)*.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti, anno Incarnationis ejusdem M.CC.XLVII, quarto nonas junii, Ego Galburgis, filia quondam dom. R(aymundi) Gibosi, domini Medullionis, major annis XIII, dono me in uxorem legitimam tibi Lamberto, domino Montilii, filio Hugonis Adhemarii quondam, et tibi mecum in dotem constituo totam

illam partem meam cum honere suo quam dict. pater meus mihi in ultima voluntate sua reliquit, videl. castra de Curello, de Monte Froco, de Gascheto, de Verdis, de Revesto Albionis, et de donatione Raybaudi de Calma et de Jarjaia, ad me ex paterna successione spectantia, cum omnibus juribus et pertinentiis eorumdem ; cujus terre possessionem tibi tradi a dom. Raymundo patruo meo de Medullione volo atque precipio, et omne jus ad me in dicta terra pertinens in te ex causa dotis transfero et dotale tibi constituo, volens quod tamquam dominus ex causa predicta merum et mixtum imperium et omnem jurisdictionem possis in eadem terra libere exercere, et quod tibi de fidelitatibus et homagiis, constante inter me et te matrimonio, tibi respondeant sicut domino patri meo supradicto et mihi de omnibus hiis tenebantur. Si autem terram meam predict. in solidum vel in parte de debitis in quibus est obligata liberaveris de tua pecunia, volo et concedo quod terram quam de tuo proprio liberaveris tamdiu in omnem casum teneas donec tibi vel tuis de tota pecunia quam solveris pro liberatione dicte terre plenarie fuerit satisfactum. Quod autem predicte dotis constitutionem et omnia supradicta singula et universa rata et firma teneam et observem nec ratione minoris etatis contra veniam nec aliquo jure quocumque, tibi dicto Lamberto, domino Montilii, presenti et interroganti, sub obligatione omnium bonorum meorum promitto et tactis a me corporaliter sacrosanctis Evangeliis juro, renuncians super hiis omnibus juri omni canonico et civili, scripto et non scripto vel consuetudinario, promulgato et promulgando, mihi competenti vel competituro. Honera autem debitorum terre predicte sunt hec : Revestum Albionis est obligatum Raymundo Agouto de Saltu pro triginta millibus solidis Raymundensibus, eidem in dotem a dom. Raymundo de Medullione, quondam avo meo paterno, promissis, cui fructibus (fructus?) non computentur in sortem ; castrum vero de Monte Froc obligatum est dom. abbati Sancti Andree, Avinionensis diocesis, et Willelmo Alcornaci, monacho Cartusiensi, executoribus ultime voluntatis dom. Raymundi de Medullione, quondam avi mei paterni, pro quingentis solidis Viennensibus annuatim solvendis ad emenda forefacta dicti avi mei ; castrum vero de Verdis, similiter de Medullione et de Villa Francha, honeratum est proportionaliter ad emendanda forefacta dom. R(aymundi) Gibosi patris mei quondam, sub juramento a me prestito ; concludens quod posse meum faciam ut forefacta dom. avi mei et patris mei totaliter emendentur, et insuper tota terra honerata est hac obligata est dom[e] Jaucerande matri mee pro dote sua et legatis dom. patris mei solvendis ;

castrum quoque de Verdis obligatum est malcapis de Buxo, pro eo quod restat solvendum de xi millibus et quingentis solidis Viennens. pro quibus dict. pater et patruus meus dict. castrum eis olim obligaverant : dicti tamen malcapi fructus et obventiones dicti castri de Verdis per singulos annos pro quingentis solidis Viennen. ex pacto recipiunt in solutum. Ego igitur Lambertus, dominus Montilii supradictus, te Galburgim supradictam in legitimam accipiens cum dote predicta, tibi promitto quod te et terram tuam quam in dotem constituis mihi bene et fideliter ad meam et tuam utilitatem tractabo et supradicta forefacta omnia et legata solvere totaliter procurabo, pro qua terra dicta tibi vel tuis si casus repetende dotis incideret restituenda, omnia bona mea tibi et tuis successoribus jure ypothece obligo et suppono, et quod omnia supradicta universa et singula compleam et attendam, tibi stipulanti promitto et tactis sacrosanctis Evangeliis corporaliter juro, et insuper fidejussores tibi dono Artaudum dominum Rossillonis et Draconetum dominum Montis Albani et Adhemarium dominum Graignani, quorum quilibet se et res suas omnes presentes et futuras pro omnibus supradict. universis et singulis attendendis et observandis eidem Galburgi et suis successoribus obligaverunt, renunciantes epistole divi Adriani, *etc.* Et ad majorem hujus rei firmitatem et certitudinem, Ego dict. Lambertus, dominus Montilii, nomine meo et mandato dicte Galburgis uxoris mee, istud instrumentum feci bulle mee munimine et dom. Tricastrinensis episcopi roborari. Actum apud Rocham, intus capellam, in presentia istorum testium ad hoc vocatorum et rogatorum, dom. Laurentii episcopi Tricastrinensis, qui mandato dict. dom. Lamberti et dom. Galburgis ejus uxoris presenti carte bullam suam appendi fecit, Petri de Bello Monte, Gui Folqueys, Pon. de Serviaco, Espar officialis Sistaricensis, B. de Medullione, R. Agouti de Saltu, W. Faraudi, P. Salomonis, B. Gaufredi, G. de Besauduno, magistri Pe. notarii Tricastrinensis, magistri Yvani notarii publici dom. R(aymundi) de Medullione et mei Boni Amici publici dominorum Montilii notarii, qui ad hec omnia testis vocatus interfui et rogatu supradict. dom. Lamberti et dom. Galburgis cartam istam manu propria scripsi et in ea signum meum apposui.

Post hec vero, anno Domini M.CC.LXVII, scil. v calend. maii, ego magister Giraudus de Cavellione, notarius publ. dom[i] regis Sicilie in comitatu Provincie et Forcalquerii et dom. episcopi Cavellicensis, ad preces et requisitionem nobilis viri dom. Raymundeti, domini Medullionis, hanc cartam de verbo ad verbum transcripsi prout vidi contineri in instrumento confecto manu Boni Amici notarii publ. et signo ejus signato, et

etiam mandato et autoritate revdi patris dom. G(iraudi), Dei gratia Cavellicensis episcopi, qui ad majorem firmitatem et autoritatem et perpetuam memoriam habendam huic carte bullam suam jussit apponi ad preces dicti Raymundeti, et facta prius diligenti collatione et aspectione hinc inde tam per dict. dom. episcopum quam per W. de Avinione... notarium, redegi in formam publicam et bullavi anno quo supra, scil. vo idus maii, et signo meo signavi.

(*) Transcription du XVIIIe siècle dans le VIIe registre ms. de Valbonnais, à l'an 1247 (Caisse des Baronies). Indiq. dans l'*Invent. des Baronies* (I, 363 vo) et dans celui *du Valent.* (III, 358). — L'*Invent. des Baronies* mentionne (I, 363) une charte postérieure de quelques jours, par laquelle Lambert Adhémar ratifie tous les actes intervenus entre Galburge son épouse et Raymond de Mévouillon.

XVIII. *21 août 1258.*

(Confirmatio et ampliatio libertatum Montilii Ademarii facta per Lambertum Ademarii)*.

Anno ab Incarnatione Domini millo ducentesimo quinquagesimo octavo, scilicet duodecimo kalendas septembris, notum sit omnibus presentibus et futuris, quod Nos Lambertus dominus Montilii, filius quondam domi Hugonis Ademarii, domini Montilii, scimus certificatus et recognoscimus in veritate vobis Arnaudo Ieusio, Durando de Crudatio, Iohanni Bonelli et Passamario, hominibus nostris de Montilio, recipientibus nomine vestro et nomine omnium hominum de Montilio nostrorum, presencium et futurorum, et ipsis omnibus hominibus nostris, dom. Lambertum avum patruum nostrum, dominum Montilii, per se et suos successores bona fide et sine dolo donasse et titulo perfecte donationis concessisse hominibus tunc suis de Montilio, presentibus et futuris, libertatem talem ne decetero toutam vel quistam vel aliam novam exactionem vel *(bis)* prava usatica in eis faceret, vel aliquo modo in eis fieri permitteret, nec eis per vim vel per aliquam forciam gravamen vel jacturam inferret; quod si ipse vel aliquis successorum suorum predictam donationem et libertatem quocumque modo violare temptaret, ipse omnes homines suos et res eorum in villa Montilii, sub suo dominio in presenti vel in futuro existentes, ab omni jure et fidelitate et hominio absolvit, et super sancta Dei Evangelia juravit. Quam donationem et libertatem vobis predictis quatuor, recipientibus nomine vestro et nomine omnium hominum nostrorum in villa Montilii existencium presencium et futurorum,

et ipsis hominibus nostris omnibus presentibus et futuris, laudamus, approbamus et confirmamus, et eandem de novo vobis predict. quatuor, recipientibus nomine vestro et nomine omnium hominum nostrorum de Montilio, facimus et ipsis omnibus hominibus nostris presentibus et futuris. Preterea donamus et concedimus vobis Ar. Iensio, Du. de Crudatio, Io. Bonelli et Passamario supradictis, recipientibus nomine vestro et nomine omnium hominum nostrorum de Montilio, et ipsis hominibus nostris in villa Montilii permanentibus et permansuris, de mera nostra liberalitate et spontanea voluntate, donatione inter vivos et titulo perfecte donationis et irrevocabilis, concedimus quod homines nostri de villa Montilii presentes et futuri predia sua urbana et rustica, que sunt in villa Montilii intus et extra, et in ejus tenemento et territorio, que sunt in dominium et segnoriam nostri Lam(berti) vel erunt in futurum, et sunt libera vel erunt, videlicet sine censu, possint homines nostri dare et concedere ad acaptum seu in emphiteosim perpetuam sub dominio et censu, retento sibi dominio et plaideamento et censu, sine consilio nostro et nostrorum; et in hoc occasione aliqua Nos vel successores nostri ab eis vel successoribus eorum non possimus exigere aliquid vel habere, et quod huc usque datum est in preteritum seu concessum ad acaptum seu emphiteosim ab hominibus nostris et predecessoribus eorum concedimus et approbamus. Preterea eadem liberalitate et spontanea voluntate nostra, vobis predictis quatuor, recipientibus *ut supra*, et ipsis hominibus de Montilio... donamus donatione inter vivos et titulo perfecte donationis irrevocabilis concedimus, quod omnes homines nostri in villa Montilii permanentes et permansuri possint disponere de rebus suis prout eisdem placuerit, et testamentum seu ultimam voluntatem vel ordinationem quam fecerint in testamento vel codicillis vel epistolis vel alia ultima voluntate, illa omnia secundum quod ipsi ordinaverint servari perpetuo faciemus prout juris ratio sustinebit, nec contra in aliquo contra dispositionem eorum veniemus per nos vel per aliquam aliam personam, neque sustinebimus quod aliquis inpediat eorum ultimam voluntatem. Si vero homines nostri presentes vel futuri vel aliqui eorum ab intestato decederent, nullum condendo testamentum vel aliquam aliam ultimam voluntatem in qua seu in quo de rebus suis plenarie disponerent, volumus et concedimus quod bona eorum vel illius qui ita decederet ad filium vel filiam si haberet vel alios inferiores descendentes pervenirent, et si descendentes non haberet ad ascendentes vel ad collaterales, consanguineos et agnatos, secundum quod erunt proximiores in gradu eorum hereditas

perveniret, secundum quod juris ratio hoc dictaret; et quod omnes predictas donationes, libertates perpetuo observemus et contra non veniamus aliquo jure vel aliqua ratione, vobis predict. quatuor Ar. lensio, Du. de Crudatio, Io. Bonelli et Passamario, recipientibus *ut supra*, et ipsis hominibus... per stipulationem et sub obligatione omnium bonorum nostrorum promittimus et super Dei Evangelia juramus. Actum fuit Montilii, in stari dicti dom. Lamberti; testes autem interfuerunt : Guillelmus Hugonis, canonicus Valentinus, Guido de Donzera clericus, Deportus de Castro Novo Dalmacensis, Arnaudus Baccallerii, bajulus dom. Lam(berti), Pon(cius) Bastie, W. de Crudatio, Johannes Spine, W. Grimandi, Bernardus Bonelli, Pon. Herca, Johannes Paelloti, Petrus Gorda, Audoardus, Guillelmus Carbonerii ; et ego W9 de Porta, publicus notarius dicti dom. Lamberti, domini Montilii, presens interfui, qui mandato dicti dom. Lam. et Ar. lensio, Du. de Crudatio, Io. Bonelli et Passamarii cartam istam scripsi et signo meo signavi et bulle dicti domi Lamberti munimine robor a v i.†

(*) Original parch. de 32 lig. 1/3, avec trace de bulle sur double queue, coté **A** (*Invent.* de 1662, fº 1 rº). — *Vidimus* du 8 décemb. 1285 (*v. ad h. a.*), en orig. et dans le *Cartul.* (fº 42). — Transcriptions dans les recueils A, A² et B (nº 15) : *Donatio 9a facta per ill. Lambertum Adhemarii dominum Montilii et Gardæ.* « Extr. des arch. de Grignan, d'un liv. cot. *Privilegia*, fº 88, in arm. Mont.; cette pièce est aussi dans le liv. des libertés de Montar ».

XIX. ?.

(Compositio inter consules Montispessulani et Giraudum Ademarii, dominum Montilii)*.

Pateat universis presentes litteras inspecturis quod, cum propter pignorationes seu marcamenta seu dampna data tam in rebus quam personis hinc et inde orta diu fuisset discordia et protracta inter nos consules et universitatem hominum habitantium in villa nobili Montispessulani, ex una parte, et nobilem virum Guiraudum Adaymarii, dominum Montilii, nomine suo et hominum suorum et subjectorum, ex altera ; tandem nos dicti consules, attendentes quod pacem inquirere et in ea manere est thesaurum in celo acquirere, habito consilio et concensu expresso tocius nostri consilii generalis, Nos dicti consules, nomine nostro et cujuslibet hominis de dicta universitate et tocius universitatis predicte, omnia dampna, interesse, invasiones in rebus seu personis seu costamenta illata seu facta nobis seu homi-

nibus singularibus dicte universitatis seu dicte universitati seu rebus per dict. nobilem Guiraudum Adaymarii seu homines seu subjectos suos quocumque modo et quocumque loco et ex quacumque causa usque ad presentem diem pure et simpliciter remitimus, girpimus et desampparamus eidem nobili et hominibus et subjectis suis, et per pactum de aliquo ulterius non petendo ratione seu occasione predicta a dicto nobili seu hominibus (seu) subjectis suis de predict. omnibus absolvimus, quitamus ac etiam liberamus dict. nobilem et homines et subjectos suos ac etiam res eorumdem : ab hac liberatione exipimus debita privata que dict. nobilis seu homines seu subjecti sui debent burgencibus et hominibus dicte ville Montispessulani. Et ad majus vinculum inter nos et dict. nobilem et homines et subjectos suos vere caritati colligandum, nomine nostro et cujuslibet hominis tocius universitatis ville nobilis Montispessulani predicte, veram pacem ex ore et animo descendentem eidem nobili facimus atque damus et hominibus et subjectis suis et rebus eorumdem, et quod decetero intrare et stare et exire valeant in personis seu rebus suis dict. villam Montispessulani et ejus districtum, omni timore postposito ac remoto ; et ita dict. pacem et omnia supradicta servare nos dicti consules, eo nomine quo supra, eidem nobili promittimus bona fide. Et ad majorem horum omnium firmitatem presentes litteras predicto nobili tradimus sigillo nostro pendenti cereo comunitas ; et nos R. de Cassillaco, Montispessulani bajulus, pro nobis et successoribus nostris futuris Montispessulani bajulis, predicta omnia et singula auctoritate officii dicte bajulie laudamus et confirmamus, et ad majorem hujus rei firmitatem habendam, presentem cartam sigilli curie Montispessulani munimine jussimus roborari. Actum in Montepessulano, in domo consulum ubi totum generale consilium erat congregatum.

(*) Original parch. de 28 lig. 1/2 à la Biblioth. impér., ms. lat. 9239, nº 1; au bas, fragm. du 1er sceau sur tresse tricolore.

XX. *11 avril 1262.*

Testamentum dom[i] Giraudi Adeymarii, domini Montilii Adeymarii*.

Quia humani ingenii naturali infirmitate inpediente plures quod [approbant non potest memorie commen]dari : icirco majores nostri ad literas et ad eorum nutos devenerunt, ut de suis actibus seu ultimis dispositionibus possent in [perpetuum] meminere. Ideo in

nomine Domini nostri Jhesu Xpisti, anno Incarnationis cejusdem M°CC° sexsagesimo secundo, videl. tertio idus aprilis, Ego Geraldus Ademarii, dominus Montilii, licet eger corpore in bona tamen mentis mee valitudine existens, volens primo providere anime mee et posteritati mee in futurum, facio, condo et ordino testamentum meum nuncupativum seu ultimam dispositionem meam in hunc modum : In primis eligo sepulturam meam in cimiterio ecclesie Fratrum Minorum de Montilio et ibi lego quingentos solidos Viennenses ad opus fabrice ecclesie Fratrum Minorum ejusdem loci ; ecclesie Beate Marie de Ayguno lego centum solidos, singulis aliis ecclesiis de Montilio unum annuale, ecclesie Sancti Petri duo annualia, ecclesie Sancti Martini unum annuale, ecclesie Sancti Petri et Sancti Johannis et Sancti Laurentii de Rochamaura et de Meissano cuilibet unum annuale, ecclesie monasterii Boni Loci unum calicem usque ad summam sexsagenta solid. et unam procurationem competentem, ecclesie domus de Bosqueto unum calicem usque ad summam sexsaginta solid. et unam procurationem competentem ; ecclesie Beate Marie Aque B[elle] lego unum calicem usque ad dict. summam sexsaginta solid. Viennensium ; monasterio de Alairaco lego unum annuale. Item, filie mee Mar[agde] lego jure institutionis decem libras Viennens. et in hiis et in viginti quinque milibus solid. Viennen., quos sibi dedi et constitui in dotem cum Lamberto marito suo, ipsam mihi heredem instituo et hiis ipsam contentam esse volo de omnibus bonis meis ; item, filie mee Ademarie lego jure institutionis decem libras Viennen. et in hiis et in viginti quinque milibus solid. Viennen., quos sibi dedi et constitui cum Guillelmo domino Turnonis marito suo, ipsam mihi heredem instituo et nolo quod amplius in bonis meis habeat et in hiis ipsam contentam esse volo de bonis meis ; item Marceline et Ticburgi, Agneti et Laurete et Geraldete, filiabus meis, lego jure institutionis sexsaginta libras Viennen. in quibus eas mihi heredes instituo quamlibet in sexsaginta libr. Vien., et volo eas esse contentas de bonis meis et quod nihil amplius petere possint in bonis meis, et volo quod predicte filie mee in monasteriis relligiosis collocentur. Item Guillelmeto et Ademario et Guigoneto et Geraldeto inpuberi, filiis meis et liberis, cuilibet illorum lego jure institutionis quatuor viginti libras Viennen. in quibus quemlibet ipsorum heredem mihi instituo et volo ipsos esse contentos et quod in bonis meis nihil amplius petere possint, et volo quod in religiosis monasteriis collocentur. Si vero Ticburgis uxor mea pregnans est, liberum seu liberos, si quem seu quos liberos procrearet, illum seu quemlibet illorum liberorum heredem seu heredes mihi instituo, si

masculus est seu masculi quemlibet in quatuor viginti libras Viennen., si femina seu femine in sexsaginta lib. Vien., et volo ipsos sive ipsum esse contentos seu contentum. Item, Geraldum Ademarii, filium meum puberem, in heredem universalem instituo in omnibus bonis meis mobilibus et inmobilibus, juribus et rationibus, villis sive castris, dominationibus... : si vero contingeret, quod Deus avertat, quod dict. Geraldus filius meus pubes moreretur sine liberis de legitimo matrimonio natis quandocumque, volo et precipio quod Guillelmo fratri suo, filio meo, si superstes esset et relligionem non intrasset et professionem non fecisset, bona dicti Geraldi puberis devolvantur et ei succedat; si vero dict. Guillelmus relligionem intrasset et professionem fecisset vel decessisset ante mortem dicti Geraldi filii mei et heredis, volo quod bona mea sine alia diminucione pervenirent ad Ademarium filium meum sub predicta conditione, si vivus esset et relligionem non intrasset; si vero decessisset vel relligionem intrasset, volo quod ad Guigonetum filium meum debeant pervenire; et si dictus Guigo decessisset vel relligionem intrasset, volo quod dicta bona mea per integrum deveniant ad Geraldetum filium meum inpuberem. Item, do filiis meis et liberis inpuberibus tutricem et administratricem Tiburgem uxorem meam, et volo et precipio quod ipsa sit domina et administratrix et gubernatrix et etiam gubernatrix puberis ; et volo quod liberi mei non possint ei administrationem bonorum meorum auferre in aliquo, et do pro consiliatoribus liberis meis et uxori mee predicte dom. Geraldum Amici et dom. Ademarium, dominum Graignani, et dom. Guillelmun Iterii et Bonellum de Licio et................, et quicquid egerint agant cum eorum consilio vel majori parte ipsorum. Et recognosco quod ego habui ab uxore mea Tiburgi predicta undecim milia et quingentos solid. Viennen., et pro melioratione lego eidem tria milia et quingentos sol. Vien., et sic inter totum habeat quindecim milia solid. Viennen. Item, fratrem meum fratrem Ademarium, de ordine Fratrum Minorum, consiliatorem facio super elemosinis a me legatis et clamoribus meis emendandis, et volo quod clamores mei penitus ceddantur et omnia ista [perficiat] filius meus pubes vel ille ad quem bona mea pervenerint, et lego pro clamoribus meis incertis de quibus ad presens non recolo septuaginta libras Viennen. Item, volo quod Geraldus Ademarii, filius meus pubes, solvat clamores meos et [elemosinas] post unum annum a tempore mortis mee computatum, et pro ipsis emendandis et solvendis leguatis et delitis meis (obligo) pedagium de Rochamaura quamcito dict. pedagium quitium fuerit, et volo et precipio quod si heres meus non emendaret clamores meos et sol-

veret debita mea et legata ad cognitionem fratris Ademarii, de ordine Fratrum Minorum, fratris mei, volo et precipio quod dom. Ademarius, patruus meus, dominus Graignani, et dom. Guillelmus Iterii percipiant fructus et redditus pedagii de Rochamaura [et de] clamoribus et debitis et legatis meis emendandis satisfaciant ad cognitionem fratris mei, fratris Ademarii; et si dict. Geraldus filius meus et heres vel quicumque esset meus heres inpedirent vel inpediri facerent quominus predicti dom. Ademarius et dom. Guillelmus Iterii possent percipere et colligere dict. pedagium pro clamoribus meis pacificandis et debitis et legatis solvendis ad cognitionem predicti fratris Ademarii, fratris mei, volo et precipio et rogo quod episcopus Vivariensis, quicumque esset episcopus, compellas eos ad predicta facienda. Et dict. Geraldus filius predict. et dicta dom. Ticburgis promiserunt dicto Geraldo Ademarii, patri et marito, et super sancta Dei Euvangelia juraverunt se dict. testamentum seu ultimam voluntatem completuros et observaturos. Et hec est ultima voluntas mea, quam volo valere jure testamenti nuncupativi, et si jure testamenti nuncupativi non valeret volo quod valeat jure codicillorum, et si jure codicillorum non valeret volo quod valeat jure cujuslibet ultime voluntatis seu dispositionis; et si aliquo alio tempore feci testamentum aliud seu ultimam voluntatem seu dispositionem, totum illud seu illam casso et irritum esse volo, set quod in presenti carta continetur volo quod habeat perpetuam firmitatem. Actum Montilii, in domo predicti testatoris, in camera de turre, presentibus et ad hoc vocatis et rogatis per dict. testatorem hiis testibus: fratre Jacobo de ordine Fratrum Minorum, et fratre Ademario predicto, Berengario, Petro de Ponte, Raymundo Lupi, magistro Guillelmo Cristiani, jurisperito, dom. Guillelmo Iterii milite et me Bertrando Henrici, publico notario predicti testatoris, qui per ipsum vocatus et rogatus cartam istam scripsi et signo meo signavi et in ea bullam ipsius A P P O S V I.

(*) Original parch. à la Biblioth. impér., ms. lat. 9239, n° 5; au dos la cote **Tiburgis**, au bas trace de sceau sur soie rouge à double queue.

XXI. *16 juin 1272.*

(Emancipatio Hugonis Ademarii, filii Lamberti, domini Montilii Ademarii)*.

Anno Domini M°.CC°. septuagesimo secundo, scil. die jovis post festum Penthecostes, sit notum cunctis presentibus et futuris quod nos Lambertus, dominus Montilii Ademari, non decepti nec choacti

nec in aliquo circumvecti seu malo ingenio inducti, set mera et spontanea voluntate et grata liberalitate ad hoc inducti, te Hygonem Ademarium, filium nostrum legitimum et naturalem, procreatum ex uxore nostra quondam, volentem et petentem misericorditer emancipamus et a manu et potestate paterna qua nobis subjectus fuisti hucusque liberamus et absolvimus ; dantes et concedentes tibi plenam et liberam facultatem quod tu possis amodo stare in judicio, testari, codicillari, donatione causa mortis cui volueris donare, emere et vendere, et omnes alios contractus facere et alios actus legitimos tanquam paterfamilias celebrare. Et si aliquid tibi obvenit seu obvenerit in futurum vel ex sucessione materna vel ex materno genere, vel tu aliquid a nobis aquisiveris vel ex prospera fortuna vel aliunde quocumque modo aliqua bona aventicia tibi obvenerint nobis viventibus, usui fructui qui nobis obveniret et competeret in illis bonis in premium emancipationis expressim renunciamus, cerciorati de hoc jure plene : videl. quod a jure conceditur dimidia usus fructus rerum aventiciarum emancipantibus in premium emancipationis ; et tibi remittimus et desamparamus predictum usum fructum, exceptioni doli et in factum et sine causa et omni alii juris auxilio, civili et canonico, promulgato seu promulgando, nobis competenti seu competituro in posterum renunciamus ex pacto inter me et te habito in hoc facto. Et nos Johannes de Sarneyo miles, senescallus Venayssini, auctoritatem nostram et decretum requisiti per vos Lambertum, dominum Montilii Ademarii, et Hygonem Ademarium predictos, huic emancipationi presenti et omnibus que superius dicta sunt interponimus pariter et assensum. Acta fuerunt hec apud Paludem, in domo Henrici Coraterii ; testes fuerunt dom. Guillelmus de Reali, dominus legum, et dom. Dalmacius jurisperitus, dom. Raimundus de Baucio, princeps Aurayce, dom. G. Bonpar miles, Petrus Ymberti, Jacobus de Reali, Hygo de Bastida, Bertrandus Fulchonis notarius et ego Raimundus Bossigonis de Mairosio, notarius publicus terre Venayssini pro domino rege Francorum, qui roguatus a dict. partibus hec scripsi et signo meo signavi et bulla dicti dom[i] regis bullari jussi.

(*) Original parch. aux archives de la Préfect. de l'Isère. Au bas est appendue, sur lacs de soie rouge à double queue, une bulle en plomb de 30 mill. de diam. : écu chargé de 10 fleurs de lis posées 4, 3, 2 et 1, en exergue : ✝ **PHILIPPVS ⋮ REX ⋮ FRANCORVM** ; au revers le champ est occupé par une grande fleur de lis, légende : ✝ **BVLLA ⋮ VENAISSINI ⋮ ·P ⋮ REGE**.

XXII. *14 octobre 1275.*

(CONCESSIO DOMINORUM MONTILII ADEMARII SUPER FACTO RECTORUM UNIVERSITATIS EJUSDEM)*.

ANNO Domini mill° ducentesimo septuagesimo quinto, videl. pridie ydus octobris, dom. Geraldus Ademarii, dominus Montilii Ademarii, dom^a Titburgi matre sua presente et assensum suum ipsi dom. Giraudo prestante, et ipsa dom^a Titburgis pro se, et dom. R(aymu)ndus de Baucis princeps Aurasicensis et dom. Gaucherius dominus de Seseresta, pro dom. Lamberto domino Montilii Ademarii et nomine ipsius dom. Lamberti, dederunt et concesserunt plenam et liberam potestatem Bertrando Ricaudi et Andree Corraterii et Bernardo Remusati et Petro Alexandri et Bonello de Licione et Bartholomeo de Crudacio, presentibus et sollempniter stipulantibus et recipientibus pro se et nomine omnium hominum et universitatis Montilii, ut ipsi sint custodes et rectores ville Montilii et universitatis ejusdem et omnium hominum habitancium dictam villam et ejus tenementum, tantum ad ea que inferius dicentur et exprimentur, et quod possint jurare inter se pro comodo et utilitate ipsius ville sine pena et multa, et jurent ad sancta Dei Euvangelia facere comodum et utilitatem ville Montilii et omnium hominum habitancium dict. villam et ejus tenementum et ea que erunt inutilia et incomoda ipsi ville pretermitere, et recipere juramenta omnium hominum habitancium dict. villam a XIIII^cim annis supra, ut ipsi salvent et deffendant ab omni homine et universitate villam Montilii et omnes habitantes eamdem. — § 2) Concesserunt eciam et dederunt plenam et liberam potestatem dom. Geraudus Ademarii et dom^a Titburgis pro se et dom. Raymundus de Baucis et dom. Gaucherius pro dom. Lamberto et ejus nomine, omnibus hominibus ville Montilii et omnibus habitatoribus ejusdem loci et tenementi ipsius, ut ipsi possint jurare et jurent sine pena et multa vel juramenta prestare et prestent Bertrando Ricaudi et aliis consociis suis supranominatis, super eo videl. quod ipsi villam Montilii et ejus tenementum custodiant, salvent et deffendant, et omnes habitantes eamdem ac ejus tenementum et bona et res eorumdem ab omni homine et universitate, et quod pro deffencione ville Montilii ipsi possint se apponere et se apponant contra quamlibet personam secularem et regularem et ecclesiasticam, liberantes eosdem ab omni pena et multa si quam pro dicto juramento seu occasione dicti juramenti ipsi comiterent seu ipsi domini de Montilio ab ipsis exigere possint et

levare. — § 3) Item voluerunt et concesserunt, scil. dom. Geraudus Ademarii et dom^a Tiburgis pro se et dom. Raymundus de Baucis et dom. Gaucherius pro dom. Lamberto et ejus nomine, et dederunt plenam et liberam potestatem Bertrando Richaudi et aliis consociis suis supranominatis, ibidem presentibus et concensientibus, ut ipsi possint ordinare et ordinent super hiis que ipsis expedire videbitur ville Montilii supradicte et omnibus hominibus habitantibus eamdem et tenementum ipsius, et esse ad salvum et securitatem et custodiam ville Montilii suprad. et omnium hominum habitancium eamdem et ipsius tenementum, et sizas seu collectas pro comuni utilitate ville Montilii facere et homines ac mulieres et omnes habitantes dict. villam et tenementum ipsius in dicta siza seu collecta vel tallia juxta eorum arbitrium talliare; et si aliqui essent in dicta villa seu in ejus tenemento qui in dicta siza seu collecta nollent conferre id quod per ipsos taxatum esset, ipsos possint compellere et compellant ad id solvendum in quo taxati essent per eosdem per penam infrascriptam, et supradicta possint facere et faciant quotcumque eis videbitur expedire, et penam usque ad summam quinquaginta solidorum Viennensium apponere et apponant tociens quociens opus esset, et una pena imposita et comissa et exacta alia nichilominus possit imponi et exigi ab eisdem seu per eosdem, et dict. penam si eam comiti contingerit ab aliquo seu aliquibus predict. hominum Montilii seu ejusdem tenementi possint exigere et levare et exigant et levent ab omnibus illis et singulis qui rebelles essent seu inobedientes eisdem seu alteri eorumdem super hiis que ad salvum et comodum et custodiam ville Montilii et omnium hominum habitancium dict. locum et ejus tenementum esset seu esse posset, et pro dicta pena ipsos possint pignorare et pignorent sua auctoritate propria et compellere ac compellant ad solvendum dict. penam, et contra inobedientes seu inobedientem eisdem vel alteri ipsorum ad solvendum dict. penam possint procedere directe vel indirecte et procedant et pignorare et pignora possint distrahere seu impignorare propria sua auctoritate, et ipsam penam possint ponere et ponant in utilitatem et comodum et custodiam ville Montilii et universitatis ejusdem prout eisdem videbitur expedire. — § 4) Item voluerunt, *ut supra*, et dederunt plenam et libertatem *(leg.* liberam potestatem) rectoribus seu conservatoribus supradictis, quod si contingeret alterum ipsorum seu plures decedere, quod alii superstites seu superviventes possint loco mortui seu mortuorum alium seu alios ponere seu eligere de parte illa seu jurisdictione de qua esset seu essent mortuus seu mortui; et si inter ipsos superviventes seu successores eorumdem in electione

seu substitutione predicta seu super custodia et deffencione ville Montilii discencio seu discordia oriretur, debuit illa discordia et discencio sedari et concordari per dictum seu ad dictum dom. Raymundi de Baucis dum viveret dict. dom. Raymundus, et predicti conservatores debuerunt sequi super predictis voluntatem et dictum dicti dom. Raymundi.— § 5) Post hec Bertrandus Ricaudi et alii consocii sui supra nominati promiserunt, corporaliter ab ipsis prestito juramento, quod ipsi apponent et dabunt tantam diligenciam et curam quod ipsi scient et poterunt in custodia et deffencione seu in hiis que ad custodiam et deffencionem ville Montilii et o^um^ habitancium dict. locum, et quod se opponent contra quamlibet personam pro deffencione ville Montilii et habitancium dicti loci, et dict. locum et homines dicti loci et bona et res eorumdem ipsi deffendent pro posse suo et salvabunt, et quod omnia facient et procurabunt fieri que ad comodum et custodiam seu deffencionem et utilitatem Montilii et hominum dicti loci erunt seu esse poterunt ; promiserunt eciam quod ipsi non fovebunt nec deppendent plus ad unam partem quam ad aliam dominorum Montilii in hiis seu super hiis que erunt seu spectabunt ad custodiam dicte ville nec super eisdem aliquam fraudem commictent.— § 6) Post hec, dom^a^ Titburgis et dom. Ge(raudus) Ademarii promiserunt dom^o^ Raymundo de Baucis et dom^o^ Gaucherio supradictis, presentibus et sollempniter stipulantibus et recipientibus, et michi notario infrascripto, recipienti nomine omnium hominum ville Montilii seu universitatis ejusdem, et tactis corporaliter sacrosanctis Euvangeliis juraverunt quod ipsi custodient, salvabunt et deffendent pro posse suo villam Montilii et ejus tenementum et omnes homines habitantes eamdem ab omni homine et universitate, et quod ipsi non inmitent nec inmiti facient nec pacientur inmiti in dicto loco Montilii nec infra clausuram Montilii seu infra alium locum aliquam personam seu personas contra homines Montilii seu habitantes dict. locum Montilii, nec procurabunt aliquid mali contra dict. homines Montilii seu habitantes dict. locum, nec aliquid facient quod sit seu esse possit contra villam Montilii seu que esse possent vel spectare contra dict. locum Montilii seu ad incomodum seu destructionem dicti loci, set villam supradict. et omnes habitantes eamdem et universitatem ejusdem fovebunt et juvabunt contra quamlibet personam, et omnia illa que super deffencione seu custodia ville Montilii et universitatis ejusdem erunt seu esse poterunt pro posse suo facient ac fieri procurabunt. — § 7) Post hec, dom. Raymundus de Baucis et dom. Gaucherius promiserunt predict. conservatoribus... et michi notario... et fidem suam manualem prestiterunt, quod ipsi super deffencione et

custodia ville Montilii et hominum dicti loci ipsis rectoribus et omnibus hominibus de Montilio dabunt consilium, auxilium et juvamen pro toto posse suo et ipsos fovebunt et juvabunt contra quamlibet personam, et eciam curabunt pro posse suo fieri omnia et singula supradicta; promiserunt et se facturos et curaturos quod dom. Lambertus, dominus Montilii, omnia supradicta et singula approbabit et emologabit. Et renunciaverunt omnes supradicti et singuli omni juri canonico et civili, promulgato et promulgando, et omni exeptioni et deffencioni quibus contra predicta vel aliqua de predictis venire possent, et specialiter et per pactum et juri dicenti juri quod nondum competit renunciari non posse, et juri dicenti generalem renunciacionem non valere. Acta sunt hec in Montilio, in claustro Fratrum Minorum de Montilio, presentibus testibus ad hec vocatis dom. Raymundo Alsiardi, priore majore Insule Barbare, et dom. Ferando de Baras milite, dom. Raymundo Audeberti milite, Hugone domino de Bastia, Guidone de Castronovo et multis aliis, et me Petro Arnulphi notario infrascripto.

§ Post hec, anno et die quibus supra, in curia domi Lamberti, domini Montilii, in presencia infrascriptorum testium, scil. domi Raymundi de Baucis et domi Gaucherii et domi Ferandi de Barrasio et domi Raymundi Audeberti et domi Guillelmi Bompar et Hugonis domini Bastie et Guidonis de Castronovo et plurimorum aliorum, predict. dom. Lambertus, dominus Montilii, omnia supradicta universa et singula, prout superius jacent et sunt eidem per romanam lingam exposita, approbavit et emologavit et rata habuit; volens et concedens ipsis rectoribus supradictis... et omnibus aliis hominibus suis de Montilio.., ut juramenta et pacta seu pactiones inter se pro causis supradict. possint facere et faciant, et ea vel eas juramento vallare et firmare, et quod jurent et jurare possint inter se absque omni pena sive multa, ymo si per illa juramenta seu pacta vel pactiones... penam aliquam ab ipsis ipse dom. Lambertus posset exigere seu levare, illam exnunc prout tunc et extunc prout nunc eisdem dabat et dat ac remisit, et a predicta pena sive multa ipsos.. liberabat et liberat; et promisit dict. dom. Lambertus predicto dom. Raymundo de Baucis,.. recipienti nomine omnium hominum ville Montilii et universitatis ejusdem, et eciam michi notario.., quod ipse custodiet, salvabit et deffendet pro posse suo villam Montilii et omnes homines habitantes eamdem et universitatem ejusdem ab omni homine et universitate, et quod ipse non inmitet nec inmiti faciet nec pacietur inmiti in dicto loco Montilii nec infra clausuram dicti loci seu infra alium locum aliquas personas

contra homines Montilii seu habitantes dict. locum nec procurabit aliquid mali contra dict. homines.., nec aliquid faciet seu procurabit fieri quod sit seu esse possit contra villam Montilii, seu que esse possent... ad incomodum vel destructionem dicti loci, set villam supradict. et omnes habitantes eamdem et universitatem ejusdem et bona et res eorumdem fovebit, custodiet, juvabit et deffendet contra quamlibet personam, et omnia illa que super deffencione et custodia ville Montilii et universitatis ejusdem erunt.. pro posse suo faciet ac fieri procurabit. Et ut ita actendat et compleat et contra non veniat, tactis corporaliter sacrosanctis Euvangeliis juravit, et renunciavit ex pacto omni juri canonico et civili... In quibus omnibus.. ego Petrus Arnulphi, publ. notarius predicti dom. Lamberti, presens interfui et de mandato omnium predict. hanc cartam scripsi et predicta stipulatus fui... et de mandato omnium predict. signo meo signavi et bullavi cum bulla predicti dom. Lamberti ; et concesserunt omnes... Et ego Petrus Chabraria, notarius publ. nobilis viri dom. Geraudi Ademarii, domini Montilii, omnibus supradict. presens interfui et ideo in pres. instrumento me subscripsi et signum meum apposui et pres. instrumentum bulle dicti dom. Geraudi Ademarii munimine roboravi ad majorem firmitatem habendam, de mandato omnium predict.

(*) *Vidimus* du 2 févr. 1354 (*v. ad h. a.*), en origin. et dans le *Cartul.* (f° 31). — Copie dans les recueils A, A2 et B (n° 16) : *Donatio* 10ᵃ *facta per ill. Geraudum Adhemarii, dominum Montilii, et dom. Tiburgi Amici, matrem suam.* « Extr. des arch. de Grignan, d'un liv. cot. *Privilegia*, fol. 59, in arm. Mont.; cette pièce se trouve aussi aux arch. de Montar, au bas de laq. est la confirmation de Lambert, seigneur de Montar... »

XXIII. *27 février 1280.*

(Remissio dominorum Montilii Ademarii super abusibus circa matrimonia et peregrinos)*.

In nomine Domini, amen. Anno Incarnacionis ejusdem Mill'io CC°. LXXIX°, videl. die lune post festum beati Mathie apostoli, cum Nos Giraudus Ademarii, dominus Montilii, abusi fuerimus et nostri antecessores quamvis indebite et injuste prohibendi ne mulieres que nostre erant jurisdictionis collocarentur in matrimonium hominibus Lamberti domini Montilii, parerii nostri, absque nostra voluntate et consensu; item, quod si aliqui homines starent in villa Montilii ibi-

dem dominum non habentes, quod illos per violenciam et ultra voluntatem ipsorum ab eisdem extorquebamus fidelitatis juramentum, ipsos ut homagium nobis facerent compellendo : ad hec cum sint contra Deum et justiciam, cum matrimonia esse debeant libera et etiam absoluta, cum dicat Apostolus quod mulier nubat in Domino cum quo voluerit [1], et nemo compelli debeat prestare fidelitatis juramentum illi cui in aliquo non tenetur, nisi de sua processerit voluntate. Igitur nos predict. Giraudus Ademarii dominus Montilii, per nos et successores nostros imperpetuum promitimus tibi Petro Arnulphi notario publico Lamberti predicti domini Montilii, tamquam persone publice... recipienti nomine Lamberti predicti et suorum, et nom^e omnium hominum Montilii presencium et futurorum... expresse et per pactum, quod nos non abutemur decetero dict. consuetudinibus, que consuetudines non dicuntur sed potius corruptele, videl. non prohibemus nec eciam deffendemus directe vel indirecte subdictis mulieribus nostris nec ipsas compellemus quin nubant in Domino cuicumque voluerint, sive hominibus dicti Lamberti seu cujuscumque alterius jurisdictionis ; nec eciam compellemus directe vel indirecte aliquem hominem apud Montilium commorantem, quod nobis homagium faciat sive prestet fidelitatis juramentum nisi processerit de sua propria voluntate. Et hec promitimus... sub pena centum marcharum argenti boni et fini, que pena tociens comitatur et dicatur comissa quociens contra predicta vel aliquid de predictis de facto vel de jure per nos vel per bajulos nostros vel per aliquem subdictorum nostrorum venieremus, et ipsa comissa et exacta nichilominus teneamur ad predicta... observanda ; et pro hiis actendendis et complendis, omnia bona nostra presencia et futura... obligamus ; et insuper pro predict. omnibus actendendis et complendis et pro pena solvenda, ut superius est expressum, dare promitimus fidejussores et principales debitores et redditores, scil. nobilem virum Guillelmum Grossi, dominum de Grasinhano, et Poncium de Montedracone, dominum de Chantamerles, et dom. Poncium de Bello Monte. Volentes et concedentes quod dict. Lambertus et sui atque *(leg.* absque) nostri et nostrorum requisicionem quam cito contra predicta de facto vel de jure nos et nostri venieremus possint nos et nostros successores et fidejussores predict. auctoritate sua propria pignorare sine aliqua juris offensa et sine diminucione aliqua sui juris ; promitentes eciam quod nos non imponemus nec imponi faciemus penas nec minas aliquas inferemus nec inferri faciemus ipsis mulieribus vel parentibus, cognatis, affinibus vel amicis earumdem quin libere valeant contrahere cum quocumque volue-

rint sicut eis videbitur faciendum, nec eciam penas imponemus... nec minas inferemus... ipsis hominibus vel parentibus, cognatis, affinibus vel amicis eorumdem quin homagium faciant cui ex dominis videbitur faciendum; renunciantes expresse et per pactum minoris etatis beneficio et in integrum restitucioni... et quadrimestri temporis et viginti dierum induciis... et omni alii juri... Actum Montilii, in stari domi Jordani Berengarii militis, presentibus testibus domo Bergondione de Castronovo, Gueelino, magistro Guillelmo Falconis jurisperito, Raymundo de Ruppe, Raymundo de Baino, Petro Alexandri, Bonello de Ligione, Bartholomeo de Crudacio, Henrico Spiardi.

§ Post hec, anno et die quibus supra, Nos Lambertus dominus Montilii, in hospicio nostro inferiori apud Montilium existentes, in presencia magistri Guillelmi Falconis jurisperiti et Petri Alexandri et Bertrandi Ricaui et Bonelli de Ligione et Bartholomei de Crudacio et Valoris Raymbaudi de Florencia et Guillelmi Amieu et Petri Hugonis de Garda et magistri Johannis de Sancto Flore et Petri Gontardi et Petri Bermondi, visis et intellectis omnibus hiis superius dictis, recitatis et promissis per Giraudum Ademarii parerium nostrum, cum nos et antecessores nostri ad similia facienda conaremur, videl. quod nos et antecessores nostri abusi fuerimus *(ut supra, lin. 3)... (l. 5)* homin. dicti Giraudi Ademarii parerii nostri... *(l. 11)* ac eciam... *(l. 15, etc.)* Lambertus... *(l. 16)* not. publ. supradicto.,. *(l. 18, etc.)* Giraudi Ademarii... *(l. 21)* prohibebimus... *(l. 33)* hiis omnibus... *(l. 37)* videl. nob. vir, dom... Chantamerles et Bergondionem de Castronovo Vivariensem canonicum... *(l. 40)* absque... *(l. 51)* pactum omni errori juris sive facti, *etc*... Acta fuerunt omnia supradicta Montilii, in locis et temporibus et coram testibus supradict... Et ego Petrus Arnulphi de Montilio notarius publ. nobilis viri dom. Lamberti, domini Montilii, omnibus supradict. presens fui et predicta stipulatus fui et recepi nomine dom. Lamberti et dom. Giraudi predict. et nome omnium hominum de Montilio... et de mandato d. Giraudi et d. Lamberti hoc instrumentum scripsi et cet.

(*) *Vidimus* du 2 févr. 1354 (*v. ad h. a.*), en origin. et dans le *Cartul.* (fo 33). — Copie dans les recueils A, A2 et B (nos 17 et 18) : *Donatio* 11a *facta per spectab. dom. Giraudum Adhemarii et nomine Lamberti Adhemarii, dominos Montilii. Don.* 12a *homologans præcedentes facta per spect. d. Lambertum Adhemarii, dominum Montilii.* « Extr. ex arch. Gardæ, unde supra, R. 64 et 67 ».

(1) I *Corinth.* VII, 39.

XXIV. *10 août 1280.*

(Concessio generalis libertatum universitatis facta per Giraudum Ademarii, dominum Montilii)*.

In nomine Domini, amen. Anno ab Incarnatione ejusdem mill'io CC°LXXX°, scil. quarto idus augusti, Nobilis vir dom. Gir(audus) Ademarii, dominus Montilii, non coactus, non deceptus nec ad hec inductus dolo, fraude, calliditate seu machinatione aliqua, sed motus sua grata et spontanea voluntate, considerans et actendens merita sibi et predecessoribus suis facta et adhibita per homines suos de Montilio, volens et intendens eorum merita et servicia remunerare, cum virtutum premia tribui meritibus conveniat ; ea propter dict. dominus Ger(audus) cum testimonio hujus publici instrumenti, ut fides rei geste possit imposterum deperire, de consilio amicorum suorum et nominatim omnium illorum qui sunt de suo consilio et fratris Adzemarii avunculi sui, de ordine Fratrum Minorum, ut ipse asseruit, hominibus suis de Montilio et eorum imperpetuum successoribus et omnibus maris et feminis manentibus sive morantibus nunc ad presens et infuturum moraturis sub dominio et brevi ipsius Ger. in villa Montilii, per se et suos imperpetuum successores, universitate predict. hominum suorum more solito congregata, ipsi universitati presenti et intelligenti et recipienti ac stipulanti, et singulis de dicta universitate predicti brevi et hominibus predict. et cuilibet eorum et michi infrascripto notario... donavit, concessit et transtulit inmunitates, libertates et franquesias seu privilegia infrascripta et infrascriptas imperpetuum valituras et valitura. — § In primis predicte universitati et singulis hominibus habitantibus (et) habitaturis imposterum sub dominio et brevi dicti Gir..., dict. dom. Ger(audus)... imperpetuum et sollempniter concessit, promisit per stipulationem quod libertates, inmunitates et franquesias et privilegia concessas et concessa, datas et data hominibus suis de Montilio seu ipsi Ger(audo)... per reverendum patrem dom. Amedeum episcopum Valentin. et Dyensem, ipse dom. Ger. vel sui imposterum successores non vendent, non transferent, non alienabunt, aliquo titulo gratuito vel non gratuito. in quamcumque personam ecclesiasticam vel secularem, majorem vel minorem, vel minorem (!) collegium vel aliud corpus, sed ipsas libertates, inmunitates, franquesias seu privilegia per se et successores suos fideliter et integre et sine fraude aliqua observabit et observari faciet... predict. hominibus et successoribus eorumdem : sciens et

cognoscens dictus dom. Ger. et confitens quod dict. hominum quamplurimum interest predicta aliquo tempore in quamcumque personam alienare non posse nec debere. — § 2) Item dict. dom. Ger(audus)... dict. hominibus et predicte universitati... et michi notario... liberaliter concessit pro privilegio et immunitate seu libertate, quod omnes illi homines et mulieres qui sub dominio et brevi ipsius domi Gir. in villa Montilii morantur et morabuntur infuturum ab intestato descedentes, habeant et habere possint secundum quod jura volunt heredes suos ab intestato parentes et liberos seu filios, agnatos et cognatos usque ad quartum gradum consanguineitatis vel agnacionis inclusive; ita tamen ut priores et viciniores in gradu prius vocentur et admitantur ad hereditatem intestati vel intestate secundum formam et ordinem juris comunis datum et concessum, et quod heredes venientes ab intestato usque ad quartum gradum inclusive libere possint hereditates adhire vel se inmitere et corporalem possessionem et quasi apprehendere et intrare, non expectata, non petita auctoritate, presencia, licencia ipsius domi Gir. et successorum suorum seu officialium quos habet vel infuturum habebit in villa Montilii predicta.., occasione alicujus usus vel abusus, consuetudinis vel qualibet alia ratione non possint ab aliquibus succedentibus ab intestato usque ad gradum predict. racione adhibicionis vel apprehencionis seu apprehendende vel racione mutationis seu investiture accipere, exigere, extorquere per se vel alium directe vel indirecte peccuniam vel aliquid aliud; et si dict. dom. Giraudus in recipiendo vel exigendo aliquid pro predictis aliquod jus habuit usque nunc, illud omnino donavit, cessit et remisit irrevocabiliter et ex causa donacionis rate et irrevocabili inter vivos facte hominibus predict... — § 3) Item dict. dom. Ger(audus)... voluit et concessit quod homines sui et successores eorumdem, qui nunc morantur sub ejus dominio vel moraturi sunt infuturum, libere possint in testamentis suis, codicillis, epistola seu in quibuslibet aliis voluntatibus ultimis seu inter vivos bona sua quibuscumque personis voluerint, jure institucionis vel substitutionis cujuslibet, titulo legati et fidecomissi vel donacionis causa mortis seu inter vivos, bona sua legare, relinquere vel donare seu donacionem inter vivos simplici, et heredes universales, singulares, legatarios vel fideicomissarios seu donatarios causa mortis seu inter vivos per quos voluerint relinquere, constituere et habere, et quod illa bona sibi relicta et legata vel hereditatem, legatum seu fideicomissum vel donationem causa mortis sive inter vivos ipsi heredes, legatarii, fideicomissarii seu donatarii suo libero arbitrio possint adhire, acquirere

et apprehendere, non expectatis, non requisitis voluntate, consensu, auctoritate seu licencia dicti dom. Giraudi et suorum vel officialium qui pro tempore fuerint dicti dom. Gir. et suorum in villa Montilii; et quod predict. occasionibus dictus dom. Ger. et successores sui vel officiales... non possint nec debeant racione usus vel consuetudinis alicujus, mutacionis vel investiture a predictis hominibus heredibus, legatariis, fideicomissariis sive donatariis aliquid accipere, exigere vel extorquere, ymo si jus aliquod competebat dicto dom° Ger. in predictis illud jus donavit, cessit et remisit liberaliter... dict. hominibus suis... — § *4)* Item dictus dom. Gir(audus)... predict. hominibus... liberaliter hanc franquesiam, libertatem seu privilegium dedit et concessit, quod dicti homines et eorum successores et qui infuturum morabuntur sub ejus dominio libere possint et secure et absque impedimento et contradictione et licencia dicti dom[i] Gir. et suorum officialium... quandocumque et quociensq. voluerint in villa Montilii inmictere vel extrahere vel imiti vel extrahi facere, inferi, portari et reportari.., non expectatis nec requisitis voluntate, assensu, auctoritate et licencia.., et quod bannum, devetum seu interdictum ipse dom. Gir. et sui successores seu officiales eorumdem non possint in dicta villa Montilii de non inmitendo vel de non extrahendo in dicto loco vel de dicto loco Montilii aliquas res tempore pacis vel guerre, sed predicta dimitenda seu facienda cujuslibet predictorum proprio arbitrio relinquantur; et si contingeret per ipsum dom. Gir. vel suos successores et officiales eorumdem in predictis... facere prohibitionem, devetum, interdictum vel bannum ponere universaliter vel singulariter seu cum multa, cum pena vel sine, exnunc dictus dom. Gir... voluit quod illa pena seu multa quantum ad predict. homines, banna eciam et interdicta sint cassa, irrita et nulla et quod nullam habeant firmitatem... ; et quod homines predicti inmitentes vel extrahentes ut supra per terram, jurisdictionem et districtum ipsius ejusdem dom. Giraudi, sint sub speciali conductu, custodia et protectione ipsius dom. Giraudi eundo et redeundo, cum dict. rebus et cum dict. animalibus et quadrigis cum quibus predicta inmiterentur vel extraherentur. — § *5)* Concessit eciam et donavit dict. hominibus.., quod omnia bona extraneorum mobilia que inmiterent vel alio modo haberent in Montilio tempore pacis salva et secura remaneant omni tempore pacis et guerre illis hominibus quorum erunt ipsa bona, quamvis ipse dom. Giraudus et successores sui guerram, discordiam vel discentionem haberent cum quibuscumque personis, quod illi quorum erunt res possint per se vel per alium, non obstante

quolibet interdicto.. ipsas res inde extrahere et dicta bona, vel si maluerint in dicto loco Montilii ipsa bona et res vendere vel alias alienare, et quod liceat illis hominibus precium vel aliud quod haberent pro rebus illis secure habere, tenere in dicta villa Montilii vel inde extrahere et exportare.., et quod ipse dom. Giraudus et sui successores.. predict. res sazire, occupare vel accipere non possint aliquo modo.., ymo dicte res et precium earumdem... salve et secure remaneant in dicti dom. Giraudi... custodia, protectione et conductu quamdiu fuerint... in jurisdictione... ipsius dom. Giraudi et suorum successorum. — § *6)* Item dictus dom. Giraudus.. dict. hominibus... exnunc voluit et concessit quod in curia sua de Montilio pro creditis seu debitis confessatis cujuscumque summe peccunie vel alterius rei de plano in dicta curia, quod ipse dom. Gir. et successores sui et officiales ipsorum.. occasione late seu decime seu expensarum curie nichil accipere seu levare possint.., et si aliquod jus ipsi dom. Gir. vel successoribus suis competebat.. in predictis, illud jus liberaliter dict. dom. Giraudus donavit, remisit et concessit dict. hominibus. — Omnes autem predict. libertates, franquesias, imunitates et privilegia dict. dom. Gir(audus) concessit et dedit dict. hominibus in modo et forma quibus supra; recognoscens... se pro predictis habuisse et recepisse in peccunia numerata ab ipsis hominibus decem milia solidos Viennenses, renuncians.. ex certa sciencia exepcioni non numerate peccunie.., volens et concedens quod propter premissa et predicta non fiat aliquod prejudicium libertatibus, franquesiis (et) privilegiis olim per ipsum dom. Giraudum et predecessores suos datis et concessis ipsis hominibus et antecessoribus eorumdem; promittens... quod occasione majoris vel minoris precii aliquo tempore non veniat contra predicta; renuncians... certus de facto et certioratus de jure... juri dicenti donationem posse revocari a donatore ob ingratitudinem donatarii... et omni alii juri canonico et civili... Et si propter legem prohibentem donationem fieri ultra summam quingentorum aureorum donationem predict... contingeret in aliquo viciare dict. inmunitates, libertates, franquesias et privilegia, dictus dom. Gir. iterum et tociens supradict. hominibus seu universitati predicte... dedit et concessit donec neutra dict. donationum excedat.. summam quingentorum aureorum. Omnia autem predicta... dict. dom. Giraudus per se et successores suos... servare et actendere et contra non venire... promisit, ab ipso super hoc corporali prestito juramento; promisit eciam dict. dom. Giraudus, sub virtute prestiti juramenti, predict. hominibus... se facturum et curaturum pro posse suo quod reveren-

dus pater dom. episcopus Valentinen. et Dyensis et capitula Valentin. et Dyense omnia supradicta et singula approbabunt et emologabunt et presens instrumentum sigillabunt seu facient fieri instrumentum de predicta confirmatione sigillatum sigillis suis. Acta sunt hec in domo Templi apud Montilium et in gualilea, presentibus testibus ad hoc vocatis, dom. Johanne Novelli, dom. Saramando, presbiteris, Genesio clerico, Hugone Fayta, Petro Gruesta, Petro Francescha, et me Petro Chabraria notario publ. dicti dom. Gir., qui de mandato ipsius omnibus presens interfui et hanc cartam publicavi et signo meo signavi.., et ad majorem firmitatem pres. instrumentum fuit bullatum de mandato dicti dom. Giraudi et ad instanciam dicte universitatis cum bulla dicti dom. Gir.

(*) *Vidimus* du 2 février 1354 (*v. ad h. a.*), en origin. et dans le *Cartul.* (f° 35). — Copie dans les recueils A, A² et B (n° 20) : *Donatio* 14ª *per spectab. Giraudum Adhemarii subjectis suis Montilii habitatoribus.* « Extr. des arch. de Grignan. fol. 70 ».

XXV. *30 décembre 1280.*

(Concordia inter Giraudum Ademarii et Lambertum, dominos parerios Montilii)*.

In nomine Domini, amen. Anno Incarnationis ejusdem M°CC°LXXX°, scil. die lune post Natale Domini, vir nobilis dom. Giraudus Adzemarii, dominus Montilii, constitutus in presencia mei notarii et testium subscriptorum, promisit michi notario, presenti et sollempniter stipulanti et recipienti nomine nobilis viri dom. Lamberti domini Montilii et omnium hominum dicti loci, bona fide et per sollempnem stipulationem et sub obligatione omnium bonorum suorum et per juramentum super sancta Dei Euvangelia ab ipso corporaliter prestitum, quod ipse dict. nobilem dom. Lambertum et homines dicti loci et specialiter homines dicti dom. Lamberti et bona ipsius et hominum suorum salvabit, custodiet pro posse suo viriliter et deffendet quemadmodum se et suos et bona sua et suorum faceret. § Promitens eciam quod ipse non imitet homines nec inmiti faciet nec etiam sustinebit inmiti ad dampnum ipsius dom. Lamberti vel hominum suorum infra fortalicia Montilii vel villam seu castrum Montilii vel extra : quod si factum per dictum dom. Gir. fuerit et inde dampnum aliquod dicto dom. Lamberto vel ejus hominibus factum fuerit, promisit dict. dom. Giraudus illud dampnum infra decem dies dampnum passis emen-

dare et ad requisicionem eorumdem restaurare, ad cognitionem syndicorum Montilii factorum seu faciendorum ; si vero dict. dom. Giraudus predict. salvesiam nollet plus tenere, promisit illam in platea Montilii et per publicum instrumentum desmandare, ita quod in dicta desmandatione sint XL. dies contramandandi vel de contramant, ita quod infra illos quadraginta dies dicti homines Montilii possint se et bona sua mutare ubicumque voluerint et ire et reddire in suo guidagio, protexione et conductu ; et si aliquod dicti homines Montilii, dum bona sua mutarent infra predict. XL. dies, per dict. dom. Giraudum vel per suos amiterent seu auferretur ab ipsis, illud incontinenti dictus dom. Gir. promisit emendare dampnum passo vel passis tamquam illi vel illis quem vel quos nunc accipit in suo securo guidagio, salvesia, protexione et conductu. Si vero dict. dom. Giraudus defficeret in predictis, imposuit sibi nomen perpetue infamie, glotonie, perjurii, prodicionis et perfidie, de quibus non possit se deffendere nec amparare in aliqua curia vel platea, ymo ipso facto extunc haberetur de predict. omnibus criminibus pro convicto et confesso ; et insuper promisit michi notario, recipienti nomine illustrissimi dom. regis Francie, dare et solvere senescallo Bellicadri, recipienti nom^e dicti dom. regis, si contra predicta.. venerit nomine pene mille marcharum argenti boni et fini, quam penam dict. senescallus exigere et levare posset ab ipso dom. Giraudo ad opus dicti dom. regis : supponens se et sua, quoad dict. penam solvendam, jurisdictioni dicti dom. regis, et dict. penam... promisit dicto senescallo... assecurare et affirmare ad cognitionem religiosi viri dom. Guigonis Ademarii fratris sui, de ordine milicie Templi, et dom. Bergondionis de Castronovo, canonici Vivariensis, et illius sapientis quem illi vellent associare cum ipsis ; et ut ita actenderet et compleret et contra non veniret.., sub virtute prestiti juramenti promisit et insuper fidejussores et juratores dedit, scil. Dalmacium de Ruppeforti et Guigonem de Villa Forti et Poncium de Urro, et alios tres dare promisit ad requisicionem dict. dom. Guigonis et Bergondionis : qui predicti Dalmacius et Pon. et Guig. pro predict. omnibus.. actendendis et pro pena solvenda si contraventum fuerit.. fidejussores et quilibet insolidum se constituerunt et inde omnia bona sua obligarunt.., et tenere ostagia ad requisitionem dicti dom. Lamberti vel ejus procuratoris in loco ubi ipse dom. Lambertus diceret vel eligeret promiserunt et jurarunt ; et renunciaverunt expresse... dict. dom. Giraudus specialiter minoris etatis beneficio.., et predicti Poncius et Guigo et Dalmacius representationi principalis persone... Actum Montilii, in domo Templi, presentibus

testibus ad hoc vocatis specialiter dom. Guigone Ademarii et dom. Bergondione predictis, dom. Giraudo de Raco, dom. Raymundo de Mirabello, militibus, Hugone domino de Bastia, Bonello de Ligione, Petro Cristiani, Bartholomeo et Duranto et Guillelmo de Crudacio, Johanne Valaurie, Jacobo Bealis, Hugone Herodis, magistro Johanne phisico Aurelianensi, Rostagno Roing. et pluribus aliis, Henrico Espiardi notario et me Petro Arnulphi notario publ. dicti dom. Lamberti infrascripto.

§ Et versa vice post hec, anno et die quibus supra, in presencia dict. testium et plurium aliorum, in villa Montilii, in molendino dicti d. Lamberti, vir nobilis dict. dom. Lambertus, dominus Montilii, constitutus *ut supra... (l. 5, etc.)* Giraudi Ademari... *(l. 9, etc.)* Lambertum... *(l. 28)* ab eisdem... *(l. 48)* scil. Raymundum de Raco antiquiorem, domicellum, Petrum Ymberti de Montebocherio et Raymundum Dalmacii juniorem de Garda et alios tres... *(l. 50)* R. et Pe. et R... Acta fuerunt omnia supradicta Montilii, in locis et temporibus et coram testibus supradict., et presente me Petro Arnulphi publ. notario nobilis viri d. Lamberti, domini Montilii, qui predicta stipulatus fui et predict. stipulationem recepi... et de mandato dict. d. Lamberti et d. Giraudi et Pon. et Guig. et Dalmacii et R. et Petri et R. predict. hanc cartam scripsi et signo meo signavi et bulla dom. Lamberti eam bullavi.... Et ego Henricus notarius publ. nobilis viri dicti d. Gir. Ademarii, domini Montili, omnibus supradict. presens fui et ydeo in pres. instrumento me subscripsi et signum meum apposui et ipsum bulle dicti dom. Giraudi Ademarii munimine roboravi in testimonium omnium predict.

(*) L'original parch. a disparu depuis peu des arch. de la mairie ; l'*Invent.* de 1662 (f° 15. n° 45) dit qu'il « y a au pied attachés deux bules ou seeaux de plomb, en l'un desquels sont gravés ces mots SIGILLVM GERARDI DOMINI MONTILII d'un costé et de l'autre est representé led. Gerard a cheval, et en l'autre bulle ou cachet est d'un costé led. Lambert a cheval avec ses armes et son escusson qui sont une croix patelée (dessinée en marge) et de l'autre sont gravés ces mots SIGILLVM LAMBERTI ADHEMARI DNI MONTILII ». — *Vidimus* du 2 février 1354 (*v. ad h. a.*), en origin. et dans le *Cartul.* (f° 38). — Copies dans les recueils A, A² et B (n°s 21 et 22) : *Donatio* 15ª *cum confirmatione præcedentium facta per dom. Geraudum. Don.* 16ª *c. conf. præc. facta per spect. d. Lambertum Adhemarii de Gardo dominum Montilii.* « Extr. des arch. de Grignan, reg. fol. 77 et 80, in arm. Mont. » Dessin des deux bulles appendues à l'original.

XXVI. *25 janvier 1281.*

INSTRUMENTUM LIBERTATIS DE NON FACIENDO GACHIUM IN CASTRO NEC PORTANDO LIGNA*.

NOVERINT universi et singuli ad quorum notitiam venerit presens scriptum, quod anno ab Incarnatione Domini M°CC°LXXX°, scilicet VIII° kalendas februarii, Nobilis vir Geraudus Adzemarii, dominus Montilii, non coactus, non deceptus nec ad hoc inductus dolo, fraude, calliditate seu machinatione aliqua, set motus grata hac spontanea voluntate, considerans et intendens merita et servicia sibi et predecessoribus suis facta et adhibita per homines suos de Montilio, attendens etiam idem dom. Ger. fidelitatem quam dicti homines sui de Montilio habuerunt et habent erga ipsum et laborem et periculum quod dicti homines sui de Montilio habuerunt, sustinuerunt hac subierunt in guerra et pro guerra quam ipse dom. Ger. habuit in presenti cum Lamberto parario suo de Montilio, hac etiam strenuitatem quam dicti homines in dicta guerra habuerunt et quam fidelitatem hac strenue hac viriliter dicti homines se, postpositis omnibus periculis que in guerra accidere possunt, contra inimicos suos et specialiter contra dict. Lambertum et valitores suos infra villam Montilii se composuerunt, volens dictus Ger. et intendens eorum merita et servicia, probitatem hac strenuitatem remunerare cum virtutum premia tribui meritibus conveniat ; ea propter dict. dom. Ger(audus) cum testimonio hujus publici instrumenti, ne fides rei geste possit inposterum deperire, hominibus suis de Montilio et eorum successoribus et omnibus morantibus infuturum et moraturis sub dominio et brevi ipsius dom. Ger. in villa seu infra villam Montilii, per se et suos inperpetuum successores, et universitati predict. hominum more solito congregata in dominio *(leg.* domo) milicie Templi de Montilio et ipsi universitati presenti, intelligenti, recipienti et stipulanti et singulis de dicta universitate predicti brevis et hominibus predict. et cuilibet predictorum et michi notario.... donavit, concessit et transtulit immunitates, libertates, franquesias infrascriptas et infrascripta inperpetuum valituras et valitura. — Inprimis predicte universitati et singulis hominibus habitantibus... sub dominio dicti dom. Ger... et michi notario.., dictus dom. Ger... inperpetuum concessit et dedit pro libertate sive pro immunitate et privilegio, quod ipsa universitas nec aliquis de ipsa universitate nec etiam heredes eorumdem nec aliquis qui infuturum moretur sive habitationem faciat Montilio sub dominio

suo non teneatur aliquo tempore nec aliquo casu guachare sive excubias facere nec serchare fortalicium suum sive hospicium, nec sercham facere in eodem nec ire per se nec per alium contra transmitere ad boscum sive ad nemus animalia sua sive peccora nec ligna sibi deportare, et si ipse dom. Ger. aliquod jus sive aliquem usum habebat sive ei competebat in predictis... in dicta universitate sive contra eamdem sive in hominibus ipsius, illud jus et illum usum ipse dom. Ger... donavit, cessit, finivit et remisit liberaliter et ex causis predict. ipsi universitati... ; si vero contingeret aliquo tempore quod dom. Ger. vel successores sui sive officiales eorumdem ipsam universitatem sive aliquem de dicta universitate super predictis vel aliquo predictorum mandaret, invitaret sive requireret cum pena vel sine pena, quod ex hoc ipsa universitas nec aliquis de ipsa non teneatur ad predicta facienda.. nec pena imposita eisdem ex hoc possit committi ab eisdem.. ; et si contingeret quod dicta pena sive aliquid aliud exactum fuisset et receptum sive levatum.., illud quod receptum esset idem dom. Ger... restituere ipsi sive ipsis a quo sive a quibus esset extortum promisit.. Voluit etiam dict. dom. Ger. et concessit dict. hominibus suis.., quod.. ad predicta facienda non possint compelli. Omnia autem supradicta et singula dict. dom. Ger. per se et successores suos bona fide et sine fraude, arte et malo ingenio servare et attendere et in nullo contravenire sub obligatione omnium bonorum suorum... promisit, ab ipso super hoc corporali prestito juramento ; renuntians dict. dom. Ger... legi dicenti donationem exedentem summam trigintorum aureorum sine insinuatione factam posse revocari... et etiam legi dicenti donationem posse revocari a donatore ob ingratitudinem donatarii... Acta sunt hec in domo milicie Templi de Montilio, presentibus testibus advocatis fratre Guigone Adzemarii, fratre dicti dom. Ger(audi), Petro Litgio jurisperito, Esmidone Saramandi, Dalmatio de Rupe Forti, Poncio Lafara, domicellis, et pluribus aliis ; et me Petro Chabraria, publico notario dicti dom. Ger. Adzemarii, qui in omnibus presens interfui et predict. stipulationes recepi et predicta stipulatus fui, et de mandato dicti dom. Ger. hanc cartam compilavi et signo meo signavi ad instanciam dicte universitatis, et de speciali gracia michi in hac parte concessa per dict. dom. Ger. hanc cartam scribi feci, et ad majorem firmitatem habendam presens instrumentum fuit bullatum de mandato dicti dom. Ger. cum bulla ipsius dom. Ger. ✝

(*) Original parch. de 40 lig. 1/2, sans trace actuelle de sceau, coté n° **158** (*Invent.* de 1662, f° 37 v°).— *Vidimus* du 2 févr. 1354 (*v. ad. h. a.*),

en origin. et dans le *Cartul.* (f° 40). — Copies dans les recueils A, A² et B (n° 19) : *Donatio 13ª per spectab. Giraudum Adhemarii, dominum Montilii.* « Arch. de Grignan, liv. fol. 83, in arm. Mont. »

XXVII. *8 décembre 1285.*

LIBERTATES QUAS DEDIT DOM. GERALDUS (!) ADHEYMARII HOMINIBUS SUIS DE MONTILIO ADEYMARII*.

IN NOMINE DOMINI, AMEN. Anno Incarnationis ejusdem Mill° CC°LXXX°V°, videl. VI° ydus decembris, Nos Guigo Adzem(arii) dominus Montilii, filius quondam dom. Lamberti, domini quondam Montilii, confitemur et publice recognoscimus quod dom. Lambertus, pater dom. Hug(onis) Adzemarii quondam avi nostri, dedit et donavit et titulo perfecte donationis concessit hominibus suis de Montilio presentibus et futuris libertates et franquesias, prout apparent in quodam penafi marmoreo bulla ipsius bullato, posito et sigillato sive murato in ecclesia Sancte Crucis supra locum ubi aqua benedicta tenetur; tenor cujus talis est : § Anno ab Incarn... *(videsis supra, ch. IX, p. 20-2)*... juramus ». § 2) Item confitemur et publice recognoscimus nos Guigo predict. quod dom. Lambertus, pater quondam noster, confessus fuit et publice recognovit predict. libertates esse donatas hominibus de Montilio presentibus et futuris per dom. Lambertum avum suum predict., et quod dict. pater quondam noster dict. libertates laudavit, approbavit et confirmavit, et iterum de novo dedit hominibus de Montilio ipsas libertates et quasdam alias, prout apparet in quodam instrumento facto per manum Guillelmi Laporta notarii sui quondam ; tenor cujus talis est : § « Anno ab Incarn... *(ut supra, ch. XVIII, p. 32-4)*... roboravi. » § *3)* Unde nos Guigo Adzem. predict., videntes et considerantes libertates et franquesias predict. olim per predecessores nostros hominibus de Montilio, ut supradictum est, datas et concessas, nolentes ipsas restringere set potius ampliare, predict. libertates et franquesias... et ipsa instrumenta laudamus, approbamus et confirmamus, et ipsas tenere et observare et contra non venire promittimus eo modo et forma sicut predecessores nostri... promiserunt, et ipsas de novo damus ut inferius continetur : § *4)* Nos Guigo Adzem. dominus Montilii, confitentes nos esse majores XIIII^cim annis et nullum habere curatorem, promittimus per nos et successores nostros vobis Bartholomeo de Crudatio et Guillelmo Passamarii et Bernardo Charbonerii et Guillelmo de Prato Comitali et Hugoni Heroa et Hugoni Audoardi et Johanni de Sauseto

et Bernardo Bonelli et Thome de Alesio et Arnulpho de Saunaria et Guillelmo de Alesio et Guillelmo Florencii et Bontoso Florencii et Guillelmo Testa et Petro Goiraudi et Raymundo Abelloni et Petro Giraudi, hominibus nostris de Montilio.., et omnibus aliis.. tam presentibus quam futuris et tibi Petro Arnulphi notario.., quod nos non faciemus nec fieri permittemus nomine nostro vobis et aliis hominibus nostris de Montilio present. et fut. decetero toutam, talliam, questam vel aliam novam exactionem vel aliqua alia prava usagia aliquo modo fieri permittemus, nec etiam per vim vel per aliquam fortiam gravamen aliquod vel jacturam inferemus, nisi juris vel justitie debito conaremur. § *5)* Item volumus quod vos et alii homines nostri presentes et futuri non teneamini nobis et nostris successoribus ire ad nemora sive ligna, nec in hospiciis nostris gachare seu cercham facere nec manobras ad murandum seu ad aliud opus nostrum excercendum mittere nec lecta facere nec alia prava usagia seu servicia inpendere, liberantes vos et omnes homines nostros de Montilio et mulieres pres. et fut., quitantes et absolventes perpetuo a predict. touta, tallia, questa, nova exactione, gravamine, nisi juris vel justicie debito conaremur, et ab omni esplecha nemoris seu lignorum et a gacha, cercha nostrorum hospiciorum et a manobris, lectis et ab omnibus aliis pravis usagiis et serviciis ; et quod contra istas libertates et franquesias proxime dictas nos vel successores nostri non veniamus, vobis... promittimus bona fide. § *6)* Item donamus et concedimus vobis hominibus nostris predict. et omnibus aliis hominibus nostris de Montilio tam present. quam fut., quod vos et alii homines nostri de Montilio.. et mulieres predia vestra urbana et rustica, que sunt in villa Montilii intus et extra et in ejus tenemento et territorio, que sunt in dominio et sub dominio nostro vel essent in futurum et sunt vel essent libera videl. sine censu, possitis dare et concedere ad accaptum seu in emphitheosim perpetuam sub dominio et censu, retento vobis dominio et placitamento et censu, sine nostro concilio et nostrorum, et in hoc aliqua occasione nos vel successores nostri a vobis et ab aliis hominibus nostris et successoribus non possimus aliquid exigere vel habere, et quod huc usque datum est in preteritum seu concessum ad accaptum seu in emphitheosim a vobis... concedimus et approbamus. § *7)* Preterea vobis... hominibus et mulieribus nostris present. et fut. donatione inter vivos donamus rata et irrevocabili et concedimus, quod vos et successores vestri... in villa Montilii permanentes et permansuri possitis disponere de rebus vestris propriis prout vobis placuerit, et testamentum seu ultimam voluntatem, codicillos

vel ordinationem quam feceritis.., illa omnia secundum quod ordinaveritis servari perpetuo faciemus prout juris ratio suadebit, et in aliquo contra testamentum, dispositionem et ordinationem, codicillum, donationem causa mortis non veniemus.., neque sustinebimus quod aliquis inpediat vestram et dict. hominum nostrorum ultimam voluntatem ; si vero aliquis vestrum... hominum seu mulierum ab intestato decesserit, nullo condito testamento vel aliqua alia ultima voluntate in qua seu in quo de rebus suis plenarie non disposuerit, volumus et concedimus quod bona eorum vel illius qui ita decesserit ad filium vel filiam si haberet vel alios inferiores decendentes pervenirent, et si decendentes non haberet ad assendentes vel ad colleterales, consanguineos et agnatos, secundum quod essent proximiores in gradu, eorum hereditas perveniret secundum quod juris ratio hoc dictaret. § *8)* Item promittimus vobis..., quod nos non prohibebimus directe vel indirecte subditis nostris mulieribus nec parentibus seu amicis eorumdem, nec ipsas nec ipsos compellemus quin nubant in Domino cuicumque voluerint sive hominibus nostri dominii vel alterius domini cujuscumque. § *9)* Preterea cum nemo compelli debeat prestare fidelitatis juramentum illi cui in aliquo non tenetur nisi de sua processerit voluntate, ideo nos predict. Guigo promittimus vobis predict. hominibus nostris..., quod nos non compellemus directe vel indirecte aliquem hominem aput Montilium comorantem quod nobis homagium faciat sive prestet fidelitatis juramentum, nisi de sua processerit voluntate. § *10)* Item promittimus quod nos estancham bladi seu vini aput Montilium non faciemus aliquo tempore, set quicumque bladum vel vinum habuerit quod ipsum possit vendere cuicumque voluerit, et ipse vel emptor per se vel per alium de dicto loco Montilii extrahere et ubicumque voluerit deportare, et ad dict. estancham faciendam promittimus nos aliquem non compellere directe vel indirecte etiam, et de hoc vobis et aliis hominibus nostris... libertatem et franquesiam damus et concedimus ita quod per aliquem compelli non possitis ad dict. estancham faciendam. § *11)* Item promittimus per nos et successores nostros, quod nos non compellemus directe vel indirecte vos seu aliquem hominem seu mulierem sub nostro dominio nunc vel in futurum existentem ad molendum in molendino nostro seu ad coquendum in furno nostro, set volumus quod cuilibet sit licitum molendi in quocumque molendino voluerit et coquendi in quocq. furno voluerit, furno nostro et molendino nostro pretermissis ; et de hoc vobis... libertatem et franquesiam damus et concedimus, ita quod per aliquem compelli non possitis ad coquendum et molendum in

furno et molendino nostro. § *12)* Item, si contingerit quod per nostram curiam detur tutela aliqua sive cura, promittimus quod si expense alique leventur quod moderate habeantur et ab inmoderatis expensis abstinebimus, volentes quod nobis vel nostris ad inmoderatas expensas dandas minime teneamini seu prestandas. § *13)* Item volumus et concedimus quod vos et alii homines nostri de Montilio pres. et fut. possitis infra villam Montilii et in ejus mandamento arma portare et defferre pro deffentione et tuitione dicte ville et tenementi ejusdem vel partis eorumdem, et quod propter hoc non possimus vos et alios homines nostros... appellare de fidelitate et homagio, nec a vobis et aliis dict. hominibus nostris occasione predicta aliquid extorquere, et de hoc vobis... libertatem et franquesiam damus et concedimus perpetuo inviolabiliter observandam. § *14)* Preterea, cum olim concordatum fuerit per dom. Lambertum, quondam patrem nostrum, et per partem dom. Giraudi avunculi nostri, domini Montilii, quod sex homines Montilii essent custodes et rectores ville Montilii et tenementi ejusdem, et quod si aliquis dict. sex hominum decederet quod superstites dictorum sex possent eligere et substituere alium loco mortui de dominio cujus esset mortuus sine licentia domini alicujus, et quod dicti custodes et alii homines Montilii jurare possent inter se et sacramenta facere, sine pena et multa et sine requisitione domini, pro utilitate et custodia dicte ville Montilii et tenementi ejusdem vel partis alterius, et quod dicti custodes possent recipere juramenta ab hominibus dicte ville a quatuordecim annis supra in etate constitutis pro custodia et utilitate dicte ville, et quod possent inponere dicti custodes dict. hominibus vel alicui ipsorum penam L. solid. Viannensium ad faciendum preceptum ipsorum super hiis que ipsi preciperent pro custodia et profectu dicte ville, et sisas facere et collectas et penas levare et exigere, et pro dict. penis inobbedientes pignorare quotienscumque comitterentur et dict. penas ponere ad profectum dicte ville, prout ista et plura alia in instrumentis inde factis per manum Petri Caprarie et Petri Arnulphi notariorum Montilii continentur. Nos predicta et alia que in ipsis instrumentis continentur et ipsa instrumenta laudamus, approbamus et confirmamus, et predicta et alia... vobis... damus et concedimus pro libertatibus et franquesiis, que omnia in ipsis contenta volumus inviolabiliter observari. § *15)* Item damus et concedimus vobis hominibus nostris... de Montilio omnes illas libertates et franquesias olim datas et concessas hominibus et mulieribus de Montilio per predecessores nostros et illas approbamus et etiam confirmamus. § *16)* Item damus et concedimus vobis... omnes

libertates et franquesias quas nobilis vir dom. Giraudus Adzem., dominus Montilii, avunculus noster dedit hominibus suis et concessit, et quando nobis nominate et speciffïcate fuerint nominatim, de illis faciemus fieri vobis publicum instrumentum, et quod predict. libertates et franquesias attendamus et compleamus et inviolabiliter observemus vobis hominibus nostris predict. et tibi notario... bona fide et sub obligatione omnium bonorum nostrorum promittimus et juramus, tactis Dei Euvangeliis corporaliter SS., et renuntiamus expresse et per pactum... omni errori juris sive facti, doli actioni sive exeptioni... et omni alii juri per quod contra predicta.. venire possemus... Acta sunt hec Montilii, in cimiterio magno ecclesie Sancte Crucis, presentibus testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis : dom. Giraudo Adzemarii, domino Montilii, dom. Guidone Premonis, Guigone de Villaforti, Bonello de Litione, Petro Alexandri, Raymundo de Turnone, Michaele Bricii, Hysmidone Saramandi, Poncio Caprarie, Duranto Roias, Guillelmo Blanchardi, Bernardo Remusati, et pluribus aliis fide dignis.

§ Post hec, anno et die quibus supra, in domo Raymundi de Banacio quondam, in presentia dom. Giraudi Adzemarii, domini Montilii, et Hysmidonis Saramandi et Guillelmi Passamarii et Guig. de Villa Forti et dom. Armandi de Chaire et Petri de Montaut, Nos Guigo Adzemarii predictus, promittimus tibi Petro Arnulphi notario, nomine omnium hominum nostrorum de Montilio.. recipenti, nos facturos et curaturos cum effectu quod dom. episcopus Valentinen. et Dyensis dabit et concedet dict. hominibus nostris omnes libertates et franquesias quas olim concessit predecessor ejus hominibus dom[i] Giraudi avunculi nostri, et specialiter illam libertatem quod dicti homines nostri non teneantur ire in subsidium dicti dom. episcopi et successorum ejusdem nisi ad expensas proprias et emendam episcopi supradicti. Et ego Petrus Arnulphi de Montilio Adzemarii, Valentin. dyocesis, auctoritate imperiali notarius public., omnibus supradict. presens fui et predicta stipulatus fui.., et de mandato dicti dom. Guig. et ad requisitionem dict. hominum suorum.. hoc publ. instrumentum scripsi et signo meo signavi ipsumque bulla dicti nobilis viri dom. Guig. Adzem. domini Montilii bullavi ad majorem firmitatem omnium predict.

(*) Original parch. de 68 lig., coté **B** et **87** (*Invent.* de 1662, f° 1 et 24 v°), avec sceau en plomb pendant sur fils de soie jaune : d'un côté un guerrier à cheval, armé de toutes pièces, une croix pommettée sur l'écu ; au revers : **·S:GVI GOIS : AD/ZEMARII/ : DNI : MO/TILII·**. Au dos de la

pièce : *Ai so es li chartra de las frachezas qe nos conferme e nos done moseu Guigo Aimars*, etc. — *Vidimus* du 2 février 1354 (*v. ad. h. a.*), en origin. et dans le *Cartul.* (f° 41 v°). — Copies falsifiées dans les recueils A, A² et B (n°s 24 et 23) : *Donatio* 18ª *cum confirmatione præcedentium facta per spect. Guigonem Adhemarii, dominum Montilii.* « Extr. des arch. de La Garde, d'un reg. cot. *Guigo*, in arm. Gardæ et in sac. donat.; apparet etiam in lib. cot. *Infeudationes*, fol. R. 494, in arm. Mont., ac etiam in arch. comit. Grignani.., in lib. cot. *Privilegia*, fol. R. 86, in arm. Mont. » *Don.* 16ª *cum confirm præced. facta per magnif. Guig. Adhem. Montilii de Garda, dominum Montilii, subjectis suis... Montilii in Valdania* (sous la date du 8 mai 1281, confirmation de la ch. du 21 mars 1091). « Extr. des arch. de Grignan. du liv. cot. *Privilegia*, fol. K 90, in arm. Mont.; se trouve aussi aux arch. de La Garde, dans un parch. cot. *Guigo...* »

XXVIII. *10 décembre 1285.*

Confirmatio libertatum per dom. Mabilliam, matrem dom. Hugoneti Adhemarii domini Montilii, hominibus Montillii concessa*.

IN NOMINE DOMINI nostri Jhesu Xpisti, amen. Anno Incarnationis ejusdem Mill° ducentessimo octuagessimo quinto, videl. quarto idus decembris, cum pateret per publica instrumenta seu alia legittima documenta quod tam dominus Lambertus, condam dominus Montilii, quam predecessores sui, condam domini Montilii, hominibus suis de Montilio presentibus et futuris libertates, franchesias et immunitates infra scriptas dederant et voluerant et concesserant que inferius continentur, videl. — *1)* Quod ipsi predicti domini hominibus suis de Montilio present. et fut. non facerent aliquo tempore toutam, quistam nec talliam, nec aliam novam exactionem vel prava usatica in eis facerent, nec aliquo modo fieri permitterent, nec dictis hominibus per vim vel aliquam forciam gravamen vel jacturam inferrent : quod si facerent vel facere quocumque modo attemptarent, omnes homines suos et res eorum in villa Montilii sub eorum dominio existentes ab omni juramento et fidelitate et homagio per juramentum absolverunt. — *2)* Item, quod homines sui Montilii pres. et fut. predia sua urbana et rustica in villa Montilii intus et extra et in ejus territorio existentia, que haberent libera sine censu, possent dare et concedere ad acaptum perpetuum seu emphiteosim sub censu et dominio, et retento sibi censu et dominio et plaideamento, sine consilio dict. dominorum et successorum suorum, et quod predicti domini nec sui successores in predictis occasione aliqua ab ipsis hominibus non possent aliquid petere, exigere seu habere. — *3)* Item, quod homines Montilii present. et

fut. possent disponere de rebus suis prout eisdem placeret, et testamentum et ultimam voluntatem et ordinationem quam facerent in testamento vel codicillis vel epistolis vel alia ultima voluntate, illa omnia secundum quod ipsi ordinarent servari perpetuo facerent prout juris ratio sustineret, et quod in aliquo contra eorum dispositionem non venirent... nec sustinerent quod aliquis dispositionem nec ultimam voluntatem dict. hominum... inpediret. — *4)* Item, quod si dicti homines... vel aliquis ipsorum ab intestato decederent vel decederet, nullo condito testamento vel aliquam aliam ultimam voluntatem in quo vel qua de rebus suis plenarie disposuissent sive disposuisset, quod bona eorum vel illius qui ita decederent sive decederet ad filios vel filias, filium vel filiam si haberent vel haberet vel illos inferiores decendentes.. pervenirent, et si.. decendentes non haberent vel non haberet, ad ascendentes vel ad colleterales, consanguineos et agnatos, secundum quod essent proximiores in gradu,.. hereditas perveniret secundum quod juris ratio hoc dictaret. — *5)* Item, quod dederant seu concesserant predicti domini.. predict. hominibus de Montilio.. quod si predicti homines vel aliqui ex ipsis seu eorum successores pro defentione et custodia ville Montilii vel partis ejusdem intus vel extra seu foris arma portarent, quod eos non possent de fidelitate aliqua nec homagio appellare. — *6)* Item, quod cum esset consuetudo in villa Montilii et obtentum per tantum temporis quod memoria non extabat nec extat, quod homines Montilii et eorum quilibet debitores suos vel eorum quemlibet erga quem aliquam rancuram habeant auctoritate sua pignorare possent sine pena legali, et si aliquis injuste pignorat, licet pignus reddi oporteat, non inde penam incurrere debet neque dampnum, et predicti domini hoc affirmaverant et roboraverant. — *7)* Item, quod dederant et concesserant predicti domini predict. hominibus suis de Montilio.. quod ipsi domini nec sui successores non possent nec deberent.. compellere aliquem hominem in Montilio sive habitantem Montilium ad faciendum homagium nec fidelitatis juramentum ultra voluntatem suam, nec etiam compellere aliquem hominem nec aliquam mulierem ad maritandum sive matrimonium contrahendum ultra voluntatem suam, concedentes quod quilibet et quelibet possit contrahere ad libitum voluntatis cum quocumque et quacumque voluerit et cujuscumque dominii sive segnorie existet ille vel illa cum quo vel qua contraheret. — *8)* Item, quod dederant et concesserant predicti domini predict. hominibus suis de Montilio... quod homines non teneantur ad ligna apportanda nec animalia sua nec in hospiciis fortaliciorum

suorum guachare nec serchare nec ad murandum seu alia edificia faciendum manobras esse nec lecta pro dominis facere. — *9)* Item, quod olim dom. Lambertus, condam dominus Montilii, et dom. Ger(audus) Adzem(arii), dominus Montilii, dederant et concesserant plenam et liberam potestatem Bertrando Ricaui, Andree Coyraterii, Bernardo Remusati, Petro Alexandri, Bonello de Dujone et Bartolomeo de Crudatio, presentibus et sollempniter stipulantibus et recipientibus pro se et nomine omnium hominum et universitatis Montilii, quod ipsi essent et sint custodes et rectores ville Montilii et universitatis ejusdem et omnium hominum habitancium dictam villam et ejus tenementum, tantum ad ea que inferius dicentur et exprimentur, scil. quod possint jurare inter se pro comodo et utilitate ipsius ville sine pena et multa, et jurarent ad sancta Dei Euvangelia facere comodum et utilitatem ville Montilii et omnium hominum habitancium dict. villam et ejus tenementum, et ea que essent inutilia et incomoda ipsi ville pretermittere, et recipere juramenta omnium hominum habitancium dict. villam a quatuordecim annis supra, ut ipsi salvarent et defenderent ab omni homine et universitate villam Montilii et omnes habitantes eandem. — *10)* Item, quod dederant et concesserant plenam et liberam potestatem predicti dom. Lambertus condam et dict. dom. Geraudus omnibus hominibus ville Montilii... ut ipsi possent jurare et jurarent sine pena et multa vel juramenta prestare et prestarent Bertrando Ricaui et aliis consociis suis, super eo videl. quod ipsi villam Montilii et ejus tenementum custodirent et defenderent et salvarent et omnes habitantes eandem ac ejus tenementum et bona et res eorumdem... et pro defentione ville Montilii ipsi possent se opponere et se opponerent contra quamlibet personam secularem et regularem et ecclesiasticam, liberantes eosdem ab omni pena et multa si quam pro dicto juramento.. ipsi committerent... — *11)* Item, quod voluerant et concesserant predicti dom. Lambertus et Geraudus et dederant plenam et liberam potestatem Bertrando Ricaui et aliis consociis suis... ut ipsi possent ordinare et ordinarent super hiis que ipsis expedire videretur ville Montilii et omnibus hominibus habitantibus eandem.. et esse ad salvum et securitatem et custodiam ville Montilii... et sizas seu colletas pro comuni utilitate ville facere et homines ac mulieres et omnes habitantes.. in dicta siza seu collecta vel taillia juxta eorum arbitrium talliare ; et si aliqui essent... qui in dicta siza seu collecta nollent conferre id quod per ipsos taxatum esset, ipsos possent compellere et compellerent ad id solvendum... per penam infra scriptam, et supradicta possent facere et

facerent quociens eis videretur expedire, et penam usque ad quinquaginta solidos Viannens. apponere et apponerent.. ; et dict. penam, si eam committi contingeret.., possent exigere et levare.. ab omnibus illis et singulis qui rebelles essent seu inobedientes eisdem seu alteri eorumdem super hiis que ad salvum et comodum et custodiam ville... esset seu esse posset, et pro dicta pena ipsos possent pignorare et pignorarent sua propria auctoritate, et... contra inobedientem... possent procedere directe vel indirecte et.. pignora possent distrahere seu inpignorare.. et ipsam penam possent ponere in utilitatem et comodum et custodiam ville... prout eisdem videretur expedire. — *12)* Item, quod dederant plenam et liberam potestatem rectoribus seu conservatoribus supradict. quod si contingeret aliquem ipsorum decedere, quod alii superstites seu superviventes possent loco mortui alium ponere seu eligere de parte illa seu juridictione de qua esset mortuus; et si inter ipsos superviventes vel successores eorumdem in electione seu substitutione predicta seu super custodia et defentione ville Montilii dicentio seu discordia oriretur, debuit illa discordia et dicentio cedari et concordari per dictum seu ad dictum dom. Raimundi de Baucis dum viveret.., et predicti conservatores debuerunt sequi super predictis voluntatem et dictum dicti dom. Raimundi. — Idcirco nobilis domª Mabilia, domina Montilii, relicta dom. Hugonis Adzemarii bone memorie, condam domini Garde, filii d. Lamberti, cond. domini Montilii, tutrix Hugoneti Adzemarii, domini Montilii, filii sui et dicti dom. Hugonis mariti sui condam, tutorio nomine ejusdem Hugoneti et pro suis successoribus inperpetuum, attendens et conciderans donationes libertatum et immunitatum predict. rite et legittime factarum tam per predict. dom. Lambertum, condam dominum Montilii, avum paternum dicti Hugoneti, quam per predecessores dicti dom. Lamberti, condam dominos Montilii, hominibus suis de Montilio.. et amorem et fidelitatem que et quam predicti homines habebant erga personam et totam terram et baroniam dicti Hugoneti et plura obsequia et servicia sibi et dicto Hugoneto filio suo facta et inpensa per homines supradict., ipsa eadem domª Mabilia gratis et ex certa sciencia, sine omni dolo et fraude aliqua, ut tutrix et tutorio nomine predicti Hugoneti filii sui, predict. libertates, franchisias et immunitates omnes et singulas et omnia et sing. supra contenta Petro Pereti et Johanni Vallaurie et Guillelmo de Crudatio et Guillelmo de Pratocomitali de Montilio, hominibus dicti Hugoneti, recipientibus pro se et suis et nomine et vice omnium hominum Montilii.., laudavit, ratificavit et confirmavit et renovavit et renovando eas dedit et concessit

ita quod per istam renovationem instrumenta facta de dict. libertatibus nichilominus obtineant firmitatem, et etiam nunc de novo predicta domª Mabilia... inperpetuum dedit sive donavit, titulo pure et perfecte donationis, simplicis et irrevocabilis inter vivos, volentis habere vim donationis insinuate.., libertates, immunitates et franchesias infra scriptas : — *13)* Primo, quod dict. Hugonetus nec sui successores inperpetuum non possint nec debeant estanchiam aliquam facere nec bannum seu penam inponere bladi neque vini nec alicujus alterius rei, quominus homines et habitantes villam Montilii et homines extranei seu forenses quicumque et undecunque sint et ubicumque voluerint vinum et bladum et res alias quascumque de Montilio extrahere seu apud Montilium immittere et apportare possint, que pena si inponeretur et committeretur per dict. homines seu aliquem ipsorum exigi nec levari non possit nec debeat... per dict. Hugonetum nec per aliquem suorum successorum. — *14)* Item dedit dicta domª Mabilia ut supra... libertatem, franchesiam et immunitatem quod homines Montilii dicti Hugoneti presentes et futuri libere et quiete sine contradixione aliqua sub guidagio, protexione, salvesia et conductu dicti Hugoneti et succcessorum suorum possint se et omnia bona sua quandocumque et quocienscumque et ubicumque voluerint mutare a Montilio et redire apud Montilium pro libito voluntatis. — *15)* Item dedit dicta domª Mabilia ut supra... franchesiam, libertatem et immunit. quod predicti custodes seu rectores ponant et eligant et ponere et eligere possint et debeant banneatores et porcherios, nec dict. Hugonetus nec sui successores banneatores nec porcherios ponant nec eligant nec ponere nec eligere possint nec debeant. — *16)* Item dedit dicta domª Mabilia ut supra... franchesiam, libertatem et immunitatem quod predicti homines present. et fut. non teneantur molere nec quoqui nisi ad molendinum et furnum que voluerint, nec ad hoc dict. Hugonetus nec ejus successores compellere possint nec debeant ipsos homines nec aliquem eorumdem. — *17)* Item dedit dicta domª Mabilia ut supra... libertat., franches. et immunit. quod dict. Hugonetus et ejus successores et judex seu curia ipsius possint tantum et debeant pro tutela sive cura danda seu confirmanda levare seu habere moderatas expensas nec immoderatas possint habere seu levare. — *18)* Item dedit dicta domª Mabilia ut supra... libertat., franches. et immunit. quod predicti homines present. et fut. non teneantur apud Montilium nec alibi ratione Montilii dare, solvere nec prestare illud dimidium pedagium salis quod de novo fuit inventum nec ratione dicti pedagii aliquod servicium seu tributum. — *19)* Item dedit dicta

dom^a Mabilia ut supra... libertat., franches. et immunit. quod dict. Hugonetus nec ejus judex seu curia nec successores sui non possint nec debeant inquirere nec inquisitionem facere de briga neque chilpa nec verberatione seu percussione aliqua, si sanguinis effusio non fuerit subsecuta, nisi secundum quod est consuetum. — *20)* Item dedit dicta dom^a Mabilia ut supra... libertat., franches. et immunit. quod dict. Hugonetus nec ejus successores nec bajulus nec aliquis curialis seu offic(ialis) eorum dictos homines nec aliquem eorumdem non possint nec debeant capere nec captum ducere seu tenere pro aliquo forefacto nec per aliqua que comiserit seu fecerit, qui firmare seu assecurare possit rationabiliter sive ydonee, nisi forefactum seu comissa talia fuerint pro quo seu quibus debeat personaliter detineri. — *21)* Item dedit dicta dom^a Mabilia ut supra... libertat., franches. et immunit. quod dicti homines nec aliquis eorum cursoribus sive servientibus vel bedellis dicti Hugoneti nec successorum suorum non teneantur dare nec solvere pro sazina seu dissazina facienda infra villam Montilii nisi unum denarium Viannen. tantum et de sazina seu dissazina facienda extra in territorio dicte ville VI. denarios tantum dare teneantur. — *22)* Item (dedit) dicta dom^a Mabilia ut supra... libertat., immunit. et franches. quod si aliquis forensis vel extraneus alicui dict. hominum dampnum vel jacturam daret seu dederit, faceret vel fecerit sine guerra ipsum capiendo vel percussiendo vel vulnerando vel res suas ejus certo nuntio auferendo, quod ille qui injuriam vel jacturam vel dampnum passus fuerit possit per se et auctoritate sua propria et licentia domini vel alterius cujuscumque persone non spectata seu petita, cum amicis suis vel vicinis, ex quo de dampno vel de injuria seu jactura dicto Hugoneto vel ejus successoribus seu bajulo vel judici eorum constabit, in villa Montilii sumere ultionem seu vindictam nec propter dict. ultionem seu vindictam ille vel illi qui ultionem seu vindictam acceperint nec qui cum eo vel eis fuerint dicto Hugoneto nec ejus successoribus in aliquo teneantur nec dampnum aliquod paciantur, et quod dict. Hugonetus nec ejus successores nec aliquis alius possit illum qui dampnum seu injuriam dederit nec debeat guidare in villa Montilii nec defendere sine licencia et voluntate injuriati et dampnum passi et amicorum ejusdem. — Quas donationes libertatum predict. et confirmationes et libertates, immunitates et franchesias... predicta dom^a Mabilia, tutrix et tutorio nomine quo supra, rata et firma perpetuo habere et tenere et ea integre et perfecte inviolabiliter observare et contra non facere vel venire... nec facienti seu venienti modo aliquo concentire, predicto Petro Perreti et

aliis consociis suis... bona fide promisit et super sancta Dei Euvangelia ab ipsa corporaliter sponte tacta juravit. Si vero contra predicta... dom[a] Mabilia vel dict. Hugonetus seu ejus successores aliquo tempore facerent seu venirent.., predicta dom[a] Mabilia tutrix et tutorio nom[e].. predict. homines... ab homagio et fidelitate et juramento fidelitatis quitavit, liberavit perpetuo et absolvit; promittens dicta dom[a] Mabilia sub virtute prestiti juramenti et pactum faciens... quod ipsa nec dict. Hugonetus aliquo tempore propter ingratitudinem nec aliquam aliam occasionem seu rationem dict. donationes et confirmationes libertatum predict. non revocent nec revocari faciant, nec interpretari facere nec intelligere nisi simpliciter et de plano prout jacet in presenti instrumento, et renuntiavit dicta dom[a] Mabilia expresse et per pactum... juri dicenti donationem accedentem summam quingentorum aureorum sine insinuatione facta non valere et juri dicenti donationem factam propter ingratitudinem posse revocari... et juri dicenti generalem renuntiationem non valere nisi precesserit specialis; volens et pacto concedens quod hec clausula generalis renuntiationis tantum valeat et operetur ac si singuli casus essent specialiter etnumerati. Acta sunt hec apud Montilium, in fornello novo fortalicii predicti Hugoneti; testes fuerunt presentes ad hoc vocati et rogati Raymundus de Raco, Lambertus Fornerii, Poncetus de Insula, Poncius Giraudi, Poncetus Bontos, Giraudus Eustachii, Petrus Himberti et Guillelmus de Laya.

† Et ego Henricus de Montilio, auctoritate Romane ecclesie sacrosancte notarius publicus, predict. omnibus presens interfui et de mandato dicte dom[e] Mabilie et ad requisitionem predicti Petri Perreti et consociorum suorum hanc cartam publice scripsi et signo meo signavi, et possum de predictis unum sive plura facere, destruere et iterum reficere instrumenta et dictare ad dictamen cujuslibet sapientis, corrigere et emendare... donec predicta plenam et perpetuam obtineant roboris firmitatem.

(*) Original parch. de 102 lig., coté n° **17** (*Invent.* de 1662, f° 9 v°); au dos : *Instrumentum plurium libertatum domini de Garda*. Autre original parch. de 70 l., coté n° **18** (*Invent.*, ib.), grosse du précéd. — *Vidimus* du 8 octob. 1340 (*v. ad h. a.*), en origin. et dans le *Cartul.* (f° 52). Autre du 10 avril 1352 (*v. ad h. a.*), en orig. — Copies dans les recueils A, A² et B (n° 25) : *Donatio 17ª cum confirm. præced. facta per spect. dom. Mabiliam de Podio de Cæsaretta, matrem et tutricem d. Hugoneti Adheymarii, domini Montilii et Gardæ.* « Cette pièce se trouve aux arch. de Grignan, fol. 114 et 118 du liv. cot. *Privilegia*, et à La Garde Adhemard, dans un parch. cot. *Montelimart*, in sac. donat., in arm. Mont., et aux arch. de Montelimart, dans les parch. de l'arm. et le liv. des libertés. »

XXIX. *2 juillet 1287.*

(Venditio prioris Valriaci Guill° Barnardi de Montilio)*.

IN NOMINE DOMINI, AMEN. Anno Incarnationis ejusdem Mill° CC°LXXX°VII°, videl. VI° nonas julii, Michael Anestiens de Valriaco, filius quondam Guillelme Bernarde monachusque claustralis Valriaci, dom° Guillelmo de Savassia, priore Valriaci, presente et concentiente, et ipse prior, de concensu dicti Michaelis et fratris Poncii, monachi claustralis dicti prioratus, et frat. Bertrandi Riboudi, pitancerii de Crudatio,.. vendiderunt jure proprio imperpetuum... et tradiderunt s. q. Guillelmo Barnardi de Montilio... medietatem pro indiviso cujusdam hospicii et tenementi ejusdem, quod est infra castrum Montilii Adzem., in parrochia Sancte Crucis, confrontati ab una parte cum carreria Bovarie et ab alia parte cum carreria Alamandarie et ab alia parte cum domo et tenemento Perroti de Alondo et cum hospicio Guillelmi Bajuli de Crista et cum hospicio Guillelmi de Montelicio a parte alia : que medietas... tenebatur a dicto emptore sub annuo censu duodecim denar. ; item vendiderunt... sex denar. Viannen. censuales cum dominio, quos.. dict. Michael dicebat se percipere... in medietate pro indiviso hospicii Michaelis Arnaudi, filii quondam Guillelmi Arnaudi, confrontati cum stari de Bavacio et cum sta[ri.........], ad habendum, *etc.*, cum omni jure et actione, usu seu requisitione.., et cum omn. appendenciis et pertin.., ingressibus et eggress... usque in viam publicam... : precio quinquaginta et septem librar. Viannen., videl. dict. censum precio XL. solid. Vian. et medietatem hospicii et tenementi precio LV. libr. Vian., de quibus.. venditores se pro pagatos tenuerunt, renunciantes.., et.. emptorem et suos acquitarunt perpetuo et absolverunt.., et predict. res venditas et venditionem... salvare et deffendere promiserunt ab omni homine... ; venditores emptori et suis omnia bona sua et specialiter bona om. prioratus Valriaci obligarunt, promittentes.... etiam.. et specialiter dict. dom. prior se facturos et curaturos cum effectu quod dom. abbas Crudatensis laudabit et confirmabit ac etiam ratifficabit pres. venditionem, et quod de dicta ratifficatione... dicto emptori dabunt litteram dicti d[i] abbatis sigillo ipsius.. sigillatam, et hoc... hinc ad festum beati Michaelis proxime venturum : quod nisi fecerint, promiserunt... dare.. bonos fidejussores et ydoneos.., volentes et concedentes quod omnia in hoc instrumento contenta ad utilitatem et profectum dicti emptoris debeant intelligi..., confitentes..

quod dicte L et VII libre in utilitatem et profectum prioratus supradicti et pro solvendis debitis ipsius, que debebantur ad usuras, sunt posite atque verse... ; promiserunt et jurarunt... et renuntiarunt... Actum Montilii, in orto domus Aquebelle, presentibus testibus Guillelmo Saramandi, Petro Peitaven et Johanneto Peitaven clerico, Poncio Beciaias. Post hec,.. incontinenti.. dicti venditores accesserunt cum dicto emptore.. ad hospicium et tenementum ejusdem... et in presencia dict. testium in possessionem corporalem medietatis pro indiviso... emptorem posuerunt.

† Et ego Petrus Arnulphi de Montilio Adzem., Valentin. dyocesis, auctor. imper. notarius publ..., ad requisitionem dicti emptoris hoc publ. instrumentum scripsi et signo meo signavi et bulla nobilis viri dom. Guig(onis) Adzem(arii), domini Montilii, ipsum bullavi...

(*) Original parch., dont qq. lig. endommagées, coté n° **153** (*Invent.* de 1662, f° 36 v°) ; au bas, trace de sceau sur fils à double queue.

XXX. *12 mai 1289.*

(Infeodatio Rodulphi regis Romanorum Humberto delphino Viennensi facta de castro Montilii)*.

Radulphus, Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Attendentes grata et accepta que spectabilis vir Humbertus dalphinus, Albonensis et Viennensis comes, fidelis noster dilectus, nobis et sacro Romano imperio gratanter impendit obsequia, et servitia que nobis impendere poterit in futurum diligentius intuentes, ad instanciam strenui viri Marquardi de Ifindale, militis et familiaris nostri dilecti, sibi castrum de Montilio, cum suis juribus et pertinentiis universis, si nobis et Romano imperio vacare dinoscitur, ob fidem claram et devotionem purissimam quibus nos et dictum imperium Romanum sincerius amplexatur, de liberalitate regia in feodum liberaliter duximus concedendum. In cujus rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et majestatis nostre sigillo jussimus communiri. Datum Basilie, IIIJ° idus maii, indictione IJª, anno Domini M.CC.LXXX° nono, regni vero nostri anno XVI°.

(*) *Cartularium Delphinorum* (Bibl. imp., ms. lat. 9908), f° xvj v° : voir notre *Notice* sur ce ms. (n° 12) et l'*Inventaire* des archives des Dauphins en 1346 (n° 21). Traduct. dans le *Journal de Montélimar* du 26 octob. 1867 : voir encore le n° du 14 décemb. suiv.

XXXI. *17 décembre 1290.*

(Transactio inter Geraudum et Guigonem Ademarii, dominos Montilii, ac Hugonetum Ademarii, dominum Montilii, et Ademarum de Pictavia, comitem Valentinum)*.

Noverint universi presentem cartam publicam inspecturi, quod anno Incarnationis Domini Mill'o ducentesimo nonagesimo, scil. xvi° kalendas januarii, cum guerra, controversia et discordia esset orta inter nobiles viros Geraudum et Guigonem Adzem(arii), dominos Montilii, ex una parte, et Hugonetum Adzem(arii) dominum Montilii et dom. Adzemarum de Pict(avia) comitem Valen(tinensem), ex altera, tandem per predict. nobiles nomine suo et hominum suorum et super reformatione status ville Montilii compromisso facto, ut apparet manifeste ex tenore predicti compromissi facti in nobiles et discretos viros dom. Amedeum, comitem Gebennensem, et dom. Roncelinum, Lunelli et Montis Albani dominum, et in magistrum R(aymu)ndum de Venejano et Guillelmum de Vinaco, juris peritos, tanquam in arbitros arbitratores seu amicabiles compositores, scripti per me notarium infra scriptum, predicti arbitri... super statu et reformatione dicte ville Montilii, habito cum predict. dominis et hominibus dicte ville diligenti tractatu, ad bonum statum et pacem dicte ville et hominum in dicta villa habitancium inhientes, — *1)* Dixerunt, preceperunt et mandaverunt, sub pena et juramento in dicto compromisso contentis, quod quatuor consules seu rectores qui nunc sunt in dicta villa Montilii potestatem habeant infra scriptam, et si de jure vel de consuetudine eorum consulatus seu rectoria non valebat, per dict. dominos dicti consules seu rectores per tempora infra scripta nunc de novo concedantur, creentur et etiam confirmentur et potestas eorumdem : hoc acto, quod predicti consules seu rectores a tempore presentis pronunciationis per unum annum continuum consulatus seu rectorie predictorum habeant potestatem ; qui quatuor ante annum consulatus sui finitum possint et debeant alios quatuor consules seu rectores loco sui substituere, et dicti substituti procedente tempore alios quatuor loco sui substituere, et sic deinceps annis singulis, ita quod dict. consulatus seu rectoria per substitutionem predict. anno quolibet renovetur ; qui predicti consules seu rectores ante tempus consulatus sui finitum possint et debeant in dicta villa

de Montilio eligere unum judicem communem dominis dicte ville, qui continuam seu quasi residenciam faciat et facere debeat in dicta villa de Montilio, et curiam communem ibidem teneat et tenere debeat pro dominis dicte ville, ad expensas tamen dominorum predict., et jus suum cuique tribuat suum officium exercendo sine impedimento dominorum predict. ; quem judicem electum a dict. consulibus seu rectoribus cum testimonio publici instrumenti, predicti domini tanquam suum judicem in dicta villa Montilii recipere teneantur, et eidem judici sic electo vel substituto eidem totaliter juridictionem tam criminalem quam civilem in dicta villa Montilii et territorio ejusdem comm[ittant] judici memorato. — *2)* Item dixerunt, voluerunt, mandaverunt et preceperunt predicti arbitri, sub pena et juramento predict., quod predicti consules seu rectores possint et debeant, ut superius de [eligen]do et creando communi judice est expressum, bajulum communem et extraneum et notarium communem eligere ; qui bajulus et notarius officium communis curie predicte debeant exer[cere], et facere et exequi quod dicte curie communi incumbet et prout officium predicte curie requiret et dict. judex communis duxerit ordinandum. Qui domini, videl. Geraudus Adzem[arii] duos habeat cursores seu servientes juratos, et dict. Guigo Adzem. unum et dict. Hugonetus Adzem. alium, ad citationes et executiones faciendas et alia peragenda que ipsorum officium postulabit ; et sint et esse debeant in dicta curia communi quatuor baculi depicti, duo videl. sub signo dicti Geraudi et unus sub signo dicti Guigonis et alius sub signo dicti Hugoneti, cujus baculi seu quorum baculorum presentia et representatio defectus seu cursoris absentiam in citando repleat et pro citatione habeatur, et pro citato se teneat vel teneant cui vel quibus predicti baculi vel alter ipsorum loco citationis fuerint presentati seu fuerit presentatus ; et predicti bajulus et notarius et cursores communes predicto communi judici parere et hobedire teneantur. — *3)* Item dixerunt, voluerunt et preceperunt predicti arbitri..., quod predicti consules seu rectores predict. villam Montilii tempore pascis et guerre possint et debeant, prout eis magis tutum videbitur, munire, guardare, deffendere, protegere et fortificare muris, palseatis, fossatis et aliis munitionibus quibuscumque, et super garda, custodia et inforciamento dicte ville, domini et homines dicte ville eisdem consulibus seu rectoribus hobedientes et obtemperantes existant ; et si in seu super predictis consules seu rectores predicti in aliquo discordarent, valeat et habeat roboris firmitatem illud solum quod major pars dict. consulum seu rectorum, una cum dicto judice communi, duxerit ordinan-

dum : verumtamen si in primo judice eligendo inter dict. consules seu rectores discordia oriretur, dicta discordia per dict. arbitros sopiatur et super hoc ad ipsos habeatur recursus. — *4)* Item dixerunt, mandaverunt et preceperunt predicti arbitri..., quod infra villam de Montilio ejusque territorio et districtu homines in dicta villa Montilii habitantes vel forenses auctoritate propria nequeant aliquem habitantem in dicta villa vel extraneum pignorare, occupare vel arrestare bona eorumdem. — *5)* Item dixerunt, mandav. et preceperunt..., quod bona forencium reposita ante tempus guerre incepte in dicta villa Montilii vel reponenda infuturum et in alia terra predict. dominorum Montilii et dicti dom. Adzemarii de Pict(avia) per aliquos homines habitantes in dicta villa Montilii et terra dict. dominorum Montilii et dicti dom. Adzemar. de Pict. seu per dominos dicte ville vel alios forenses vel dict. dom. Adzem. de Pict. vel suos, nequeant detuli, occupari seu arrestari, et predicta reposita et debita, si qua hinc et inde sazita fuerint et exauta, dissazientur et restituantur sine difficultate qualibet et absque aliqua exactione seu extortione qualibet libere et integre creditoribus suis et illis qui reposuerint bona predicta. — *6)* Item dixerunt, preceperunt et mandaverunt predicti arbitri..., quod nullus dominorum Montilii predict. homicidam, proditorem vel incendiarium alterius ex dict. dominis vel aliis criminosum possit seu debeat alicubi receptare, deffensare in aliquo vel manutenere. — *7)* Item voluerunt, mandav. et preceperunt..., quod domini dicte ville de Montilio ex aliqua causa preterita, presenti vel futura in dicta de Montilio et ejus territorio vel districtu nequeant sibi ad invicem guerram facere vel dampnum seu violentiam cum armis vel sine armis inferre, nisi pretextu guerre ecclesiarum Valentinen. et Dyensis et dom. A(dzemari) de Pict(avia) predicti, que prius orta et agitata extitisset inter dict. ecclesias seu dom. episcopum Valentinen. et Dyensem nomine predict. ecclesiarum vel alicujus earum, ex una parte, et dom. Adzemar. de Pict. predict. ex altera. — *8)* Item voluerunt et mandaverunt et preceperunt predicti arbitri..., quod reverendus pater in Xpisto dom. Johannes, Valentin. et Dyensis episcopus, et dom. A(dzemarus) de Pict(avia) comes Valentinensis predict. vel eorum gentes non possint nec debeant ex aliquibus rationibus sive causis preteritis, present. vel futuris, guerram facere seu dampnum aliquod inferre in predicta villa de Montilio et hominibus habitantibus in eadem villa et bonis dict. hominum quibuscumque, ymo predict. villam Montilii et homines habitantes in eadem et bona eorumdem gardare, deffendere et salvare durante tempore sex annorum

infra scripto. — *9)* Item voluerunt, mandav. et preceperunt pred. arbitri..., quod predicti consules seu rectores, qui nunc sunt vel pro tempore fuerint, in principio electionis seu creationis sue sive substitutionis debeant jurare, tactis sanctis Dei Evangeliis, omnia et singula supradicta ad suum officium seu potestatem pertinentia bene, legaliter et fideliter agere et sine chalumpnia explicare : hoc dicto quod predict. consulum seu rectorum potestas et officium in presenti instrumento eis data et datum per sex annos continue computandos a tempore present. pronunciationis durare debeat et non ultra, nisi predicti domini Montilii aliter vel eodem modo super predictis ulterius duxerint ordinandum.— *10)* Item voluerunt, mandav. et preceperunt pred. arbitri, sub pena et juramento pred., quod omnes homines habitantes in dicta villa Montilii et in fortaliciis ejusdem jurent et jurare debeant quod pax et concordia facta inter partes predict. per arbitros supradict. et omnia et singula supradicta serventur et firmiter compleantur : hoc etiam dicto et retento, quod propter present. pronunciationem, ordinationem et reformationem status dicte ville de Montilio, jus aliquod elapso dicto tempore sex annorum hominibus dicte ville minime aquiratur nec predict. dominis dicte ville de Montilio seu hominibus vel consulibus seu rectoribus dicte ville, libertatibus seu immunitatibus ejusdem aliquod omnino prejudicium generetur. — *11)* Item dixerunt, mandav. et preceperunt pred. arbitri..., quod si aliquod ambiguum vel obscurum, inpertinens vel contrarium esset in seu super reformatione predicta status dicte ville, predicti arbitri illud valeant durante compromisso predicto concordare, interpretari, declarare et etiam reformare. — Quem quidem statum et reformationem status dicte ville de Montilio et pronunciationem predict..., dom. A(dzemarus) de Pict(avia) comes Valentin. prediet. et domini predicti de Montilio, nomine suo et hominum suorum dicte ville, et omnia et singula supradicta ipsis recitatis laudaverunt, approbaverunt et emologaverunt expresse, et se ea observare et contra non venire sub pena predicta et sub virtute ab eis prestiti juramenti sollempni stipulatione interveniente sibi adinvicem promiserunt; et dict. dom. episcopus predicta.. actendere et actendi facere bona fide promisit. Acta fuerunt hec in quodam campo contiguo hospitali prioratus Sancti Martini de Montilio ; testes fuerunt presentes, scil. dom. Odilio Guidonis, Guigo Vanhardi, conrearius Valentinus, Johannes de Langis, Rodulphus de Ponte Vitreo, Richardus de Petra, Bausanus. Jordanus de Boqueto, Stephanus Argerii, Petrus de Malavalle, Guillelmus de Savacia, milites, Beraudus dominus de Bauzol, Geraudus Amici, domi-

nus Castri Novi, et Geraudetus ejus frater, Giraudus de Simiana dominus Apte, Rotgerius dominus Clayriaci et multi alii. Et ego Henricus de Montilio, auctorit. SS. Romane ecclesie ac S. (Romani) imperii et predicti dom. Geraudi Adzem. domini Montilii notarius publ., predict. omnibus presens interfui et hanc cartam de mandato dict. dom. arbitrorum et partium publice scripsi et signo meo signavi.

(*) Original parch. de 57 lig., coté 19 (*Invent.* de 1662, f° 10); au dos : *De las franchezas qe foron autreas qanc se fei li pas de starala.*

XXXII. *22 janvier 1291.*

(Transactio inter rectorem comitatus Venayssini et Hugonetum Adeymarii)*.

In nomine Domini, amen. Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, indiccione IIIIta, die XXIJa januarii, pontificatus dom. Nicolay pape IIIIi anno tercio, cum questio seu contravercia mota esset inter nobilem virum dom. Philippum de Bernuzono, pro sancta Romana ecclesia rectore et comite Venayssini, nomine et vice dicte S. Rom. ecclesie, ex una parte, et Hugonetum Adeymarii, filium Hugonis Adeymarii quondam domini Montilii Adeymarii, ex altera, occasione infrascript. castrorum, scil. castri de Garda et castri de Raco, Tricastrinen. diocesis, et occasione castri de Savassia seu partis ipsius, Valentin. dioc., et occasione Castri Novi Dalmaceni seu partis ipsius, Dyensis diocesis, et occasione pertinencium et jurium dict. castrorum, que castra... dict. dom. comes Venayssini... dicebat et asserebat ad dict. S. Rom. ecclesiam pertinere jure cessionis..; et ex adverso dict. Hugonetus Adeym. negabat dicta castra et partes predict. ad dict. S. Rom. ecclesiam pertinere, sed sua esse et ad se spectare dicebat; et occasione predicta sperabatur major inter dict. partes questio exoriri, cum eciam ad predicta se opponeret dom. Aymarus de Pictavia, comes Valentinus, asserens et affirmans dicta castra seu partes predict., excepto dicto castro de Garda, de feudo suo esse, predict. dom. comes Venayssini.. et dicti dom. Aymarus et Hugonetus in presentia reverendd. patrum ddom. Dei gracia G(erardi) de Parma, Sabinensis episcopi, et B(enedicti), sancti Nicolay in Carcere Tulliano diaconi cardinalis, ac mei notarii.. de predict. questionibus et controversiis taliter convenerunt pro bono et utilitate S. Rom. ecclesie et dom. Adeymarii et Hugoneti, videl. quod ipse dom. Aymarius, de voluntate et assensu

dicti Hugoneti, dixit et confessus fuit et in veritate recognovit se tenere et tenere debere et velle in feudum et nomine feudi a dom. papa et dd. cardinalibus et S. Rom. ecclesia... et a dicto d. comite Venayssini... dict. castrum de Garda et dict. castrum de Raco, cum omnibus juribus et pertinenciis eorumdem, et dict. partes dict. castrorum de Savassia et Castri Novi Dalmac..; et in recompensationem et retributionem dicti feudi castri de Garda, quod dict. dom. comes Venayssini.. dicebat esse comissum S^e^ Rom. ecclesie, dict. dom. Adeymarius de novo recepit in feudum et confessus fuit se tenere debere et velle in feudum et nomine feudi a dicto dom. papa et dd. cardinalibus et S^a^ Rom. ecclesia et a dicto dom. comite Venayssini.. castrum de Montilio Adeymarii, videl. omnia jura et rationes que et quas dict. dom. Aymarius et dict. Hugonetus habent et habere videntur in dicto castro et territorio et pertinenciis ejusdem tam in mero et mixto imperio et omni alia juridictione quam omnibus aliis que pertinent seu pertinere videntur ad castrum predict... De quibus castris et partibus et feudis.. dom. Aymarus, voluntate et consensu dicti Hugoneti, fecit homagium et fidelitatis prestitit juramentum dicto dom. comiti Venayssini, recipienti nomine dom. pape et dd. cardinalium et S^e^ Rom. ecclesie..... Hiis actis.., quod dict. Hugonetus teneat et tenere debeat in feudum a dicto dom. Aymaro et ejus successoribus dicta castra de Garda et de Raco et de Montilio Adeymarii et dict. partes dict. castrorum de Savassia et de Castro Novo Dalmac. et de Sauzeto, cum pertinenciis et juribus eorumdem, et illud quod habet dict. Hugonetus apud Racum; item, quod dicta Rom. ecclesia non possit dicta feuda seu partem ipsorum transferre in aliquam aliam personam, ecclesiasticam vel secularem, sine voluntate et concensu dicti dom. Aymarii seu successorum suorum, ipsis dom. Aymaro et Hugoneto seu eorum heredibus tenentibus dicta feuda et fidelitate debita persistente; item, quod ecclesia Romana seu comes vel rector seu procurator Venayssini non debeat in feudis supradict. aliquid adquirere vel sibi apropriare nomine ecclesie Romane nec dare guida hominibus supradict. castrorum, contra jus faciendo in prejudicium ipsius dom. Aymarii et Hugoneti; item, quod curia Venayssini sportulas a dicto dom. Adeymaro vel ejus successoribus non exigat nec levet nec a dicto Hugoneto, scil. pro causis seu questionibus quas dict. dom. Adeymarius et Hugonetus et eorum successores haberent cum curia Venayssini occasione predict. castrorum.. vel dicta curia contra ipsos, nec occasione alicujus inquisitionis que fieret per dict. curiam Venayssini seu per curiam dom. pape occa sione excessus; item, quod si appellentur a dom.

Adeymario seu a judice ordinario dicti dom. Adeymarii vel a judice subdicionum ipsius in dict. feudis, prime appellaciones debeant ad dict. dom. Adeymarium vel ad judicem appellacionum dicti d. Adeymarii pertinere; item, quod non obstante receptione vel recognicione quas fecit dict. dom. Adeymarius dicto dom. comiti Venayssini.. vel faceret in futurum.., idem dom. Adeymarius et successores ipsius de dict. castris possit se juvare in omnibus prout hacthenus consuevit, et de dicto castro de Garda prout de aliis feudis supradict., excepto contra S. Rom. ecclesiam seu contra comitatum Venayssini et terram ipsius ecclesie; item, quod si questio vel violencia moveretur dicto dom. Aymaro seu dicto Hugoneto vel eorum successoribus occasione dict. castrorum seu alicujus eorum vel pertinencium eorumdem, dict. dom. comes seu rector Venayssini seu Rom. ecclesia teneatur ipsos juvare et deffendere contra quascumque personas, sicut alios vassallos ecclesie supradicte; item, fuit actum.. quod predicta omnia et sing... dom. papa et dd. cardinales infra biennium, si eis placuerit, debeant confirmare: quod si factum non fuerit, predicta.. nullius sint momenti et pro non factis habeantur et senceantur.. Que omnia et sing. dict. Hugonetus Adezmarii, asserens se majorem esse xiiii annis, juravit ad sancta Dei Euvangelia corporaliter tacta manu libro se atendere et inviolabiliter observare... Acta fuerunt hec... Tarascone, Avinionen. diocesis, in palacio dom. regis Karoli, presentibus dom. Ricano de Morgiis, milite de Insula, d. Ricono de Insula milite, d. Petro Capra, judice Venayssini, Johanne Cafagio de Florencia, Guillelmo Astoandi, domino Masani in parte, dom. Hugone Manada, milite de Insula, dom. Bertrando de Teubinhano milite, d. Raymundo de Vejenano jurisperito et d. Stephano Augerii milite, jurisperito, testibus ad hec vocatis et rogatis. Et ego Nicolaus dictus Novellus de Vico, publ. imper. auctor. ac nunc predicti dom. Benedicti cardin. notarius....

(*) Inséré dans l'hommage du comte Aimar en 1353 (*v. ad h. a.*).— Texte impr. dans Valbonnais, *Hist. de Dauph.*, t. II, p. 58-60. Cf. Bréquig., VII, 339.

XXXIII. *13 janvier-22 juin 1291.*

Transactio dom. episcopi Valentinen. et ville Montillii super quaranteno*.

In nomine Domini, amen. Anno Incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo nonagesimo, scil. die sabbati post quindenam Nativitatis Domini, assignata apud Liberonem per fratrem Guillelmum de

Montilio et Hugonem Herodis de Montilio, arbitros arbitratores seu amicabiles compositores comuniter electos, una cum discreto viro dom. Gerardo de Passavento, canonico Valentino, coarbitro eorum, per rev^{dum} in Xpisto patrem dom. Johannem de Gebenna, divina gratia episcopum Valentin. et Diensem, nomine suo et rectorum seu curatorum ecclesiarum de Montilio Ademarii, Valentinen. diocesis, et omnium et singulorum ad quos jus decimarum pertinet et pertinere debet quoquomodo, ex parte una, et per Thomacium de Alesio et Poncium Chapraria, syndicos hominum de Montilio in instrumento sindicatus confecto per Henricum de Montilio, notarium publ. auctor. SS. Romane ecclesie, contentorum et nominatorum, quod instrum. incipit in 2^{a} linea : « publici preconis », et finit ante nomen dicti notarii : « et Raymundus Verneda de Mirabello », et tanquam per syndicos hominum predict., et specialiter et nominatim nomine et vice Johannis de Sauzeto, Bernardi Remusati et omnium aliorum hominum de Montilio, ex altera, ex causa monitionum olim factarum seu emissarum et processuum earumdem per discretum virum dom. Petrum de Escalone, officialem Valentinum, contra predict. Johannem et Bernardum et alios homines de Montilio in dict. monitionibus nominatos, super decimis petitis per dictum dom. episcopum sive per dict. d. officialem vel per dict. curatos a dict. hominibus de Montilio, ut in instrumento compromissi plenius continetur; dicto dom. episcopo, nomine suo et nom^{e} ecclesiarum parrochialium de Montilio Adzemarii et aliarum ecclesiarum ad quas jus decimarum pertinet vel pertinere debet de jure vel de consuetudine, ex una parte, et dict. Thomacio de Alesio et Poncio Chapraria, sindicis hominum de Montilio et nom^{e} omn. et singul. hominum de Mont., ex altera, ut prefatus dom. episcopus et dict. Thomacius asseruerunt. Dicta die et loco, comparuit dictus dom. episcopus personaliter, nom^{e} suo et quibus supra, comparuit etiam dict. Thomacius personaliter, n. s. et q. s., et dict. d. episcopus... petiit cum instantia qua potuit sibi... decimas supradict. adjudicari et cognosci per arbitros supradict. eas deinceps prestari debere in solidum et pro toto, et de preterito tempore predict. homines de Montilio condempnari, prout predict. arbitris videbitur faciendum et consentaneum fuerit racioni; predicto vero Thomacio.. in contrarium dicente et asserente consuetudinem esse diucius observatam in dicto castro de Montilio et ejus territorio, quod de proventibus suarum rerum et possessionum aliqua decima soluta non fuit, allegante etiam... contra peticionem et assercionem partis adverse universitatem Montilii habere privilegium a summo pontifice

concessum de non dandis decimis, et quod fuerunt antiquitus dominis et hominibus de Montilio in feudum concesse, et ideo dicebat dict. Thomacius... se et homines de Montilio non teneri ad petita. Tandem predict. partibus presentibus et instanter petentibus et requirentibus questionem decimarum predict. diffiniri et totaliter terminari, auditis omnibus et intellectis que partes dicere voluerunt, proponere et probare, habito consilio peritorum et diligenti tractatu habito cum partibus et de voluntate et consensu expresso earumdem, componendo, terminando, diffiniendo questiones supradict. et quamlibet earumdem et pro bono pacis et concordie voluerunt et mandaverunt, sub pena et juramento in compromisso contentis, quod omnes et singuli homines de Montilio et eorum successores nomine decimarum deinceps prestent et prestare debeant quadragesimam partem fructuum bladi cujuscumque et leguminum et racemorum tantum dicto dom. episcopo, recipienti nomine suo et quibus supra; item voluerunt et mandaverunt ut supra, quod de bladis et leguminibus et miliis provenientibus ex terris sive de racemis de quibus dicti homines de Montilio ecclesiis quibuscq. parrochialibus et non parrochial., capellis secularibus vel regularibus, vel religiosis seu aliis quibuscq. decimas prestant, seu a decima usque ad XL^am^ aliquam aliam certam fructuum portionem, eo solo tempore quo in terris et vineis fructus recolliguntur, dicti homines et eorum successores dicto dom. episcopo et ejus successoribus, et aliis quisbucq. quorum nomine ipse d. episcopus petit prestari decimas vel aliquam aliam partem nomine decimarum, minime teneantur et quod illa pars fructuum, que a decima usque ad XL^am^ tempore fructuum colligendorum ab ecclesiis seu capellis predict. percipitur, pro decima senseatur virtute presentis composicionis, convencionis, compromissi, arbitrii, laudi seu mandati : mandantes et volentes arbitri supradicti quod de omnibus aliis fructibus quibuscq. de terra et arboribus, de fetibus et fructibus animalium et volatilium quorumcq. nascentibus et nascituris, homines de Montilio et eorum successores a prestacione decime et alterius certe partis cujuscq. minime teneantur, set virtute present. composicionis, *ut supra*, sint immunes nunc et inperpetuum, quictii penitus ac etiam absoluti a prestacione decime predictorum et alicujus certe partis et ab omn. aliis de quibus decima realiter et personaliter debet dari; item voluerunt et mandaverunt.. quod dict. d. episcopus.. et successores sui in ecclesia Valentina debeant percipere dictam XL^am^.., ita tamen quod.. partem suam bladorum et leguminum sive dict. XL^am^ ad expensas ipsius d. episcopi... et successorum suorum proprias debeant portare ubi duxerint eligendum; et vo-

luerunt... quod homines de Montilio et quilibet ipsorum possint computare et levare expensas quas facient rationabiliter metendo et escoyando bladum suum in area seu preparando eum, et quod xl^ma^ racemorum debeat portari apud Montilium ubi dom. episcopus vel sui successores duxerint eligendum, tamen expensas animalis portantis et expensas factas in recolligendis racemis pro rata dict. d. episcopus et successores sui solvere teneantur.., et quod de craperio fiat in areis moderate et juste secundum quod hactenus fuit in Montilio usitatum, de quo craperio dicti homines a prestatione decime et alterius certe partis penitus sint immunes; item voluerunt... quod si predicta universitas seu aliquis dicte universitatis vexaretur de jure vel de facto monitionibus seu libellis, jure ordinario vel extraord^rio^ aut alio quolibet modo a dom. episcopo Tricastrino vel a priore Ayguini vel a rectoribus predict. ecclesiarum parrochialium... vel ab alia quacq. persona ecclesiastica, seculari vel regulari, quod debeant solvere decimas vel aliquid loco decime, excepta dicta xl^ma^ parte,.. eisdem vel ecclesiis parrochial., quod dict. dom. episcopus et ejus successores, facta sibi vel ejus officiali vel ejus officialis locum tenenti denunciatione, post xv. dies a die denunciationis computandos de dicta vexatione debeant dict. universitatem et quemlibet dicte univer^tis^ amparare et deffendere ad expensas ipsius d. episcopi et suorum successorum proprias in jure et extra, et si deffecerint in predictis vel aliquo predict. iidem homines et quilibet ipsorum, sive vexatio fiat de jure vel de facto, non debeant solvere dict. xl^am^ debitam vel aliquid pro decima dicto d. episcopo vel alicui alii ejus nomine... quamdiu vexatio perdurabit, set dicta universitas et quilibet.. dict. xl^am^ et quicquid pro decima deberetur, nisi illud quod percipere consueverunt temporibus retroactis dicte ecclesie, sua auctoritate propria retineant et possint retinere tamdiu quamdiu dicta inquietatio seu vexatio perdurabit, pro faciendis et solvendis expensis quas fieri oporteret occasione vexacionis predicte : et si dicta xl^ma^... non sufficeret ad solucionem expensarum predict., tamdiu quamdiu causa vexacionis duraret voluerunt quod, hoc... notificato et super hiis summaria fide facta, dicta xl^ma^ omn. possessionum... vexatione cedata possit retineri per dict. universitatem per tantum tempus quousque percipiendo dict. xl^am^ esset vexatis et dampnum passis de dict. expensis rationabiliter satisfactum, pres. compositione, *etc.* in suo robore permanente ; si vero predicta vexacio vel inquietacio... conquieverit et cessaverit.., quod predicta universitate et hominibus ejusd.. in pace existentibus, extunc fiat solucio dicte xlme juxta pres. composicionem.., dampnum

passis et vexatis prius satisfacto de expensis..; item voluerunt predicti arbitri quod, si presens composicio... de jure revocaretur vel anullaretur casibus aliquibus emersis vel emergendis, privilegiis indultis vel indulgendis, impetratis vel etiam impetrandis per dict. dd. episcopos Valentinum et Tricastrinum vel per priorem Ayguini vel per predict. rectores dict. ecclesiarum vel aliquas alias personas... pro quibus dicta universitas.. compelleretur ad solvendum decimam, quod eadem universitas et singuli ejusdem imperpetuum remaneant liberi ac eciam absoluti ab omni jure et comoditate quod et quam dict. d. episcopus.. habere poterat.. contra dict. universitatem.., et quod predict. d. episcopus.. et ejus successores non possint dicere, petere vel eciam allegare quod fuerunt in possessione v. q. juris alicjs habendi vel percipiendi aliquas decimas... a dicta universitate, ymo eidem possessioni.. dict. d. episcopus expresse renunciavit.., et ideo petent restitui contra eos sive agat de possessione vel proprietate in casu aliquo de predictis in quibus voluerunt quod eadem universitas et singuli.. non debeant persolvere decimas.., ymo voluerunt... quod si predict. compositionem, *etc.* aliquibus modis... contigerit anullari vel infringi.. vel etiam si... dicta universitas vel aliquis.. compelleretur ad prestandum decimam.., ex propria voluntate... possint abstinere et cessare a danda et solvenda XL^{ma} parte in futurum dicto d. episcopo.., et quod quicquid antea solutum erit.. totum sit tanquam gracia precarium... factum seu comenda : ita tamen quod preterita repeti non possint et quod sola voluntas predict. casibus.. concurrentibus sit eis pro sola revocatione gracie vel comende predicte; item voluerunt quod, si forte predicta universitas seu homines.. dicant se vexatos vel conventos vel monitos... pro predict. decimis.. et ideo dicant se cessare posse a solvenda conventa XL^{ma}.., et econtra dict. d. episcopus.. et sui successores dicant predict. universitatem seu homines.. non esse monitos seu vexatos pro predictis.., quod super hoc stetur et stari debeat dicto et juramento illius de universitate qui dicet se premonitum seu monitum vel citatum, summaria fide facta sub sigillo alicujus incurati vel ejus vicemgerentis de diocesi Valentina, per quem citacio vel monicio fieret, vel aliter fide facta per aliquod publ. instrumentum; item voluerunt ad cautelam quod, occasione decimarum preteritarum tam personalium quam realium seu spiritualium et aliarum quarumcq., predict. dom. episcopus.. et successores sui... a predicto sindico vel ab aliquo dicte universitatis.. nichil possint petere, exigere vel habere.. : de quibus.. dict. d. episcopus.. se tenuit pro pagato ; item voluerunt quod in mutatione dom.

episcopi, episcopus quicq... requisitus per homines de Montilio... teneatur approbare, emologare et confirmare present. compositionem, et donec requisitus ipsam approbaverit, dict. XL^am.., exceptis antiquis decimis.., sibi solvi minime teneantur ; item voluerunt quod dict. d. episcopus debeat et teneatur facere ratificari, approbari et emologari present. compositionem... per rev^dum in Xpisto patrem dom. archiepiscopum Viennensem et per capitulum Valentinum et per rectores ecclesiarum de Montilio, et ulterius firmitates juris faciat pro omnibus aliis ad quos jus decimarum pertinet de jure vel de consuetudine, ad dictamen dom. Rostagni Boci vel dom. Poncii de Narbona, electorum ex parte dicti Thomacii, et rev^di in Xpisto patris dom. abbatis Sancti Ruffi Valencie vel dom. officialis Valentini, electorum ex parte dicti d. episcopi, vel aliorum quorumcq. sapientum per dict. partes eligendorum, hinc ad quindenam Pasche proxime venturam... : si vero dict. d. episcopus et sindici alterum electorum vel eligendorum per eosdem apud Liberonem, guerra vel alia causa racionabili et notoria impediente, habere non possent vel predicte partes ad dict. locum Liberonis accedere non possent ex causis notoriis et racionabilibus, mutaverunt ex nunc locum arbitri apud locum Vivarii... ; et si contingeret quod predicti sindici existerent negligentes in premissis hinc ad quindenam predict., dicto d. episcopo in plena possessione dicte XLme partis existente, extunc.. idem d. episcopus infra annum et nichilominus postea quandocq. firmitates predict. facere debeat ad dictamen predict., sub pena et juramento.. ; item voluerunt et mandaverunt quod sententie monitionis, excomunicationis et interdicti.., si que late fuerint a dicto d. episcopo Valentino seu officiali suo.. contra Johannem de Sauzeto et quosdam alios homines de Montilio, contentos in litteris dict. sententiarum, revocentur et eisdem absolutionis beneficium tribuatur, sine exactione expensarum, et moniciones late per officialem et appellaciones emanate a dict. hominibus super gravaminibus que sibi fore illata asserebant et processus dict. appellationum et monitionum ex nunc irritentur et totaliter anullentur.. et eis renuncietur.., et si expense hinc inde facte fuerint... peti non possint nec debeant.. ; item voluerunt et mandaverunt quod dict. dom. episcopus.. et ejus successores nichil possint petere de cetero ab universitate de Montilio... occasione privilegiorum olim concessorum per summum pontificem predecessoribus ipsius d. episcopi vel ipsi, vel occas. confirmacionum eorumdem : et si quo casu contingerit impetrari vel... concedi.., ipsis privilegiis et litteris quantum ad predict. hominesp enitus renunciavit ; item voluerunt quod ubicumque

in mandamentis et ordinationibus et in firmitatibus supra et infra scriptis aliqua generalitas vel generalis clausula apposita sit, in qua esset necesse.. quod.. specificaretur.., quod super hoc stetur.. ordinationi seu voluntati dom. Rostagni Boci et aliorum supradict. et specificentur... ; et assignaverunt diem arbitri ad dictandum instrumentum cum additionibus, diem lune post festum instans proxime Purificationis beate Marie, cum continuacione dierum sequencium, et locum apud Liberonem, et si predicta die non possent interesse, ex nunc assignaverunt.. diem lune post Letare Jherusalem.. et locum ibidem, et si predicta die non possent interesse, iterato assignaverunt.. diem jovis post Pascha.. et locum ibidem ; et dicti arbitri.. retinuerunt... sibi plenariam potestatem declarandi, interpretandi ac etiam addendi.. hinc ad festum proxime venturum beati Martini yemalis.... Quod dictum, pronunciationem, mandamentum... dict. dom. episcopus, nom^e^ suo et.. rectorum ecclesiarum de Montilio.., et dict. Thomacius, nom^e^ universitatis de Mont.., approbaverunt, ratificaverunt et emologaverunt et contra non venire promiserunt.. et juraverunt, videl. dict. Thomacius super S. Dei Evangelia ab eo corporaliter tacta, et dict. d. episcopus positis coram eo Dei Evangeliis sed non tactis ; et ut omnia predicta et singula majorem habeant firmitatem,.. omnia et sing... ex vi compositionis amicabiliter habere voluerunt roboris firmitatem..., promittentes.... Acta fuerunt hec apud Liberonem, in fortalicio, in aula episcopali ; testes presentes fuerunt ad hoc vocati : frater Guido prior Sancti Victoris Gebenne, frater Johannes de Salgiaco [1], helemosinarius Nantuacii [2], Guilhotus de Viriaco magister, Raynaldus de Chavarieu, Petrus Pareti [3], Johannes de Valauria, Michael Bricii [4], Raymundus de Banio, Stephanus de Vilhiaco domicellus, Albertus de Barralis, Bonellus Litgos [5], Juvenis Bona, Petrus Arnulphi, Guillelmus dictus de Ruppeforti [6] et Bartholomeus Valansani de Montilio, publ. auctor. imper. notarius, qui... hoc pres. instrumentum publ. scripsi et signo meo signavi ; et ad majorem firmitatem... pres. instrumentum fuit sigilli dicti dom. episcopi Valentini munimine roboratum. — Et est sciendum quod, anno Domini mill^o^ ducent^o^ nonag^o^ primo, videl. decimo kalendas julii, supradicta compositione presentata per me notarium infrascript. rev^do^ in Xpisto patri dom. Guillelmo, archiepiscopo sacrosancte Viennensis ecclesie disponente divina providentia, lectaque et inspecta cum diligentia dicta compositione per dict. dom. archiepiscopum, ipse.. ex certa scientia dict. compositionem approbavit, ratificavit et confirmavit, auctoritatem suam interponendo pariter et decretum ; in quorum

omnium roboris firmitatem, sigilli sui predict. compositionem munimine roboravit. Acta fuerunt hec Vienne, in camera episcopali ; testes presentes fuerunt ad hec vocati : dom. Hugo de Peyrau, prior Sancti Petri de Burgo Valencie, dom. Martinus archipresbiter Annoniaci, dom. Clemens archipresbiter de Satilliaco, et ego Bartholomeus Valensani de Montilio, publ. auct. imp. notarius, qui mandato dicti dom. archiepiscopi predict. ratificationem scripsi et signo meo signavi.

(*) *Vidimus* du 14 févr. 1373, dans le cabinet de M. Henry Morin-Pons, de Lyon (original et copie récente) :

In Dei nomine, amen. Nos Johannes Aygaterie, prior prioratus Montisalbani, Vapincen. diocesis, officialis Valentinus, notum facimus... quod nos vidimus, tenuimus, palpavimus et diligenter inspeximus quod. prima facie publicum instrumentum scriptum et signatum... sigillisque revdor. in Xpisto patrum dd. Guillelmi archiepiscopi Viennensis et Johannis de Gebenna Valentin. et Diensis episcopi quondam in pendentibus sigillatum, sanum et integrum,.. per venlem virum dom. Gir(audum) de Calma, decanum Valentinum ac vicarium generalem in spiritualibus revdi in Xpisto patris et domi nostri d. L(udovici) miseratione divina episcopi et comitis Valentini et Diensis, nobis exhibitum.... Quod... copiari, transcribi et exemplari fecimus et mandavimus ac in formam publ. redigi.., et ad majorem.. firmitatem... auctoritatem nostram ordinariam interponimus pariter et decretum et sigillum curie nostri officialatus Valencie... jussimus apponendum. Actum et datum... apud Valentiam, in hospitio habitationis venlis et discreti viri dom. Petri Vialonis, secretarii domi nostri episcopi et comitis Valent. et Dien., die xva mens. febroarii, indict. xia, anno ab Incarnac. Domini MoCCCoLXXIIo, presentibus testibus venbus et discretis viris dd. Durando Champelli, precentore et canonico, et Evrardo de Escalone, judice majore Valentinen., nobili Johanne de Calma, domicello, Johanne Mayresii, cive et burgensi Valentino, et pluribus aliis fide dignis ; ego vero Andreas Champelli de Monastrolio, Anicien. diocesis, auct. imp. not. public. et curie Valentine juratus...

— Copie du XVIe siècle aux arch. de la Préfect. de la Drôme.

(1) Var. *Salginaco*. — (2) Var. *Nauciacii*. — (3) Var. *Perroti*. — (4) Var. *Brici*. — (5) Var. *Ligos*. — (6) Var. *Rupefort*.

XXXIV. *1er juillet 1292.*

(Recognitio super dote Sibilie uxoris Hugonis Adem.)*.

Notum sit omnibus present. et fut. presens publ. instrumentum inspecturis, quod anno ab Incarnacione Domini mill'io CCo nonago secundo, scil. kalendas julii, nobilis vir Huguo Adzemarii,

dominus Montilii, confitens et asserens se majorem xiiij^cim annis, cum auctoritate nobilis dom^e Mabilie, Montilii et Garde domine, matris et curatricis sue, et ipsa idem dom^a Mabilia curatorio nomine quo supra, non decepti, non circumventi vi, dolo, fraude vel ingenio alicujus seu aliqua alia machinacione ad hoc inducti, set propria sponte et voluntate sua, recognoverunt in veritate et confessi sunt... michi.. notario publ... sollempniter stipulanti et recipienti vice et nomine illustris viri dom. Azemarii de Pictavia, comitis Valentini, et omnium illorum quorum interest seu interesse potest, se habuisse et recepisse a dicto dom. comite Valentino mille et quingentas libras Viennens. in bona pecunia numerata realiter, tradita et soluta, pro dote et occasione dotis nobilis Sibilie, filie dicti comitis et uxoris predicti Hug(onis) Adzemarii ; de quibus M et D lib. Vien. se tenuerunt pro paccatis et de eis predict. dom. comitem et omnes illos qui pro dictis M et D lib. Vien. erant obligati et eorum successores quitaverunt inperpetuum et absolverunt, et pactum expressum de non petendo aliquid ulterius... fecerunt ; promittentes etiam predict. Hugo Adzemarii et dicta dom^a Mabilia... se non dixisse seu dicere fecisse vel facere, per se vel per interpositam personam, aliquid quo contenta in pres. instrumento minus valeant et obtineant roboris firmitatem. Et hec omnia univ. et sing. ita actendere, complere, servare et in nullo contravenire.. bona fide et sub expressa obligacione omnium bonorum suorum... promiserunt, renunciantes... Actum fuit hoc Garde, in fortalicio dicti loci, testibus presentibus et vocatis : dom. Petro de Manso, capellano, Bertrando Gontardi, Raymundo Sicardi, Michaelle Vicalis et me Bertrando Giraudi, notario publ. predicti dom. Hugonis Adzemarii et dicti dom. comitis Valentini, qui predict. omnibus presens fui et de mandato et voluntate predict. d. Hug. Adzem. et dom^e Mabilie et ad opus pred. d. comitis Valent... stipulatus fui et hanc cartam inde recepi, scripsi et bulla predicti dom. Hug. Adzemarii bullavi et signo meo signavi. †

(*) Original parch. aux arch. de la Préfect. de l'Isère, avec trace de bulle sur fils verts à double queue.

XXXV. *6 août 1295.*

(Alia recognitio super eodem facto)*.

Nos Mabilia, Montilii et Garde domina, et Hugo Ademarii ejus filius, cum auctoritate et consensu ipsius dom^e Mabilie matris et

curatricis nostre, notum facimus univ. present. litteras inspecturis, quod nos ambo et quilibet nostrum in solidum, non errantes in jure nec in facto, set ex certa sciencia et quia rei veritas sic se habet, confitemur et in veritate recognoscimus vobis illustri viro dom. A(demaro) de Pict(avia), comiti Valentino, sollempniter stipulanti nos habuisse et recepisse per manum Poncii Clari, burgensis vestri de Privacio, quatercentum libras Viennens. in bona pecunia numerata, nobis realiter tradita et soluta, de dote et ex causa et nomine dotis Sibilie, filie vestre uxorisque Hugonis Ademarii supradicti ; de qua siquidem summa pecunie nos ambo et quilibet nostrum insolidum tenentes nos totaliter pro paccatis, de predicta summa vos et vestros successores et fidejussores seu expromissores per nos et nostros liberamus totaliter, absolvimus et quictamus et absolutos clamamus imperpetuum, liberos et immunes, pactum expressum, reale et personale, sollempni stipulatione vallatum, vobis facientes de non petendo ulterius a vobis, renunciantes... actioni et exceptioni... et beneficiis facti et juris tam canon. quam civ. et litteris papalibus... Datum et actum apud Montilium, die sabbati post festum beati Petri ad Vincula, anno Domini M°CC° nonag° quinto, cum apposicione sigillorum nostrorum in testimonium omnium premissorum.

(*) Original parch. aux arch. de la Préfect. de l'Isère, avec trace de deux sceaux sur lemnisques.

XXXVI. *28 avril 1309.*

Procuraciones dotis costitute dom° Gir. Adeym., domino Montilii, cum Alasia filia dom^i comitis*.

In nomine Domini, amen. Anno Incarnacionis ejusdem M°CCC° nono, videl. die lune ante festa beatorum apostolorum Philippi et Jacobi, nobilis vir dom. Geraudus Adzem(arii), dominus Montilii Adzemarii, sciens, prudens et spontaneus, constitutus in presencia mei notarii.. et testium... fecit, constituit, creavit et ordinavit Arnaldum Altoviti de Florentia, habitatorem dicti loci Montilii, ibidem presentem et sponte recipientem, procuratorem suum ad exigendum, petendum, recuperandum et recipiendum ab illustri et potenti viro dom. Adzemario de Pict(avia), comite Valentino, mille libras bonorum Turonens. parvorum nunc currencium in regno Francie, quas nunc in presenti, cum

Giraudetus filius dicti domi Ger. cum Alasia filia dicti dom. comitis matrimonium contraxerit, idem dom. comes solvere debet et tenetur predicto domo Ger. de dote predicte Alasie filie sue, uxoris dicti Geraudeti, et ad quitandum eundem dom. comitem et illos qui pro dict. M libris tenentur, et cartam quitationis faciendum et fieri concedendum cum ipsas M libras receperit, et ad omnia et singula faciendum, dicendum et procurandum que ipse dom. Geraudus faceret et facere posset si presens esset, et specialiter bona ipsius domi Ger. pro predict. M libris obligandum ; dans et concedens... plenam et liberam potestatem.., promitens.. se ratum, gratum et firmum perpetuo habiturum quicquid actum, gestum fuerit sive dictum ac eciam procuratum. Acta sunt hec apud Montilium predict., in hospicio antiquo predicti domi Ger. ; testes fuerunt presentes nobilis vir. Ger(audus) Adzemarii de Montilio, dominus Grainhani, et Richamus de Pino, jurisperitus; et ego Henricus de Montilio, auctor. SS. Rom. ecclesie ac S. imperii et predicti domi Ger. Adzem., domini Montilii, notarius publ.,.. hanc cartam publice scripsi et signo meo signavi. †

(*) Original parch. aux arch. de la Préfect. de l'Isère ; au dos : *Instrumentum procuracionis domi Gir. Adeym., domini Montilii, per quod Arnaldus Altovitis quitavit dom. comitem de certa summa dotis costitute dicto domo Gir. cum Alasia ejus uxore per dict. dom. comitem.*

XXXVII. *6 mars 1320.*

(Assesacio tabernagii Montilii facta Jacobo Blanchardi per Geraudum Adzemarii, dominum Montilii)*.

In nomine Domini, amen. Anno Incarnacionis ejusdem mill° tercentes. decimo nono, scil. sexta die menssis marcii, Nobilis vir dom. Geraudus Adzem(arii), dominus Montilii Adzem(arii), Valentin. dyocesis, sciens, prudens et spontaneus, sine omni dolo et fraude aliqua, dedit, vendidit et assensavit, et ex causa vendicionis et assesacionis predict. tradidit seu quasi, cessit et concessit Jacobo Blanchardi, presenti, ementi et assensanti, omnes et singulos redditus, exitus, proventus et obvenciones tabernagii sui et fure sue et bedalagii sui que percipit, percipere debet et consuevit percipere apud Montilium et in ejus tenemento et bedali molendini sui, a prima die menssis proxime venientis apprilis in tribus annis continue computandis et numerandis ; pro precio et ex causa precii duodecim viginti librarum bonorum Vianens. hodie currencium et pro uno denario apud Montilium

currencium seu ponencium, de quibus predict. Jacobus decem libras Turonens. incontinenti persolvit et de ipsis satisfecit, ita et taliter quod de dict. x. libris Turon. predict. d. Geraudus pro pagato et contento se tenuit et dict. Jacobum... quictavit et renunciavit..., et sexaginta libras Turon... pro ipso dom. Geraudo.. dom. Andree Boni Vini quictare et solvere, quas dict. d. Geraudus ex causa emtionis pannorum eidem dom. Andree debebat, ut dicebat, et triginta libras Turon. Poncio Coterii vel ejus procuratori de debito quod dict. d. Geraudus ei debet et pro quo sunt eidem Poncio Raymundus Yterii, Guillelmus Premos et ipse Jacobus Blanchardi cum quibusdam aliis obligati pro partibus contingentibus predict. Raymundo, Guillelmo et Jacobo de dicto debito solvere et quictare bona fide convenit et promissit; et factis solucionibus predict... et ipsis habitis de redditibus... tabernagii, fure et bedalagii predict., promisit residuum dicti precii sicut exierit et haberi poterit de redditibus, exitibus, proventibus et obvencionibus supradict. reddere et persolvere predicto Poncio Coterii vel ejus procuratori tam diu donec sibi satisfactum fuerit.. vel dicto d. Geraudo si residuum aliquod fuerit... Volens et per pactum concedens predict. dom. Geraudus... quod ipse Jacobus per totum tempus dict. trium annorum, ex causa presentis vendicionis et ascesacionis, possit et debeat predict. tabernagium et furam et bealagium et omnes et singulos futuros redditus, exitus, proventus et obvenciones eorumdem habere, tenere, percipere, recipere et levare per se vel per alium..; et si predicti redditus... plus valent... precio supradicto, illud plus valens... dict. d. Geraudus... dicto Jacobo... dedit.. et remisit. Promitens dict. dom. Geraudus se non fecisse... quominus presens vendicio et ascensacio... minorem habeant.. roboris firmitatem seu possint infringi.., ymo promisit... predict. redditus... ab omnibus personis et ab omni impedimento et disturbio suis sumptibus et expensis propriis deffendere et salvare..., et pro evictione reddituum... omnia bona sua... obligavit et ypothecavit..; promitens... quod si quis..., qui deberet.. tabernagium vini venditi infra dict. tres annos, dict. tabernagium solvere nollet, quod ipse.. quemlibet eorum compellet seu compelli faciet ad tabernagium debitum persolvendum, quandocumque... super hoc fuerit requisitus. Et predicta omnia... dict. dom. Geraudus... super sancta Dei Euvangelia ab ipso corporaliter sponte tacta juravit, et renunciavit, *etc*. Acta sunt hec apud Montilium, in hospicio dicti dom. Geraudi; testes fuerunt presentes Raymundus Yterii, Guillelmus Premos et Rostagnus Escoferii. Ego vero Henricus de Montilio, auctor. SS. Romane ecclesie ac

S. imperii et dicti d. Ger. Adzem. notarius publ., predict. omnibus presens interfui et hanc cartam compilavi et... scribi feci.., et signum meum apposui et eam bulla dicti dom. Ger. Adzem. bullavi ad majorem firmitatem omnium premissorum ; et voluit quod possit pres. carta sigillari sigillo curie Valentin., supponens se vigori dicti sigilli.

(*) Original parch., coté n° **168** (*Invent.* de 1662, f° 40) ; trace de sceau sur double queue ; au revers : *Jacobi Blanchardi.*

XXXVIII. *7 juin 1320.*

(Ordinationes Hugonis et Giraudi Ademarii, dominorum Montilii, circa draperios)*.

In nomine Domini, amen. Noverint universi et singuli presentes pariter et futuri, quod anno Incarnationis ejusdem M° trescentes. vicesimo, scil. septima die mensis junii, nobiles et potentes viri dom. Hugo Ademarii et dom. Giraudus Ademarii, domini Montilii, Valentin. diocesis, bene previsi et premeditati et habito diligenti consilio plurium sapientum, volentes et intendentes facere utilitatem et comodum predicte ville Montilii, omnium et singulorum hominum.. et incolarum in ipsa villa habitancium et locorum circumvicinorum, gratis et ex certa sciencia, fecerunt convenciones et ordinaciones et pacta infra scriptas et infra scripta, et concesserunt Guillelmo Premonis, Guidoni de Ligione, Rostagno de Pratocomitali et Guillelmo Florencii, rectoribus et custodibus predicte ville Montilii et michi.. notario publ., stipulanti sollempniter et recipenti nomine et vice universitatis hominum dicte ville...—Et primo fuit ordinatum et concessum per dict. dominos Montilii, per se et suos successores, quod draperii qui nunc sunt in predicta villa Montilii et qui pro tempore fuerint infuturum habitatores et incole dicte ville possint in grosso vel minuto vendere pannos suos quibuscumque voluerint, et quod draperii seu venditores pannorum extranei non admitantur ad vendendum pannos in villa predicta Montilii nisi illos venderent in grosso, videl. unam peciam panni vel duas vel plures insimul et non aliter : hoc excepto quod si aliqui viatores eundo vel redeundo et per villam predict. Montilii transeundo, portantes pannos ad collum suum vel in beirnetis vellent vendere vel aliter vellent vendere de pannis suis et pro suis necessitatibus in dicta villa Montilii intus et extra, transeundo per dict. villam et non habendo ibidem certam pergulam sive taulam, quod illud

possint facere libere secundum morem solitum et anticum ; et eo modo si aliqui homines locorum circumvicinorum facientes pannos albos vel nigros vel brunos pro indumentis familiorum suorum, quod illos pannos per illam partem que illis superfuerit possint vendere in dicta villa Montilii absque eo quod propter hoc non habeant in predicta villa Montilii certam pergulam sive taulam, et draperii dicte ville Montilii... lucrum ipsorum non possint ultra debitum racionis excedere, ordinatum fuit quod predicti draperii presentes et futuri pro singulis libris pannorum quos vendiderunt lucrari debeant duos solidos illius monete de qua et in qua vendiderint dict. pannos, et si vendiderint de pannis ipsorum a quantitate viginti solid. inferius, de lucro illo ipsorum conscientie est remissum. Si vero non possit comode adoptare in contractibus eorumdem quod duo solidi pro singulis libris lucrentur per ipsos, in eo casu ad eamdem difficultatem ordinatum extitit et concessum per dict. dominos Montilii.., quod possint predicti draperii pro illa parte quam vendiderint ultra libram lucri de moneta de qua contractus fieret per modum infrascriptum, videl. quod si canna panni decostiterit xx[ti] solidos Turonen. pro quolibet solido Viennen. unum Turonen. et pro quolibet solido Turonen. unum Parisien. lucrari possint. Et ulterius per dict. dominos Montilii... ordinatum fuit et concessum quod draperii qui nunc sunt presentes et futuri et socii eorumdem et alii quicumque ordinati fuerint ad pannos vendendos jurare in presencia consulum seu rectorum et bajulorum predicte ville Montilii, quod ordinationes predictas debeant inviolabiliter actendere et observare. — § 2) Preterea extitit ordinatum, quod rectores dicte ville Montilii singulis annis vel de biennio in biennium assumere et eligere duos probos viros ville Montilii, qui habeant potestatem videndi et perquirendi si per draperios presentes et qui pro tempore fuerint et eorum familiares et socios si ordinationes predicte et infrascripte fuerint observate, et ulterius quod si reperierint quod aliquis ex draperiis vel eorum familiaribus et sociis in vendicione dict. pannorum plus lucrati fuerint quam superius est ordinatum, quod restitutionem primo fieri faciant dampno passo et quod quicumque peccaverit in predictis puniatur et puniri possit per dict. duos probos viros in una saumata comunis bladi feudi seu equivalentis aplicanda per dict. duos probos viros operi poncium dicte ville Montilii vel in aliis piis causis communibus dicte ville Montilii prout eis videbitur expedire, et quod pro predictis non possint dicti draperii ulterius in plus puniri nec inquisicio seu punicio fieri per curiam dominorum Montilii predict. contra ipsos seu alterum eorumdem.

Preterea fuit ordinatum per dict. dom. Hugonem et Giraudum Ademarii, quod illi duo probi viri qui ad predicta facienda assumentur et eligentur per rectores Montilii, in presencia ipsorum rectorum et bajulorum Montilii predict. dominorum jurare debeant quod suum officium fideliter excequantur. — § *3)* Et ulterius extitit ordinatum per dict. dominos Montilii, quod dicti draperii qui nunc sunt et pro tempore fuerint infuturum in precio pannorum suorum, tam pro portu quam expensis, pro singulis peciis quas ement a civitate Lugdunensi superius versus Franciam assendendo, possint computare viginti solidos Turonen. et si emerint dict. pannos in civitate Arelatensi vel inferius descendendo possint pro singulis peciis decem solidos Turonen. computare, et a civitate Arelatensi vel Lugdunensi versus Montilium veniendo dicti draperii aliquos pannos emerint consciencie ipsorum draperiorum est remissum. — § *4)* Item et ulterius per dict. dominos Montilii extitit ordinatum quod si predicti draperii... pannos vendiderint in grosso per pecias vel medietatem, terciam vel quartam partem unius panni, quod dict. pannus bene et legaliter dividatur et emptori pars sua, videl. medietas vel tercia vel quarta pars, ex integro tradatur et relinquatur ; si vero per cannas et minutim vendantur per moyso dict. pannorum secundum condiccionem de qua fuerint dicti panni tempore quo vendentur et de lucro predicto taxato et ordinato, est intencio predict. dominorum Montilii et draperiorum quod predicta taxatio debeat observari inter illas partes que ad lucrum predict. emere voluerint solvendo precio pannorum tempore emptionis, de illis vero qui ad sostam emerint vel ad tempus non extitit facta ordinatio nisi secundum quod inter ipsos emptorem et venditorem poterunt et voluerunt concordare. — Et predicta omnia et singula predicti dom. Hugo Ademarii et dom. Gir. Ademar. domini Montilii per se et suos perpetuo rata et firma habere et tenere et haberi et teneri facere et contra non venire... predictis G. P., G. de L., R. de P. C. et G. F. custodibus et rectoribus predicte ville Montilii et michi.. notario publ. infrascripto..., et versa vice predicti Guillelmus Premonis, Guido de Ligione, Rostagnus de Pratocomitali et Guillelmus Florencii, custodes et rectores supradicti, nomine suo et vice predicte universitatis... et cum eis Guillelmus de Crudacio et Rostagnus Escofferii, draperii, predicta omnia rata et firma habere, tenere et contra non facere vel venire nec facienti seu venienti modo aliquo consentire bona fide predict. dom. Hugoni Ademar. et Gir. Ademar... convenerunt et promiserunt et super sancta Dei Euvangelia juraverunt. Acta sunt hec apud Montilium, in hospicio for-

talicii predicti dom. Hugonis Ademarii ; testes fuerunt presentes nobilis vir dom. Agoutus Adeymarii de Montilio, Vallis Orpeyre dominus, dom. Guillelmus de Sancto Paulo presbiter, Poncius Cruci, Lambertus de Raco, Guillelmus Gaucerii, bajulus de Aloudo, et Andreas Cotucerii notarius et magister Henricus de Montilio, sacrosancte Romane ecclesie ac viri magnifici et potentis Giraudi Ademarii condam bone memorie, domini Montilii, notarius publicus, qui de predict. omnibus.. notam recepit requisitus per dictos... custodes et rectores...

(*) *Vidimus* du 2 févr. 1354 (*v. ad h. a.*), en origin. et dans le *Cartul.* (f° 45 v°). A la fin :

« Et quia dict. magister Henricus de predictis Poncio Malisanguinis dicti loci Montilii morte preventus instrumentum extrahere nequivit, quocirca ego Esmido Saramandi dicti loci Montilii, auct^te^ imp^li^ et viri magn^ci^ et potentis Gir. Ademar. domini Montilii predicti notarius publ., cui note dicti cond. mag. Henrici commisse fuerunt per nob. et pot. virum dom. Giraudum Ademar. cond. bone memorie dominum Montilii, de qua quidem nota.. non cancellata ad requisitionem dicti Poncii Malisanguinis draperii hoc pres. publ. instrumentum extraxi... »

XXXIX. *24 février 1321.*

(Remissio tabernagii facta hominibus suis per dom. Geraudum Adhemarii, dominum Montilii)*.

Noverint univ. ac sing. present. cartam inspecturi, quod anno Domini millesimo trecentesimo visegimo, scil. visegima quarta die mensis februarii, cum nobilis vir dom. Geraudus Adhemarii, dominus Montilii, Valentinen. diocesis, haberet servicium in hominibus et mulieribus suis dicti loci Montilii, de vinis suis que vendebant et consueverant vendere ad [minutum......] ab octavis beati Michaelis usque ad octo dies ante festum Natalis Domini et a Carniprivio veteri usque ad Ramos Palmarum, anno quolibet in perpetuum percipit et percipere debet et antecessores sui... percipere consueverant pro et ratione tabernagii medietatem tresdecime partis pretii vinorum ad [minutum] venditorum, deductis expensis factis vendendo dicta vina, et per totum tempus aliud... medietatem vicesime prime partis pretii vinorum venditorum.., deductis etiam expensis.. ; et plurimi boni homines sui Montilii eidem dom. Geraudo dixissent et significassent quod, si dict. servitutem dicti tabernagii hominibus et mulieribus suis de Montilio present. et fut. daret per se et suos, per-

petuo remitteret et quittaret, esset eidem dom. Geraudo commodum et utilitas et hominibus supradict., idem dom. Geraudus Adhemarii, dominus Montilii, supra predictis bene premissus et premeditatus, intendens conditionem suam et hominum suorum facere meliorem, sciens, prudens et spontaneus..., gratis et ex certa scientia, per se et suos omn. et sing. heredes et successores in perpetuum, dedit, donavit donatione rata et firma et irrev[li] inter vivos,.. pro libertate, franchesia et immunitate cessit et concessit, remisit et quittavit penitus perpetuo et absolvit hominibus et mulieribus suis de Montilio present. et fut. et heredibus et successoribus eorumdem apud Montilium et sub dominio et districtu ejusdem dom. Geraudi Adhem. habitantibus, et nominatim Guilhelmo Mansoni, incantatori Montilii, licet absenti, et mihi Henrico notario publ... predict. servitutem tabernagii sive dict.. tabernagium in totum.., cum omnibus juribus, pertinentiis et appendentiis suis, et a predict. tabernagio et servitute ipsius.. idem d. Geraudus.. predict. Guilhelmum et suos heredes et success. et descendentes ex ipsis in perpetuum, et me notarium... quittavit, liberavit penitus perpetuo et absolvit, et libertatem, franchesiam et immunitatem predict. dom. Geraudus Adhem... predicto Guilhelmo Mansoni... dedit et concessit de dicto tabernagio et servitute dicti tabernagii et de aliquod aliud ratione... dicti tabernagii de vinis suis present. et futur. et vinearum suarum.., hominum sive mulierum ipsius dom. Geraudi vel successorum suorum.. quoquomodo venditis et vendendis.., non solvendo... ; faciens pactum reale et personale... in predict. libertatibus, franchesiis et immunitatibus.. predict. Guilhelmum et heredes et successores et descendentes ex ipsis in perpetuum... habere et tenere et manutenere, et.. non auferre nec impedire.., bona fide convenit et promisit et super sanctis Dei Evangeliis juravit.., et renuntiavit... Acta sunt apud Montilium, in hospicio antiquo predicti dom. Geraudi Adhemarii ; testes fuerunt presentes Reynaudus Manastoti de Turnone, bajulus Montilii, Hugo de Rossatii de Rupismaura, Reynaudus de Montealto de Alondo, domicellus, Guigo Bajuli, Audebertus Larocha et Simonus Chanaveri ; ego vero Henricus de Montilio, auctor. S. Rom. ecclesie ac S. imperii et dicti dom. Geraudi Adhem. domini Montilii notarius publ..., hanc cartam compilavi et... signum meum apposui et bulla dicti dom. Geraudi eam bullavi ad majorem firmitatem predictorum.

(*) L'*Invent.* de 1662 mentionne deux originaux de cette ch., l'un sous le n° 28 (f° 11 v°) était « scellé d'un cachet de plomb, ou est d'un costé led. Girard à cheual et de l'autre ces mots graués [S·] GIRARDI ADHEMARI

DNI MONTILII »; l'autre sous le n° 187 (f° 43) était « scelé au bout d'un cachet de plomb ou sont ces mots SIGILLVM GIRARDI DOMINI MONTILII ». Ils ont tous les deux disparu et nous sommes réduit à la copie du recueil B (n° 26), faite sur l'original comme le prouvent les lacunes du texte, mais dont l'exactitude n'est pas irréprochable ; à la fin, dessin de la bulle.

XL. *6 avril 1326.*

(Guigonis dalphini epistola Hugoni Adhemarii, condomino Montilii, pro recognitione)*.

Guigo, dalphinus Viennensis et Albonis comes dominusque de Turre, viro nobili et potenti dom° Hugoni Adhemarii, condomino Montilii, consanguineo nostro carissimo et fideli, salutem et dilectionem sinceram. Cum carissimo avunculo et fideli nostro dom° Henrico Dalphini, testamento carissimi domini et genitoris nostri domi dalphini bone memorie inherendo, baroniam Medulionis cum omnibus pertinenciis suis quibuscumque contulerimus, vos requirimus et vobis ut carius possimus rogando mandamus quatenus dicto dom° Henrico, avunculo nostro, homagia et recognitiones faciatis et recognoscatis, prout acthenus bone memorie karissimo avunculo nostro, domino Medulionis baronie predicte, fecistis et recognovistis : nam a fidelitatibus et homagiis quibus nobis astricti tenemini ratione dicte baronie, ipsis factis dicto avunculo nostro dom° Henrico, vos solvimus et quittamus per presentes. In cujus rei testimonium sigillum presentibus litteris duximus apponendum. Datum apud Bellumvidere, die via mensis aprilis, anno Domini M°CCC°XXVI°.

(*) Arch. de l'anc. Chambre des comptes de Dauph., à la Préfect. de l'Isère, Reg. *Ius Homagiorum Joannis Nicoleti* 1349, f° ij : «... Anno Nativ. Domi M°CCC°L°, die xa januar., indic. IIIa, Clementis VIi an. VIII°, illi principe d. Karolo primogenito primogeniti Francorum regis dalphino Viennensi.. et spectab. viro d. Hugone Adhemarii milite, domino Garde, dictus Hugo exhibuit et presentavit dicto d. Karolo dalphino.. publ. instrumentum.. cujus tenor : « In nome Domi, am. Anno Incarn. ejusd. Domi » M°CCC°XXVI° et die martis XXIIIIa d. mens. junii, illis vir dom. Henricus » Dalphini, Montis Albani et Medulionis dominus,.. legi et publicari fecit » quasd. patentes licteras in pergameno scriptas, sigillatas sigillo ad eas » (causas ?) pendenti illmi viri domi dalphini Viennensis, quarum tenor est » talis *ut supra*. » Suit l'hommage prêté à Henri, baron de Mévouillon, par Hugues Adhémar, qui reconnaît tenir de lui « in feudum francum, nobile et antiquum, medietatem partem inferiorem fortalicii et castri de Mollanis, Vasionen. diocesis,.. castrum Petre Longe, dicte diocesis... Actum Romanis, in reffectorio Fratrum Minorum... » L'exhibition de 1350 porte : Actum Gronopoli, in domo episcopali. — L'acte par lequel Hugues Adhémar était devenu seigneur de la moitié de Mollans est du 6 novemb.

1323; il se trouve aux mêmes arch., dans le reg. *Tituli*, f° VII^c IIII^xx j, et a été publié par Valbonnais (t. II, p. 110-1). — Voir encore la procuration donnée, le 30 septemb. 1330, par le même Hugues Adhémar, « dominus Montilii et Guarde, » à noble Lambert de Rac damoiseau, co-seigneur de Rac, à maître Jacques Garin notaire et à Raymond Jornier de Montboucher damoiseau « ad profitendum, declarandum, manifestandum et revelandum ill^mo d. delphino Viennen. seu ejus consilio... castra homagiaque et feuda ac fidelitates.. que tenere consuevit.. a d. delphino... Act. Montilii, in hospicio dom^i Johannis de Rupeforti, testibus... dd. Hugone de Bastida milite, domino dicti loci, Guilleltmo de Mirabello, domino de Portis... » (Reg. *Tituli*, f° VII^c IIII^xx v v°) et notre *Invent.* des archives des Dauphins en 1346, n°s 194 et 1307.

XLI. *23 mars 1327.*

Instrumentum concessionis licentie imponendi farnagium*.

In nomine Domini, amen. Noverint universi et singuli present. cartam publicam inspecturi, quod anno Incarnationis ejusdem Millo tricent° vicesimo sexto, scil. vicesima tercia die mensis marcii, Durantus de Crudatio, filius Bartholomei de Crudatio condam, et Gaufridus Arnaudi, rectores et custodes ville Montilii pro parte nobilis et potentis viri dom. Geraudi Adzemarii domini Montilii, accesserunt ad presentiam ejusdem dom^i Ger. et in ejus presentia constituti significaverunt et proposuerunt eidem dom. Geraudo Adzem. domino suo, tam nomine suo quam nomine universitatis hominum Montilii predicti dom. Geraudi et singularum personarum ejusdem, quod dicta universitas hominum suorum et omnes et singulares persone ejusdem super territoriis dicte ville Montilii et finibus ejusdem de vicinis suis pluribus plures injurias paciuntur, et quod menia et muri plubici *(sic)* ejusdem ville Montilii in aliquibus partibus ipsorum ruinam minantur et refectione et reparatione indigent, et etiam quod ipsa universitas plura habet facere et tractare negocia et prosequi et sibi cothidie yminent, propter quod supra expressata et alia iminentia necessarium est et esset frequenter congregari universitatem predict. et ordinationes facere per quas ipsa universitas habeat aliqua in comuni, de quibus et eorum fructibus, obventionibus, proventibus, accessionibus et gunsidis ipsa universitas expensas possit facere quocienscumque necessarium esset et necessitas eminerit, cum difficile et honerosum existat pro singulis negociis adire et recurrere ad ipsum dom. Ger. vel ad ejus successores et licentiam petere pro congreganda universitate predicta et tallias et questas facere seu gabellas; quare,

ut asserebant, videbatur expedire universitati predicte et ipsis Duranto et Gaufrido rectoribus et custodibus supradict., quod pro premissis et ex causa premissorum ab universitate hominum predicti dom. Geraudi et successorum suorum et personis ei subditis et subjectis ordinaretur, de voluntate et licentia ipsius dom. Geraudi, quod de quolibet sextario bladi quod moleretur in dicta villa Montilii et ejus territorio solveretur unus denarius in locis et prout predict. rectoribus et custodibus qui nunc sunt et aliis qui pro tempore fuerint videbitur faciendum et levandum, et quod non audiatur nec audiretur aliquis contradictor... Quod predictus dom. Ger(audus) per se et suos successores voluit et expresse concessit Duranto et Gaufrido custodibus et rectoribus supradict., stipulantibus sollempniter et recipientibus pro se et successoribus suis et nomine et vice predicte universitatis et hominum ejusdem ; volens etiam et expresse concedens et precipiens cum testimonio presentis instrumenti... officialibus suis presentibus et futuris, ut si qui essent contradictores et rebelles qui nollent solvere dict. denarium pro quolibet sextario bladi quod molerent seu moli vel moleri facerent, quod ipsi ad quos extimatio pertinet sive pertineret facienda ad simplicem requisitionem dict. Duranti et Gaufridi custodum et rectorum predict. sive successorum suorum possint et debeant, qualibet contradictione non obstante, ipsos compellere et compellant ad dict. denarium.. persolvendum... Et fuit actum expresse et per pactum quod pecunia que exacta et levata fuerit de dict. sextariis bladi debeat bene et fideliter custodiri et conservari et expendi in necessitatibus et causis supradict. et aliis dicte ville Montilii, prout predicti.. custodes et rectores... duxerint ordinandum : hoc salvo et expresse dicto et retento inter predict. dom. Geraudum Adzem. pro se et successoribus suis, et concesso et promisso per dict. Durantum et Gaufridum custodes et rectores pro se et successoribus suis.., quod pecunia que levabitur de dict. sextariis bladi non ponatur nec expendatur nec poni nec expendi debeat contra dict. dom. Geraudum nec ejus successores nec officiales nec familiares suos quoscumque, ymo si, quod absit et Dominus avertat per suam graciam, contingeret inter dict. dom. Geraudum vel ejus successores ex una parte et inter dict. universitatem... ex parte altera questiones, lites seu causas aliquas suscitari, quod de illa pecunia, quecumque sit et quantacumque esset et reputetur.. et collecta sit.. etiam pro comuni, in questionibus sive causis premissis contra dict. dom. Geraudum nec successores suos nec familiares seu officiales suos predicti.. custodes et rectores... possint, debeant nec teneantur aliquo tempore se juvare, etiam sub

contractu mutui nec aliquo alio quocumque modo quesito colore. Item fuit actum et per dict. dom. Giraudum Adzem... expresse et per pactum concessum predictis... custodibus et rectoribus.., nomine suo et aliorum custodum et rectorum dicte ville et universitatis.., quod dicta levatio dicti denarii pro quolibet sextario quod moliretur apud Montilium et in ejus tenemento duret et durare debeat tamdiu quamdiu dict. custodibus et rectoribus... vel majori parti dicte universitatis placuerit, et quod etiam cesset et cessare debeat quando dicta universitas vel major pars ipsius voluerit et indicerit cessationem predict. vel rectores presentes vel futuri.., ita tamen quod post cessationem predict. in futurum quandocumque et cocienscumque placeret sive placuerit predicte universitati.. vel majori parti.. vel custodibus et rectoribus dicte ville... videbitur sive videretur et placeret faciendum, fiat et fieri debeat levatio supradicta in modum supradict. et ipsa levatio duret et durare debeat tamdiu usque quo per dict. custodes seu rectores... esset revocata vel retractata. — Et suplicaverunt predicti Durantus et Gaufridus custodes et rectores predicti, nomine suo et universitatis predicte, predicto dom. Geraudo Adzem. ut ipsis.. et per ipsos eorum successoribus daret licentiam congregandi quandocumque et quocienscumque voluerint universitatem predict. ex causis predict. et pro predict. ordinationibus faciendis ; qui predict. dom. Geraudus Adzem., attenta suplicatione predicta et eam reputans fore justam et multis periculis et laboribus obviantem et rei publice dicte ville Montilii et universitati ejusdem fore utilem, deliberatione habita diligenti et concilio provido, per se et suos successores concessit omnia supradicta suplicata juxta formam predict... predictis.. custodibus et rectoribus, stipulantibus et recipientibus nomine suo et suorum successorum : salvo et retento, ut superius est expressum, quod pecunia que levabitur.. non possit poni nec expendi contra ipsum dom. Geraudum nec ejus successores nec familiares sive officiales quoscumque eorundem. Verum cum custodes et rectores hominum predict. dicte universitatis Montilii et ipsius.. singulares persone.. usque in presenti retroactis temporibus, prout fertur, consueverint facere devesia de rebus suis, ut pote de terris, vineis, pratis, pascuis, nemoribus, blachiis, ortis et aliis quibuscumque, idem dom. Geraudus Adzem. per se et suos successores voluit et concessit predict. Duranto et Gaufrido custodibus et rectoribus.., quod ipsi faciant et facere possint quandocumque et cocienscumque devesium et res et possessiones predictas in devesio habere perpetuo et tenere et deffendere a pastoribus et aliis quibuscumque prout eis videbitur

faciendum. Et fuerunt sollempniter protestati predicti Durantus et Gaufridus.., quod propter predicta.. non intendunt derogare libertatibus suis quibuscumque.., ymo quod salve et integre perpetuo remaneant in sua plenaria firmitate, quod predict. dom. Geraudus Adzem... voluit et concessit. Que omnia universa et singula predict. dom. Geraudus.. per se et suos successores perpetuo rata et firma habere et tenere et inviolabiliter observare et contra non facere... predict. custodibus et rectoribus... convenit et promisit et super sancta Dei Euvangelia a se corporaliter sponte tacta juravit, et renunciavit... omni errori juris et facti... et omni auxilio cujuslibet juris canonici et civilis.. ; et voluit et per pactum concessit... quod ego notarius infrascript. possim de predictis unum sive plura facere et reficere et dictare instrumenta... Acta sunt hec in castro d'Espelucha, Tricastrinen. dyocesis, in hospicio Petri de Vaesco ; testes fuerunt presentes predict. Petrus de Vaesco, Petrus Larocha et Falco de Turnone, domini dicti castri, Raymundus de Montealto de Alondo domicellus, Jacobus Blanchardi, Guido Escoferii et Poncius Coremhs de Montilio.

† Et ego Henricus de Montilio, auctoritate SS. Romane ecclesie ac S. imperii et predicti dom. Ger. Adzem. domini Montilii notarius publ., predict. omnibus presens interfui et hanc cartam publ. scripsi et signo meo signavi et bulla dicti dom. Ger. bullavi.

† Ego vero Poncius de Crudacio, actorit. imper. et nobilis viri dom. Geraudi Adem. dom[i] Montilii, notarius publ., predictis... presens fui et ea una cum dicto notario, de consensu dicti nob. d. Geraudi et ad requisitionem dict. custodum et rectorum et ad comodum ipsorum et dicte universitatis hominum suorum de Montilio, recepi in prothocollis meis et facta collatione decenti de contentis in pres. instrumento ad contenta in nota mea huic pres. instrumento manu propria me subscripsi et signavi.

(*) Original parch. de 74 lig., coté let. C (*Invent.* de 1662, f° 1 v°), sans trace de bulle ; au dos : (*Lictera*) *libertatum concessarum per dom. Ger*(*aldum*) *Adzem. hominibus suis de Montilio.* — Copie dans les recueils A, A² et B, où cette ch. est suivie d'une *Donatio* 20ª *cum confirmatione præcedentium facta per magnif. et potent. d. d. Hugonem Adhemarii, dominum pro indiviso urbis Montilii in Valdania*, en date du 8 décemb. 1326, « extr. des arch. de La Garde, d'un liv. cot. *Infeudationes*, f° R 43, in arm. Mont. » et non non moins fausse que les précéd. indiquées comme provenant de la même source. La suivante, *Donatio* 21ª *franchesiarum confirmata per magnif. Hugonetum Ademarii de Montilio, barone baroniæ Gardæ Adhemarii, de expresso mandato magnif. fratris sui Lamberti ex patre tantum, dominum Montilii et baronis de Chalma*, datée du 25 mars 1335 et extr. du même reg., f° 271, n'offre pas de meilleures garanties d'authenticité.

XLII. *11 janvier 1334.*

(Testamentum Hugonis Adhemarii, domini Montilii et Gardæ)*.

In Dei nomine, amen. Anno ab Incarnatione ejusdem millesimo trecentesimo trigesimo tertio, videl. die undecima mensis januarii, magnificus et potens vir dom. Hugonus Adhemarii, dominus Montilii et Gardæ bonæ memoriæ quondam, fecit suum testamentum ultimum nuncupativum licet in scriptis redactum seu suam ultimam voluntatem et dispositionem et ordinationem de se ipso et de omnibus bonis et rebus suis, et corpori suo elegit sepulturam in ecclesia abatiæ Aquæbellæ, diœcesis Tricastinensis, et pro anima sua et penitus suorum in dicto testamento accepit et voluit elargiri sex millia libras, talis monetæ quod xx^ti denarii valeant unum turonem argenti dom. regis Franciæ cum o. rotundo, bonæ legis et boni ponderis; in quo testamento plura legata fecit et inter certa legata fecit quædam legata ecclesiæ Sanctæ Crucis de Montilio Adhemarii, diœcesis Valentinen., per hunc modum : item ordinamus et volumus quod in ecclesia Sanctæ Crucis de Montilio Adhemarii fiat et constituatur una capellania, et pro illa facienda et constituenda de dict. sex millibus libris de quibus emantur centum solidi annuales vel annui redditus vel quantum heredi poterit, et ordinamus et volumus quod heres vel dominus Montilii illam cappellaniam consecrat perpetuo uni ex cappellanis dictæ ecclesiæ de quo sibi magis videbitur expedire et sui heredes et perpetuo successores, et rogamus et volumus quod ille cappellanus qui in dicta cappellania fu(er)it institutus pro anima nostra et penitus nostrorum dicta officia celebret atque dicat; item legamus de dict. sex millibus libris xv libras operi dictæ ecclesiæ parrochialis Sanctæ Crucis de Montilio, et C solid. pro libris emendis in dicta ecclesia semel tantum; item legamus et ordinamus unam diem anniversarii perpetuo faciendi in die obitus nostri in dicta ecclesia Sanctæ Crucis de Montilio annis singulis, et volumus quod illa die in dicta ecclesia omnes sacerdotes et clerici vocentur et quod coram majori altari dicta majori missa faciant processionem, et dentur cuilibet cappellano xii denarii et diaconibus vi denar., correriis iii den. et clericis ii den. solvendi de dict. sex millibus libris; item ordinamus, disponimus et volumus quod in ecclesia prædicta Sanctæ Crucis de Montilio fiat una cappellana ad honorem Omnipotentis Dei et beatæ Catherinæ, in qua cappellanus qui cappellaniam nostram tenu(er)it et in qua fu(er)it

institutus... pro anima nostra et penitus nostrorum debeat celebrare, et pro dicta cappella facienda et pro uno calice et quibusdam vestimentis sacerdotalibus emendis legamus de dict. sex millibus libris C et xx libras. Deinde in dicto testamento continetur quædam clausula quæ talis est ut ecce : item volumus et ordinamus quod omnia legata ad pias causas per nos facta per executores nostros... post obitum nostrum solvantur et omnia forescaria et clamores emendentur, et ordinamus et volumus quod dicti clamores et forescaria, si qui vel quæ apparuerint, simpliciter et de plano et absque quolibet strepitu judicii et figura emendantur et cedantur et satisfaciant, et pro predict. legatis... et foresciis et clamoribus emendandis et persolvendis quam primum si poterit post obitum nostrum legamus et dimittimus omnem vaycellam nostram argenteam et auream quam habemus de præsenti.., et volumus quod incontinenti post obitum nostrum executores nostri seu guadiatores vel duo ex ipsis... dict. vaycellam seu vasa nostra argenti et auri cum inventario accipiant et ad manum suam ponant pro solvendis legatis.. et pro emendandis et sedandis forescis et clamoribus nostris, et ultra prædict. vaycellam... si non sufficient ad prædicta... volumus et ordinamus quod dicti executores nostri vel duo ex ipsis... accipiant pedagium nostrum villæ Montilii per terram et aquam et omnia emolumenta ejusdem, et tamdiu illud pedagium teneant et percipiant in pace et sine contradictione cujuscq. donec omnia legata et foresca et clamores fuerint persoluti et p-ta, sedati et s-ta et integraliter emendati et e-ta. Et in dicto testamento suos heredes instituit per hanc formam : item Lambertum filium nostrum primogenitum instituimus nobis heredem, ipsum ore nostro proprio nominando, in fortalitio nostro et villa Montilii et in honoribus, mero et mixto imperio et jurisdictione omnimoda, pedagiis et aliis juribus et pertinentiis quibuscq. quæ habemus vel habere possumus seu debemus in villa prædicta et territoriis et districtu intus et extra, item in pluribus aliis locis et castris ut in dicto testamento latius continetur, et in omnibus aliis bonis, juribus sive rebus mobilibus et immobilibus seseque moventibus et in feudis et retrofeudis quæ habet et habere potest et debet in diœcesibus Valentinen., Diensi, Vapincen., Cistricensi quæcumque.. ; et eidem dom. Lamberto substituit.., si non haberet liberos masculos legitime procreatos, dom. Gaucherium de Montilio militem, filium suum, et ejus liberos masculos in omnibus bonis prædictis ; item Hugonetum filium nostrum, quem suscepimus ex prædicta Stephania uxore nostra, nobis heredem instituimus, ipsum ore nostro proprio nominando, in omnibus juribus

sive rebus quæ et quas habemus habereque possumus et debemus in diœcesibus Tricastinensi, Vaysionensi, videl. in castris, locis et villis infrascript., scil. in castro de Guarda Adhemarii et in hominibus degentibus in eodem, mero et mixto imperio et jurisdictione omnimoda et aliis juribus, pedagiis et pertinentiis suis quibuscq..., item et in pluribus aliis locis et castris ut in ipso testamento plenius continetur... ; et dicto Hugoneto substituit, si non haberet liberos masculos legitime procreatos, Amedeum filium suum et ejus liberos masculos in omn. bonis prædict. Item in dicto testamento dict. dom. Hugo fecit suos executores per hunc modum : executores seu guardiatores nostros seu præs. nostri testamenti facimus, disponimus et ordinamus rev^dos in Christo patres et dominos dom. Dragonetum miseratione divina episcopum Vapincens. et dom. Petrum Dei gratia episcopum Aurazicen. et dom. episcopum Tricastinen. qui nunc est vel pro tempore fuerit, et vener. in Chr. patrem dom. abbatem Aquæbellæ, et relig. virum guardianum Fratrum Minorum de Montilio Adhemarii, et nobilem et magnif. virum dom. Reymundum de Agouto militem, dominum Vallis Saltus, et nob. virum dom. Lambertum de Raco militem, condominum dicti loci de Raco, quibus omnibus vel duobus ex ipsis... damus plenam, amplam et liberam potestatem exequendi omnia per nos ad pias causas et pro salute animæ nostræ ordinata et legata, *etc*. Et in fine testamenti sequitur quæd. clausula quæ est talis : hac auctoritate testamentum nostrum nuncupativum his scriptis redactum seu hanc ultimam voluntatem nostram valere volumus... omni jure.. ; et si quod testamentum, codicillum vel aliam quamlibet ultimam voluntatem seu dispositionem.. fecimus, illum et illam et illud cassamus, irritamus et anullamus... Acta fuerunt hæc apud Campum Medium, diœcesis Tricastinen., in camera dicti dom. testatoris ; testes ad hæc interfuerunt vocati et rogati, scil. Reymundus Guilhelmi et Ripertus de Podio, jurisperiti, et nobilis vir dom. Lambertus de Raco miles et ven^lis vir d. Reymundus Jarente, canonicus Vivarien., et d. Pontius de Petralata presbiter et nob. domicelli Adhemarius Gontardi, Joannes Giraudi de Guarda et Giraudus Reynii, habitatores de Guarda Adhemarii, Franciscus Bompar de Roenaco et Reymundus de Raco, filius dom. Lamberti de Raco, et mag. Joannes Andreæ de Arauzia notarius. Ego Jacobus Guarini de Vivario, notar. publ. auctor. imper., ea omnia.. in protocollis meis recepi et ad requisitionem procuratoris prædictæ ecclesiæ Sanctæ Crucis supra scriptas clausulas extraxi...

(*) L'*Invent.* de 1662 mentionne sous le n° 156 (f° 37) ce testament ou

plutôt cet extrait *parte in qua*, sur lequel a été faite la copie très-défectueuse du recueil B (nº 29), que nous sommes réduit à publier, en la corrigeant parfois, faute de mieux.

XLIII. *8 juillet 1336.*

Recognicio domi Lamberti de Montilio domini*.

In nomine Domini, amen. Anno Incarnacionis ejusdem mill'o CCCºXXXVIº et die VIII julii, constitutus nobilis et potens vir dom. Lambertus Adzemarus, dominus Montilii Adzemarii, filius et heres universalis bone memorie domi Hug(onis) Adzemari condam, domini Montilii et Guarde, in presentia egregii et potentis viri domi Ay(mari) de Pict(avia), comitis Valentini et Diensis, dixit, confessus fuit et recognovit ex certa sciencia ipsi domº comiti presenti et recipienti se tenere et tenere debere et velle ab ipso domº comite in feudum francum et nobile, et predecessores suos a quibus causam habuit ab antiquo tenuisse a predecessoribus dicti domi comitis, videl. partem seu parariam quam (habet) in loco de Montilio Adzemari, cum fortalicio suo et medietatem castri de Savassia, et id quod habet in castro de Ancona et totum castrum de Monte Bocherio et illam partem seu parariam quam habet in castro de Sancto Gervasio cum fortalicio dicti castri, et totum castrum de Roynaco et id quod habet in Podio Sancti Martini in feudo, et proprietatem et feudum castri de Clivo on Andrans et feudum de Sauzas et feudum castri de Bastida Valentinen. dyocesis, cum eorum fortaliciis, territoriis et districtibus universis et cum omnimoda juridictione, mero et mixto imperio et aliis juribus suis quibuscumque; et pro predict. castris, locis, feudis et retrofeudis et aliis recognitis dict. nobilis dom. Lambertus fecit dicto dom. comiti, presenti et recipienti pro se et suis, homagium ligium çontra quascumque personas, et etiam de persona sua propria stando pedes, tenendo manus suas junctas inter manus ipsius domi comitis, osculo pacis interveniente, et sacramentum fidelitatis eidem prestitit atque fecit, cum omnibus suis capitulis in forma fidelitatis de jure et de consuetudine comprehensis; item recognovit et confessus fuit dict. dom. Lambertus ipsi domº comiti dicta castra et feuda et fortalicia reddibilia esse dicto domº comiti secundum formam et modum in antiquis et predict. recognicionibus contentam atque contentum, prout in instrumento inferius designato plenius continetur. Et fuit actum et conventum inter dict. dom. comitem et dom. Lambertum quod in et sub recognitione presenti sint et intelliguantur inesse

et expresse et adjuncte omnes condiciones, pacta et conventiones inter ipsos vel predecessores eorum facte seu in aliis recognicionibus esse reperirentur et quod pro incertis et expressatis et appositis, aucxis et adjunctis perpetue habeantur. Insuper dict. nobilis dom. Lambertus convenit sollempniter et promisit dict. dom. comitem juvare et sibi valenciam facere atque fieri de placito et de guerra contra omnes homines natos et nacituros, ad expensas tamen proprias ipsius dom[i] comitis supradicti; et versa vice prefatus dom. comes promisit atque juravit in manibus dicti dom. Lamberti, super sancta Dei Evangelia ab ipso gratis tacta, juvare ipsum dom. Lambertum et sibi valenciam facere de placito et de guerra contra omnes homines natos et nascituros, et cum toto posse suo et cum tota terra sua, ad expensas proprias ipsius dom[i] comitis. Et fuit actum et declaratione conventum quod, si contingeret dict. dom. Lambertum vel suos contra Hug(onem) Adzemarum fratrem suum vel suos guerram facere vel habere, vel econverso, quod absit, quod cum dict. dom. comes sit comunis dominus utriusque fratris, quod de placito vel de guerra unum contra alterum juvare non teneatur nec debeat, set tanquam de vassallis suis justiciam ministrando curare et facere cum effectu quod omnis guerra, dissencio et contencio quam inde naci contingeret totaliter sopiatur; item dict. dom. comes promisit et convenit dicto dom. Lamberto atendere, servare et complere omnia pacta, uniones, conventiones factas et facta et contenta in quodam instrumento publ. inde facto et signato per manum Guigonis Bruni, notarii publ., sub anno Domini mill'o CC°LXXXIII°, pridie kalendas octobris, continente infeudacionem et recognicionem feudorum omnium predict., cujus quidem recognicionis antique contente in dicto instrumento proxime designato conventiones etiam sint salve et repetite in recognicione presenti et prout in dicto instrumento plenius continetur. De quibus quidem ompnibus tam dict. dom. comes quam dict. dom. Lambertus pecierunt sibi fieri publ. instrumentum. — Acta sunt hec apud Castrum Novum Dalmassani, infra fortalicium dicti loci dicti dom[i] comitis, in camera sua, testibus nobilibus viris dom. Amedeo de Pict(avia), Gaucherio de Mercalio, Ay. de Carlinhano, domino Ruppis Fortis, Guig(one) domino Montaysonis, G. Fabri, domino de Russaco, Lantelmo de Austuduno, Hug(one) domino de Bastida Rollandi, militibus, dd. Olivario de Laya judice, Pon. Pencherii, procuratore dicti dom[i] comitis, Rostagno de Prato Comptali, Francisco Bomparus de Roynaco, Philibertus et magistro Bernardo de Figueria, notario publ. de Montilio...

(*) Arch. de la Préfecture de l'Isère, reg. *Secundus Homagiorum receptorum per Reymondom Bermundi*, f° j : « Primo homagium domi Lamberti Adhemarii, condomini Montillii Adhemarii, de parte sua dicti loci Montillii Adhemarii, Savassie, Anconne, de castro de Monte Bocherio, de Sancto Gervaysio, de Roynaco, Podii Sancti Martini, castri de Clivo, feudum de Sauzis, feudum castri de Bastida, Valentinen. et Dyensis. »

XLIV*. *20 juin 1337.*

(*) Original parch. disparu des arch. de la mairie, ainsi analysé dans l'*Invent.* de 1662 (f° 55) : « Plus auons trouué l'instrument en latin de l'art. 273 dud. Inre, contenant comme Giraud Adheimar, seigneur du Montelimar, vend à Mathieu et Guillaume de Lyon le droict du tauernage et les en affranchit pour le prix de 8 fl., acte receu par Guilhaume Perot nore le 20me juin 1337 et cotté aud. Inre par n° 247. » Le sceau en plomb existait encore, d'après une note de M. de Planta.

XLV. *6 octobre 1340.*

INSTRUMENTUM VENDICIONIS FACTE PER DOM. GIRAUDUM ADHEYMARII, DE TERTIA PARTE TRIUM PARTIUM MONTILLII ADHEYMARII, DOMINO NOSTRO PAPE*.

In nomine Domini, amen. Anno Nativitatis ejusdem mill° trecent° quadragesimo, indictione octava, die sexta mensis octobris, pontificatus sanctissimi patris domini nostri dom. Benedicti divina providente clementia papæ duodecimi anno sexto ; in præsentia... nobilis vir dom. Gerardus Adhemarii miles, dominus castri de Montilio in tribus partibus ejusdem castri, Valentinen. diœcesis, pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum, de licentia, voluntate et concensu revdi patris dom. Henrici, Valentin. et Diensis episcopi atque comitis, ibidem præsentis, a quo nomine dict. ecclesiarum Valentin. et Diensis dictæ tres partes tenentur et recognoscuntur, de quibus.. constat per publ. instrumentum.., vendidit et titulo puræ et perfectæ et in perpetuum valituræ venditionis tradidit, liberavit et concessit præfato domino nostro dom. Benedicto papæ XIImo ejusque successoribus Romanis pontificibus canonice intrantibus dumtaxat ac venbus patribus dd. Gasberto Arelatensi archiepiscopo, camerario, Joanni episcopo Avenionis et Jacobo de Broa, archidiacono Limacensi in ecclesia Bitterrensi, thesaurariis suis mihique notario.., stipulantibus et recipient. vice et nomine dicti dom. nostri papæ et successorum suorum dumtaxat, tertiam partem dict. trium partium quas

habet dict. dom. Girardus in dicto castro de Montilio ejusque territorio, districtu et mandamento ; quæ quidem tertia pars, ut dict. dom. Gerardus asseruit, est quarta pars totius dicti castri de Montilio, territorii, districtus et mandamenti ipsius, cum omni mero et mixto imperio ac omnimoda jurisdictione alta et bassa, et cum omnibus juribus quæ dict. dom. Gerardus habet et habere potest et debet in dicto castro ejusque terr^{rio}, dist^{tu} et mand^{to} ratione dictæ tertiæ partis, in pedagio terræ et aquæ et leuda, sestayralgio, hominibus, furnis, molendinis, censibus et in quibuscq. aliis emolumentis ad dominium et jurisdictionem spectantibus in dicto castro.., ita quod dom. noster papa et successores sui tantum ex præsenti venditione habeant tertiam partem dict. trium partium liberam et quitiam ab omni onere creditorum, aliis duabus partibus remanentibus dom. Gerardo venditori prædicto et suis heredibus et success. ; quam quidem tertiam partem venditam... dict. dom. Gerardus promisit et convenit per solemnem stipulationem facere valere in redditibus annuatim dicto dom^{o} nostro papæ et successoribus suis octingentos florenos auri de Florentia boni et recti ponderis, juxta communem et fidelem extimationem de ipsis faciendam arbitrio bonorum virorum a dict. dom^{o} nostro papa et Girardo communiter et equaliter eligendorum toties quoties opus erit, ita quod extimatio semel facta concorditer... perpetuam ex tunc obtineat roboris firmitatem ; quodque statim quam cito comode fieri poterit huj^{di} venditionis celebrato contractu, fiat divisio hominum, reddituum dictæ terciæ partis venditæ a dict. duabus partibus remanentibus nobili...: precio videl. viginti quatuor mille florenorum auri de Florentia boni et recti ponderis, solvendorum eidem dom. Gerardo pure, integre et libere statim facta æstimatione reddituum prædict. et divisione hominum ipsorum, traditione possessionis vel quasi et apprehensione dicto dom^{o} nostro et suis successoribus, ut præfertur, ac illi vel illis cui vel quibus dict. dominus noster duxerit committendum ; quod quidem pretium sive summam... dicti dd. camerarius et thesaurarii... promiserunt et convenerunt bona fide solvere realiter et tradere de pecunia dicti dom. nostri papæ et cameræ apostolicæ statim, omni difficultate sublata, facta extimatione et divisione et reali traditione et apprehensione vacuæ possessionis liberæ et expeditæ dictæ tertiæ partis venditæ et reddituum prædict..: dicto autem dom. Gerardo et suis remaneant aliæ duæ partes dict. trium partium una cum suis prædiis rusticis et urbanis, cultis et incultis quæ idem nobilis nunc tenet ad manum suam, quæ non comprehendantur nec veniant in venditione prædicta, illis dumtaxat

exceptis quæ pro summa dict. octingentorum floren. auri in redditibus annuatim... extimari continget. Fuit autem et incontinenti actum et expresse conventum inter partes prædict. quod si res extimandæ per dict. bonos viros pro dicta tertia parte vendita excedant in redditibus annuis summam dict. octingentorum floren. auri vel non attingant ad illam, quod tunc pro augmento vel diminutione unius floreni auri in redditibus solvantur vel detrahantur ultra vel infra pretium supradict. triginta floren. auri, et quod dicitur de floreno hoc intelligitur de denario, solido sive libra. Fuit etiam ibidem... actum expresse et deductum in pactum inter dict. partes.. solemni stipulatione vallatum, quod dict. dom. noster papa et successores sui eorumque futuris temporibus officiales in dicto castro de Montilio possint pro dicta tertia parte vendita facere et quocumque titulo acquirere fortalicia et quæ fecerint vel acquisiverint habere et tenere, nec non carceres et alia necessaria vel opportuna pro exercenda jurisdictione hominum dictæ tertiæ partis, et etiam possint recipere homagia tam a suis hominibus dictæ tertiæ partis quam ab alienigenis undecumque venientibus, exceptis hominibus duarum partium nobilis supradicti ; item, quod officiales dicti dom[i] nostri papæ et successorum suorum homines suos dicti castri et dict. nobilis homines suos dicti castri in criminalibus et civilibus habeant judicare, et quod ratione submissionis vel alia causa officiales dicti dom[i] papæ se nullatenus intromittant : punitio vero et custodia extraneorum in dicto castro ejusque mandamento delinquentium pertineat ad communem curiam dict. dominorum, pro rata cujuslibet partis ; item, quod in dicto castro non fiat devetum per gentes dicti dom[i] papæ de non extrahendo blado, vino vel rebus aliis absque consilio et accensu aliorum dominorum, nec econverso per officiales aliorum dominorum sine consilio et accensu officialium dom[i] nostri papæ ; item, quod inquisitiones pendentes inchoatæ per curiam dicti nobilis in quibus responsum vel inquisitum vel processum usque ad litis contestationem v. q., usque ad diem præs. venditionis, remaneant dicto nobili dum tamen infra annum judiciali sententia vel concordia terminentur, alias ex tunc in antea emolumentum ex inde proveniens ad dict. dominum de Montilio pro duabus partibus et dicto domino nostro pro tertia parte debeat pertinere ; item, quod officiales dicti dom[i] nostri papæ... possint tenere et ponere tot servientes pro custodia et executionibus faciendis quot voluerint et ipsis placebit, et illi tales servientes possint in duabus partibus dicto domino de Montilio remanentibus arma quæcumque portare libere et absque impedimento et alia exercere

quæ ad eorum officium pertinebunt quodque idem in servientibus dicti domini de Montilio observetur; item, quod quotiescumque continget officiales dicti dom[i] nostri papæ facere aliquam executionem criminalem de aliquo suo homine habitante in dicto castro, quod illum possint ducere sub voce præconia per dict. duas partes dicto domino de Montilio remanentes, et simili modo dict. dominus de Montilio quando casus occurret per dict. tertiam partem; item, quod officiales dicti dom[i] nostri papæ possint in territorio sive mandamento dicti castri de Montilio erigere furcas et alia ad jurisdictionem altam et bassam spectantia pro executionibus faciendis de hominibus suæ jurisdictioni subjectis; item, quod pro custodia banorum extrinsequorum debeant per officiales tam dom[i] nostri papæ quam domini de Montilio pro rata custodes sive banderios deputari et ab eis, ipsorum dominorum nomine, accipere juramentum; item, præconisationes omnes quæ fient in dicto loco de Montilio, in quantum respiciunt res communes dicti dom[i] papæ et dicti domini de Montilio, fiant sub nomine dict. dominorum, neminem proprio nomine nominando et per præconem communem: præconisationes vero aliæ quæ respicient singulos dominorum prædict. fiant sub ipsorum nomine et per præconem suum; item, quod officiales deputandi super falsis mensuris et ponderibus et aliis quæ publicam utilitatem respiciunt, debeant per officiales utriusque dominorum prædict. communiter deputari; item, quod custodia dicti loci de Montilio tam de die quam de nocte, quantum ad prædict. tres partes, communiter pertineat ad officiales et servientes dominorum prædict.; item, quod si aliqui alienigeni, præter de terra dicti domini nostri papæ vel dicti domini de Montilio, veniant ad habitandum in loco de Montilio, quod licitum sit eis eligere sub quo domino velint esse et quod uno electo alius dominus nisi in rebus communibus non possit supra tales sibi jus aliquod vendicare; item, quod si contingat aliquem vel aliquos de dicti dom[i] nostri papæ ratione... habere unum, duo, tres vel plures filios masculos et velint aliquem vel aliquos emancipare vel ipso patre vivente velint per se tenere domicilium aut post mortem patris velint dividere et habitare per se, quod tunc in quocumque loco essent in Montilio ipsi et eorum successores remaneant homines et sub jurisdictione dicti dom[i] nostri papæ, et econverso idem observandum existat de hominibus dicti domini de Montilio: item, quod quotiescumque per officiales dicti dom[i] nostri papæ contingat fieri aliquod arrestum de personis seu bonis aut rebus, quod ab arresto relaxare non possint nisi vocatis et consentientibus curialibus dicti domini de Montilio, et econverso

præsens capitulum in omnibus observetur per curiales dicti domini de Montilio; item, quod homines habitantes in Montilio qui non fecerunt homagium dicto dom. Gerardo ac regi et gubernari consueverunt per curiam dicti domini de Montilio, pro tertia parte regantur et gubernentur per curiam dicti dom[i] papæ et ad homagium recipiantur et dividantur pro supradict. partibus quando erit de ipsis divisio facienda; item, quod quotiescumque in dicto loco de Montilio ejusque territorio et mandamento fuerint mensuræ seu quæcumque vasa et res aliæ signandæ, quæ hactenus signo dicti domini de Montilio signari consueverunt, quod illa signentur signo domini nostri et signo domini de Montilio præd.; item, quod in quibuscumque locis territorii et mandamenti de Montilio, tamen jurisdictionis et dominii quod habet dict. dominus de Montilio et licet eidem venari vel piscari, nisi sint ipsius domini piscaria propria vel garenæ, liceat etiam gentibus et officialibus dicti dom[i] nostri papæ absque contradictione; item, quod uxor dicti dom. Gerardi, domini de Montilio, filius emancipatus et omnes alii ad quos huj[di] tertia pars vendita posset quomodolibet pertinere seu eis aliquod jus competere, huj[di] venditionem debeant ex certa scientia confiteri, approbare, ratifficare et confirmare ac etiam om. et sing. in hoc præs. instr[to] contenta, cum omnibus renuntiationibus, clausulis et cautelis ad hæc necessariis; item, quod officiales qui erunt pro tempore in dicto loco de Montilio pro dicto dom[o] nostro papa in principio sui regiminis teneantur jurare, custodire et servare fideliter om. et sing. cappitula supradicta, et si contrarium facerent quod... prædicto dom. Gerardo et successoribus suis ea confestim debeant revocare, et idem per omnia juretur et servetur per officiales de Montilio. Insuper dict. dom. Gerardus Adhemarii voluit et expresse consentiit quod dict. dom. noster papa vel alius seu alii quem vel quos ad hoc duxerit deputandum vel deputandos.., facta extimatione dict. reddituum... et divisione hominum dicti loci, authoritate propria dict. tertiam partem cum omni mero et mixto imperio et omnimoda jurisdictione alta et bassa ac omnibus juribus et pertinentiis supradict. et ejus possessionem possit apprehendere corporalem s. q. absque licentia seu requisitione, et donec... apprehenderit... constituit se.. possidere...; et pro evictione in solidam partem contingentem et pro omnibus univ. et sing. supradict. tenendis, complendis et inviolabiliter observandis obligavit, hypothecavit... se et suos et omnia bona sua... Verum si dicta tertia pars vendita plus valet vel sit in posterum valitura pretio supradicto, totum illud plus valens et magis valiturum dict. d. Gerar-

dus... dedit, cessit, finivit et desamparavit... ; fuitque.. confessus.. quod in præsenti venditione nullus dolus, nulla fraus seu deceptio justi pretii intervenit.., et renunciavit.. omni juris canonici et civilis auxilio... ; et ad majorem roboris firmitatem idem dom. Gerardus sponte et ex certa scientia juravit ad sancta Dei Evangelia.. omnia et singula præsente publ. instrumento contenta attendere, complere et observare... Acta fuerunt hæc Avenioni, in palatio apostolico ubi tenetur consistorium, anno, die, mense, indict., pontif. prædictis, præsentibus rev^dis^ patribus dd. Dei gratia Henrico Valentinen. et Diensis episcopo atque comite, Bonifacio episcopo Mutinensis Seven. et discretis viris dd. Joanne de Vilars, fratre dom. Henrici episcopi, Durando de Sancto Salvatore, canonico Valentin. et s. palatii auditore, Raymundo de Lauduno, domino de Montefalcone, Pontio Clari, Bertrando Paucerii, militibus legum doctoribus, Joanne Audeguerii, milite Avenionensi, Hugone Adhemarii, fratre dicti dom. Geraudi et archidiacono de Ruello in ecclesia Tullensi, Ludovico de Petragrossa archipresbytero, Petro de Serra Scuderio, canonico ecclesiæ Vivarien., Guilhermo de Bos, præposito Forojuliensi, Guilhermo de Pictavia, canonico Riviensi, curiæ dicti dom^i^ papæ clericis et notariis publ., Arnaudo Geppi de Florentia, fratre Petro de Romanis, priore de Ayguno, Pontio Marcelli, licentiato in legibus, Joanne Picardi jurisperito, Andrea Gaucelini, clerico Vivariensi, et Guilhermo Perroti, clerico dicti loci de Montilio et notario publ., testibus ad præmissa vocatis et rogatis. Et ego Petrus Stephani, clericus Narbonensis, publ. appostol. auctor. notarius, hoc præs. publ. instrumentum prout in protocolo d. Michaelis Recomani, cameræ dicti d. papæ clerici, publ. apost. auct. notarii,... in publ. formam redegi.

(*) Recueil B, nº 31, d'après un acte des arch. de Mont. (que l'*Invent.* de 1662 ne mentionne pas) extrait des actes existants dans les arch. de la chambre apostolique du comté Venayssin séante à Carpentras, le 18 mars 1623, sur la demande des consuls, communauté et hommes de Montélimar faite aux recteur du Comtat et procureur fiscal, qui y firent droit sous la clause « de non utendo præinserto venditionis extractu contra Suam Sanctitatem neque contra regem Franciæ » ; signé De Cabanis. Voir la ch. XLVI.

XLVI. *19 janvier 1341.*

(Instrumentum de eadem venditione ut supra)*.

In nomine Domini, amen. Anno a Nativitate ejusdem mill^o^ trecent^o^ quadrag^o^ primo, indictione nona, die decima nona mensis januarii,

pontifficatus SS[i] patris et domini dom. Benedicti divina providente clemencia pape XII[i] anno septimo ; noverint universi quod, cum nobilis vir dom. Geraldus Ademarii miles, dominus castri de Montilio Ademarii in tribus partibus *(fere ad verbum ut in ch. præced., p. 103, l. 6)... (l. 33)* successoribus, sub certis pactis, modis, conventionibus, promissionibus, renunciationibus et obligationibus contentis in quod. publ. instrumento recepto et confecto per me notarium infrascript. ; et inter cetera inter dict. dom. Geraldum venditorem ex parte una et dict. dd. camerarium et thesaurarios.. esset actum et conventum expresse quod dict. dom. Geraldus dict. terciam partem *(l. 35)*... ponderis ; *(l. 45)* quod *(l. 62)*... libra, prout hec et alia in dicto instr[to] venditionis plenius et seriosius continentur. Dict. dominus noster papa, volens de huj[di] rebus venditis earumque conditionibus et valoribus aliisque circumstantiis circa hec attendendis plenius ante quam ad perfectionem contractus procedatur ulterius informari, rev[do] in Xpisto patri dom. Petro Aurasicensi episcopo, comitatus Venayssini rectori, discretis viris dd. Petro Ricani, canonico Sancti Ruffi et priori prioratus de Untirica, Avinionen. diocesis, et Ludovico de Petragrossa, archipresbitero Vivariensi et procuratori fiscali dicti dom[i] nostri pape, de voluntate et concensu expresso predicti dom. Geraldi, comisit per suas litteras et mandavit quod ad dict. locum de Montilio personaliter se conferrent et res venditas huj[di] propriis subicientes aspectibus, de ipsarum et cujuslibet ipsarum conditionibus valoris, comodis et emolumentis sertis et insertis ac honeribus pro eis incunbentibus, nec non si, qualiter et per quem modum tercia pars predicta vendita quantum ad territorium, districtum et mandamentum, focos et homines tam infra quam extra castrum predict. dividi ab aliis partibus poterit, et demum de omn. et sing. circumstanciis super predict. attendendis solertem et fidelem informationem reciperent clare, particulariter et distincte illamque in scripturam redactam publ. dicto dom[o] nostro deberent remittere vel reffere, ut per ipsam relationem de premissis omn. et ea quomodolibet tangentibus dict. dominus noster plenarie informatus videre et cognoscere posset an sibi et suis successoribus utile esset et expediens quod huj[di] contractus sortiretur effectum. Facta igitur per dict. dd. episcopum, priorem et Ludovicum super predictis in dicto loco de Montilio, ut dixerunt, inquisitione sive informatione solerti juxta supradict. mandatum apostolicum eisdem factum eaque per notarium publ. redacta in scriptis, demum de ipsius dom[i] nostri pape mandato, ut dixerunt, in presencia mei notarii et testium infrascript., presente

eciam ibidem dicto dom. Geraldo Ademarii, iidem dd. episcopus, prior et Ludovicus dixerunt palam et publice quod ipsi per inquisitionem diligentem et solertem quam fecerant, invenerunt quod omnes redditus, exitus, proventus et emolumenta que dict. dom. Geraldus perceperat, percipiebat et percipere poterat in dicto loco de Montilio ejusque territorio, districtu et mandamento ratione dict. trium partium... in pedagio terre et aque ascendendo et descendendo, in emolumentis bancarum ubi panis venditur, bancharum macellariorum, bancarum ubi venduntur sotulares, mensuris bladi, sestayrolgio, bernagio, censibus in pecunia, censibus in blado et tasquis, vino et partibus vinearum, trezenis et laudimiis, bannis, polveragiis, furno, molendinis, esmasutis et redditibus carnum et linguorum porcorum recencium et salsorum, incantus bedalagii, clamorum, contractuum, sportularum, bulle, sigilli, penis mandatorum, condempnationum et compositionum ac in omnibus aliis que ad dict. dom. Geraldum in dicto castro de Montilio... poterant quomodolibet pertinere, omnibus deductis expensis, ad duo milia ducentos octuaginta floren. auri de Florencia assendebant in redditibus annuatim ; predictaque per eos relata et que per inquisitionem eandem invenerant in presencia dict. dd. camerarii, thesaurariorum et Geraldi Adem... dixerunt esse vera et ita constare per inquisitionem predict., quorum omnium reddituum proveniencium et emolumentorum... tercia pars ad septingentos sexaginta floren. auri in redditibus annuatim assendit; retulerunt eciam quod in dict. tribus partibus, quas in dicto loco dict. dom. Geraldus habebat, erant homines sui litgii sine focis nonginti octo, item quinque homines comunes per medium inter ipsum dom. Geraldum et dom. Lambertum de Montilio, qui habet quartam partem in castro predicto; item, quod erant in dicto castro centum octuaginta tres homines sine focis, qui non subsunt ratione juramenti fidelitatis sive homagii alicui de dominis supradict. : qua quidem relatione per supradict. dd. camerarium et thesaurarios nec non et per preffat. dom. Geraldum Adem. diligenter audita et intelecta, idem dom. Geraldus reputans dict. relationem factam particulariter et distincte... in omnibus et per omnia esse veram et veraciter et diligenter factam ipsamque... approbans et confirmans, sertifficatus ad plenum de omnibus supradict., non deceptus... nec.. circumventus, gratis et ex certa sciencia, titulo pure et perfecte venditionis imperpetuum valiture, sub eisdem pactis, modis, formis, conditionibus, promissionibus, obligationibus et renunciationibus contentis in alio instrumento de quo supra fit mencio, ad quod et contenta in eo se reffert, non inten-

dens predicto contractui... derogare set ipsum expresse.. confirmare, vendidit, tradidit et concessit dicto dom° nostro summo pontiffici ejusque successoribus canonice intrantibus ac preffatis dd. camerario, thesaurariis et michi notario... dumtaxat terciam partem dict. trium parcium quas habebat in dicto castro de Montilio ejusque territorio, districtu et mandamento.., cum omni mero et mixto imperio et omnimoda juridictione alta et bassa et cum omnibus juribus que... habere poterat et debebat... racione dicte tercie partis vendite in pedagio terre et aque, leuda, sestayralgio, hominibus, furnis, molendinis et aliis emolumentis superius expressatis et aliis quibuscq. emolumentis ad dominium et juridictionem spectantibus quoquomodo.. ; quam quidem terciam partem venditam dict. dom. Geraldus promisit dicto domino nostro ac preffatis dd. camerario et thesaurario... dimitere liberam et quitiam ab omni honere creditorum, aliis duabus partibus remanentibus dicto dom. Geraldo venditori et suis heredibus et successoribus ; que quidem tercia pars vendita, juxta inquisitionem et informationem predict. et juxta extimationem bonorum virorum... comuniter electorum, valet in redditibus annuatim, omnibus deductis expensis, septingentos sexaginta florenos auri de Florencia boni et recti ponderis, pro precio videl. viginti duorum milium octingentorum floren. auri de Florencia boni et recti ponderis, solvendorum eidem dom. Geraldo statim facta reali traditione et apprehentione pocessionis v. q. dicte tercie partis vendite, cum juribus, redditibus, proventibus et emolumentis superius nominatis, et facta ratiffīcatione venditionis predicte per nobilem dom. Alaydem uxorem dicti d. Geraldi et Giraudonum filium emancipatum dicti d. Geraldi et Matildam ejus uxorem et alios quibus in dicta tercia parte vendita jus competet vel posset competere quoquomodo : quod quidem precium *(ut l. 50)* reddituum proveniencium et emolimentorum predict. et facta ratifficatione predicta ; dicto autem *(l. 51)*... remanentibus... Et ibidem dict. dom. Geraldus Adem. de dicta tercia parte... cum omnibus suis juribus, redditibus, proventibus et emolumentis et de omni jure... se devestivit penitus et in totum, ac de ipsa... per cirothecam unam dict. dd. camerarium, thesaurarios et me notarium... investivit, voluitque et expresse concessit quod dict. dominus noster vel ille vel illi cui vel quibus.. comisserit ex nunc per se ipsos autoritate propria possint dicte tercie partis vendite pocessionem v. q. apprehendere et alia facere et exercere que ad dominium et juridictionem... possint quomodolibet pertinere. Insuper cum dict. dom. Geraldus, ad hoc ut facilius et liberius possit fieri divissio hominum suorum ratione

trium parcium predict.., qui erant sui homines ligii, ab hominibus dicte tercie partis vendite, omnes homines prelibatos numero ut preffertur nongenti octo homines, ipsos diviserit in tres partes, conscribendo in tribus rotulis nomina hominum pro qualibet trium parcium predict. dedissetque potestatem et licenciam, ut ipse dom. Geraldus asseruit, quod dict. dom. noster papa aut preffati dd. camerarius et thesaurarii pro dicta tercia parte vendita possent eligere homines in quolibet dict. rotulorum nominatos, videl. unum ex dict. rotulis quem vellent et homines nominatos in eo, dicti dd. camerarius et thesaurarii.., deliberatione habita inter se et cum dd. rectore et priore ac Ludovico, elegerunt... homines contentos in rotulo in quo scripti sunt et nominati trescenti duo homines, videl. ducenti nonaginta octo Xpistiani et quatuor Judei, et in quo primo scriptus est Memorius Castri Novi et in fine.. nominatus est Senhoronus de Vengres : illos autem homines contentos in rotulo supradicto pro hominibus dicti dom[i] nostri pape et successorum suorum perpetuo elegerunt; qua electione sic facta.., dict. dom. Geraldus gratam habens.. et acceptam, ibidem.. pro se et suis imperpetuum dict. homines... ab omni homagio et juramento fidelitatis quo sibi ratione dict. trium parcium... erant astricti liberavit penitus et quitavit, eisque et eorum cuilibet potestatem dedit et licenciam faciendi homagium et prestandi fidelitatis juramentum dicto dom[o] nostro pape et successoribus suis tamquam eorum dominis et eis subjectis.., jure semper salvo et remanente dicto dom[o] nostro et suis successoribus in tercia parte medietatis dict. hominum qui pro indiviso sunt medio per medium inter dict. dom. Geraldum et Lambertum de Guarda, dominum pro quarta parte castri de Montilio, nec non et in aliis hominibus et rebus comunibus de quibus in presenti instrumento cavetur expresse; item promisit dict. dom. Geraldus... dict. dd. camerario et thesaurariis... litem, controversiam aut questionem de dicta tercia parte vendita aut aliquo ejus jure nullo tempore infferre nec infferenti concentire, sed ipsam terciam partem... tam in proprietate quam in pocessione ab omni persona et universitate legitime deffendere, auctorezare et expedire, vacuam et liberam pocessionem de predictis tradare et ipsos emptores in pocessionem facere possiores.., et propterea ypothecavit et obligavit specialiter et expresse duas partes dicto dom. Geraldo in loco de Montilio remanentes.., submisit se.., plus valens.. dedit.., renunciavit... et voluit... Acta fuerunt hec Avinioni, in aulla superiori nova ubi tunc tenebatur consistorium, anno, die, mense, indict. et pontifficatu predict., presentibus rev[do] patre dom. Petro, Aurasi-

censi episcopo et comitatus Venayssini rectore, nobilibus viris dd. Raymundo de Lauduno milite, domino Montisfalconis, Avinionen. diocesis, Bertrando Planterii milite, legum doctore; et discretis viris dd. Hugone Ademarii, archidiacono de Rivello in ecclesia Tullensi, Ludovico de Petra Grossa, archipresbitero Vivariensi et procuratore fiscali domi pape, Petro Ricani, priore prioratus de Buturrica, Avinionen. diocesis, Guillelmo de Bes, preposito Forojulensi, Guillelmo de Peterlia, canonico Rivensi, clericis camere domi pape, Arñaudo Jeppi de Florencia, Duranto Mercatoris, rectore ecclesie de Monteclatone, Caturcen. diocesis, et dom. Michaelle Recomanni, preposito Valentino, clerico et notario publ. camere domi pape, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis; et magistro Guillelmo Perroti condam de Montilio, actor. imper. notario publ., qui de predictis notam recepit requisitus per dict. condam bone memorie dom. Giraudum Adeym., dominum Montilii, et qui morte preventus..; ego vero Esmido Saramandi, clericus de Montilio, actor. imper. notar. publ., subrogatus in notis et prothocollis dicti magistri, extraxi et scribi feci per Guillelmum de Marssana not. publ. fidelem et juratum substitutum meum, requisitus per virum nob. et pot. Giraudum Adeym., dominum Montilii, filium viri nob. et pot. dom. Giraudi Adeym. domini de Greynhano, cujus interest.

(*) Original parch. à la Biblioth. impér., ms. lat. 9239, nº 25; au dos : *De facto homagii domini Montilii domº episcopo Valentinen.*

XLVII. *8 octobre 1340.*

Confirmacio libertatum hominum Montilii Adhemarii facta per dom. Lambertum Adh. condam dominum dicti loci*.

In nomine Domini, amen. Anno Incarnationis ejusdem millesimo tricentesimo quadragesimo, videl. die octava mensis octobris, vir nobilis et potens dom. Lambertus Adem(arii), dominus Montilii, Valentin. diocesis, hac die presenti vocatis suis hominibus de Montilio et coram eo existentibus, videl. Rostagno de Pratocomitali, Poncio de Pratocomitali, Francisco Bonpar, Johanne Pareti, Guillelmo de Crudacio, Duranto de Crudacio fratre suo, Petro Motanelli, Petro Corneti, Mounerio, Duranto Bornoni, Bertholomeo Ruphi, Hugone Corneti, Guillelmo de Auruolo, Michaele Burriani, Petro Melli, R(aymu)ndo

Chapucii, Guigone de Serro, Guillelmo de Meyssano, Duranto Chapucii, Ulerio, Jacobo Bessonis, Hugone Palhisse, Andrea la Rossa, Johanne Reynaudi, Poncio Gorde, Martino Mandaros, Perroto de Salis, Johanne Pelliparii, Hugone Agni, Nicoleto de Scloza, filio Nicholeti de Scloza, Guilielmo Nicol, Petro Andree, Guillelmo Boyssoni, Andrea Augerii, Tibaudo Bergondionis, magistro Petro daus Eyssars, Henrico lo Sartre, Poncio Veolhi, Johanne Bolanha, Johanne Pelati, Guillelmo Pupeti, Guillelmo Chani, Johanne Moterii, Duranto Chapucii, Johanne Benayas, Johanne Benedicti, Poncio Avalos, Guillelmo Raynaudi, Hugone Pichoni, Petro Benedicti, Petro de Mes, Guillelmo Gruestra, Jacobo Metensi, Johanne Aussuperii, Berthono Ambulatoris, R(aymu)ndo Pelliparii, Poncio Herodis, Andrea Lacosta, Johanne Ceminho, Johanne Laplassa, Hugone Lacosta, Petro Rueza, Petro Botelha, Hugone Ruphi, Juliano de Torno, Johanne Picardi, Johanne Arnaudi, Nicholao de Corp, Duranto Balerat, Petro de Fonte Bona, Jacobo Grassa, Lamberto Bergundionis, Johanne Malauris, Petro Porreti, Bertholomeo Maurelli, Benedicto Richardi, Stephano de Malves, Vitali de Sala Viridi, Johanne Escoferii, Guillelmo Andree, Petro Bernardi, Petro Monaudi, Guillelmo filio Guillelmi Autru, Aymarono Chambonis, Stephano Garengalis, Duranto Lamolieyra, Petro Ancelmi, Stephano Brocherii, Guillelmo Ruphi, Gileto de Plano, Johanne Audefre, filio dicti Johannis, Giraudo Chays, Guillelmo Guiberta, Petro Gonteut, Bertholomeo Gili, Toma de Sancto Boneto, Guillelmo Saramandi, Jauserando Benayas, Bernardo Agni, Stephano Guigonis, Petro Radulphi, Petro Grassa, Thoma Pelliparii, Guillelmo Sextoris, Nicholao de Prato, Bertrando Pelliparii, Petro Jauserandi, Armando Lynendi, Matheo de Lugduno, Andrea et Giraudo Franceycha fratribus, Bonthozio Hospitis, Andrea Pufaudi, Aymarono Bornoni, Johanne Reynaudi, Bertholomeo Florencii, Poncio Aragonis, Petro Herodis, Guillelmo Bornoni, Stephano Francescha, Perroto Monaudi, Guillelmo Autru, Hugone Ruphi, Armando Pelati, Poncio Petri, filio Petri Thome, Petro Alamandi, Andrea Arnaudi, Bertrando Hugonis, Petro Herodis, Michaele Coyroni, Guillelmo Barnaudi, Giraudo Burriani, Jacobo Galvanhi, Johanne Natalis, Johanne ejus filio, Johanne Ayglini, Johanne Bonoudi, Johanne Michaelis, Johanne de Villa Francha, Hugone Garcini, Johanne Jauserandi, Poncio Ymberti, Matheo Sazi, Petro Penchinerii, Guillelmo Reynaudi, Bertrando Rovini, Andrea Fabri, Mondono Raynerii, Stephano Bocini, Petro Arnao, Petro Sextoris, Stephano Thome, Peyroto Thome, Johanne Thome, Poncio Arnaudi, Guillelmo Audefre, Hugone de Lagarda,

Giraudo de Salhens, Petro de Ulmo, Guillelmo Guillelmi, Martino Bergudionis, Johanne Chalneti, Petro Chapaci, Petro Berolli, Guillelmo Berolli, Johanne Bonerii, Guillelmo de Ulmo, Martino de Ulmo, Stephano Balbi, Rostagno Francescha, Stephano Baduelli, Johanne Garengalis, Poncio Massoti, Jacobo Herodis, Stephano Roylini, Petro Chalanconis, Mondono Polhini, Martino Ambulatoris, Poncio Gontardi, Martino Gorda, Guillelmo Ruphi, Jacobo Bicardi, Johanne Chapusii, Duranto Guigonis, Arnaudo Grasse, Johanne Garengalis, Giraudo Grossi, Bertholomeo Florencii, R(aymu)ndo Grescia, Rostagno Barba, Guillelmo Bornoni, Johanne Moterii, Anthonio Jauleti, Hugone de Longaserra, Johanne Aussuperii, Philipo Restoris, Valoreto Dun, Guillelmo Maurini, Guillelmo de Crudacio, Eymoneto Boni Amici, Bertholomeo Albici, Arnaudo Bacis, Michaele Milonis, Johanne Bocherii, Johanne Collani, Guillelmo Barbe, Michaele Barbe, Stephano Chapuzii de Sancto Girvasio, Alamando de Laya, Petro Bona Vianda, Guillelmo Crozeti, Johanne Sextoris, Johanne Thibaudi, Poncio Lagleyza, Petro Laschabanas, Petro Reynaudi, Lhautoardo de Mercoyrol, Bertrando Juliani, Guillelmo Chalholi de Roynaco, Poncio de Laras, R(aymun)do Bocherii, Johanne Berollo, Martino de Ulmo, Petro Berolli, Guillelmo Collaherii, Mondono de Crunas, Duranto Guigonis, Petro Umec. Egregius et potens vir dom. Lambertus preffatus requisivit dict. homines suos instanter, quod eidem dom. Lamberto dicti homines et eorum quilibet faciant homagium et prestent fidelitatis sacramentum; et dicti homines, concideranies et attendentes se fore liberatos ab omni homagio et fidelitatis juramento faciendo sive prestando eidem dom. Lamberto, francheziarum virtute olim per predecessores dicti dom. Lamberti datarum et concessarum hominibus antedict., nichilominus tamen.. volentes requisitioni dicti dom. Lamberti facere et ejus voluntati benivole complacere, protestato primitus et expresse retento quod per aliqua que dicant seu faciant non intendunt.. libertatibus, francheziis, inmunitatibus et privilegiis olim datis et concessis ipsis hominibus per predecessores dicti dom. Lamberti, condam dominos Montilii, in aliquo tacite vel expresse renunciare, sed sibi predict. francheziis, libert., inmunit. et privilegiis in singulis capitulis ipsarum salvis sibi remanentibus et illezis. confessi fuerunt et publice recognoverunt dicti homines et eorum quilibet dicto dom. Lamberto presenti, stipulanti sollempniter et recipienti pro se et suis successoribus, se esse et esse velle et debere homines ligii ejusdem dom. Lamberti et fuisse predecessorum suorum in loco de Montilio de personis eorum et cujuslibet eorum tantum;

et ulterius predicti homines per se et suos successores et eorum quilibet juraverunt in manibus dicti dom. Lamberti ad sancta Dei Euvangelia corporaliter manu tacta esse boni et fideles dicto dom. Lamberto et suis successoribus sub omnibus capitulis in sacramento fidelitatis comprehensis et contentis. Et dict. dom. Lambertus, attendens et conciderans dilectionem et verum amorem quem et quam predicti homines gerunt erga ipsum et quem et quam dict. dom. Lambertus habet effectualiter et cordialiter erga homines suos antedict., gratis et ex sua certa sciencia et voluntate sponthanea premeditatusque pluries et previsus, ut dicebat, certifficatus ad plenum de omnibus et singulis libertatibus, francheziis, immunitatibus et privilegiis olim datis et concessis per predecessores dicti dom. Lamberti, condam dominos Montilii, idem dom. Lambertus... liberali animo et grata mente predict. franchezias, libertates, immunitates et privilegia predict. hominibus suis... laudavit, emologavit, ratifficavit et eciam confirmavit et eas ratifficando et confirmando... de novo dedit et concessit... prout melius, sanius, uberius et utilius dici, dictari, intelligi et interpretari poterit ... ; quibus libertatibus, *etc.* predict. dom. Lambertus.. voluit et concessit.. dict. homines suos Montilii... gaudere et inviolabiliter uti decetero et perpetuo cum omnibus capitulis et condicionibus comprehensis in instrumentis.., volens eciam et concedens... quod in et sub confirmacione presenti sint et intelligantur adesse et expresse ac eciam adjuncte omnes et singule franchezie, *etc*... olim per predecessores suos dict. hominibus date et concesse... Et insuper... voluit et expresse concensiit et in libertatem et francheziam dedit hominibus suis... quod omnes officiales sui regentes juridictionem et curiam Montilii dicti dom. Lamberti presentes et qui pro tempore futuro fuerint jurent et jurare debeant et teneantur ad requisicionem sapientum virorum Rostagni de Pratocomitali et Guillelmi de Crudacio rectorum et consulum ville Montilii pro parte dicti dom. Lamberti necnon et post ipsorum mortem ad requisicionem successorum.. eorumdem... predict. franchezias.., immunitates, libertates et privilegia servare, custodire et attendere inviolabiliter ; et confestim predict. dom. Lambertus fecit et precepit jurare in manibus suis ad sancta Dei Euvangelia nobilem Durantum Audoardi bajulum suum Montilii et me Petrum Hugueti notarium suum, regentes curiam et juridictionem Montilii ejusdem dom. Lamberti, quod dict. franchezias, *etc.* inviolabiliter... custodiamus et observemus. Predict. autem franchezias, *etc.* olim per predecessores dicti dom. Lamberti condam dominos Montilii datas et concessas.., predict. dom. Lambertus...

complere et inviolabiliter observare et nunquam contra facere vel venire.. nec contra venire volenti opem vel auxilium prestare, sed totis suis viribus obviare per sollempnem bona fide stipulacionem convenit et promisit ; et renunciavit.. omni errori juris sive facti, *etc.* ; et de predictis... pecierunt sibi fieri public. instrumentum... Acta fuerunt hec Montilii, in fortalicio dicti dom. Lamberti, testibus presentibus Raymundo Fornerii, domicello de Monte Bocherio, Lamberto Armandi dicti loci, Johanne Maleti, Arnaudo Bac. et Petro Hugueti, notario condam de Montilio, qui de predictis notam recepit sed morte preventus illam in mundum redigere nequivit ; ego vero Petrus Guiberti, notarius publ. imper. actorit. et dalph. costitutus, de notis et cartulariis dicti condam P. Hugueti michi comissis per virum egregium dom. Gaucherium Adhemarii, dominum Montilii, hoc instrumentum scribi et extrahi feci per fidelem substitutum meum et juratum actoritate michi concessa, et facta diligenti collacione hic me subscripsi... P ┼ G

Tenor vero instrumenti continentis franchesias, libert., immunit. et privilegia olim datas et concessas per predecessores dicti domini hominibus suis.. sequitur et est talis : « In nom^e^ *(supra, ch. XXVIII, p. 61-7)*... firmitatem. » Ita est. Petrus Guiberti. P ┼ G

(*) Original parch. composé de 2 peaux, coté nº **42** (*Invent.* de 1662, fº 14 vº). — Copie dans le *Cartul.*, f°s 50-6. — Autre abrégée dans les recueils A. A² et B (nº 32) : *Donatio 22ª facta per magnif. et pot. dom. Lambertum Adhemarii de Garda, dominum Montilii.* « Extr. des arch. de Grignan, d'un liv. cot. *Privilegia*, fº 108 et in arm. Mont. »

XLVIII. *28 février 1341.*

(PERMUTATIO INTER DOMINOS MONTILII ET GRAYNHANI)*.

ANNO Domini millesimo tricentesimo quadragesimo primo, scil. die ultima mensis febroarii, existente domino civitatis Avinionensis illustriss. principe dom. Rotberto, Dei (gracia) Jherusalem et Cicilie rege ac comitatuum Provincie et Folqualquerii domino, noverint universi quod, cum olim inter viros spectabiles Giraudum Adhemarii, dominum Montilii Adhemarii, Valentin. dyocesis, ex parte una, et Giraudum Adhemarii, dominum Graynhani, Dyensis dyocesis, ex parte altera, de facienda permutatione invicem concordissent, ad ipsum idem processerunt effectualiter in hunc modum, quod dominus Graynhani illam pareriam quam habebat in castro de Alondo, Tricastrinen. dyocesis, cum

juridictione alta et bassa, hominibus et vassallis et aliis juribus quibuscunque, transtulit in dict. dominum de Montilio, et vice versa dict. dominus de Montilio ex causa permutationis dicto domino Graynhani concessit et dedit jus percipiendi annis singulis in pedatgio de Montilio centum libras Viennenses annis singulis inperpetuum, scil. quadraginta libras Viennen. in festo Omnium Sanctorum et sexaginta in festo Pascatis; hoc acto inter eos quod dominus Graynhani et sui deberent percipere in dicto pedagio tam terre quam aque per manus pedagiarii constituti ad percipiendum et levandum pedagium supradict., et quod pedatgiarius teneretur jurare ad requisicionem domini Graynhani et suorum in manibus dominorum predict., et quod dominus Montilii teneretur facere juramentum prestari per dict. pedatgiarium constitutum vel constituendum aut constituendos inposterum de solvendo dict. centum libras domino Graynhani et suis; acto etiam et convento quod dominus Montilii promisit se facturum et curaturum quod ille pedatgiarius solveret dicto domino Graynhani dict. C. libras et alteri cuicq. ejus nomine recipienti, et si hoc non fieret promisit solvere dict. C. libras in pace et sine litigio, faciens pactum de non petendo libellum nec aliquam dilationem vel exeptionem petere aut opponere, sed quod posset conveniri in quacq. curia, nulla fori exeptione proposita vel alia quacq., et ressarcire omne dampnum, interesse et expensas et de ipsorum quantitate credere simplici verbo suo et successorum suorum, alia probatione qualibet non petita; acto vero quod predicte C. libre deberent tenere in feudum a domino Montilii et in certa forma recognitionem facere : generaliter fuit actum quod teneretur servare, attendere et conplere permutationem predict. et jurare dict. dominus Graynhani, et hoc idem teneretur semper dominus Montilii, cum facta esset recognitio antedicta. Et predicta omnia et sing. et subsequencia promiserunt invicem observare sub obligacione omnium bonorum suorum et sub pena C. marcharum argenti boni et fini.., et alias dicta permutatio fuit sollempnisata et jurata sollempnitatibus debitis et cauthelis, et fidejussores inde dati hinc inde, prout hec omnia continentur ad plenum in quodam publ. instrumento ex inde confecto sub anno Domini M°CC°XC°II°, scil. XIII° kalendas augusti, quod incipit in 3ª linea « inperpetuum » et in 6ª « fidelitat. », factum et scriptum manu Henrici de Montilio, et bullatum bullis nobilium predict. plumbeis cum filo serico et annexis instrumento predicto. Postque nobilis vir Giraudus Adhemarii de Montilio, dominus Graynhani et de Alpibus, et nobilis Blonda ejus uxor, domina de Alpibus, et Giraudus eorum filius recognoverunt

nobili viro dom. Giraudo Adhemarii, domino Montilii Adhemarii, se tenere in feudum francum castra, mansos et loca, feuda et alia multa subsequencia, quibus feudis enumeratis, recognicione facta et homagio prestito et recepto, et promisso quod esset bonus dominus eisdem, dict. dominus Montilii pro recognitione predicta et ex causa predictorum dict. conjugibus et eorum filio dedit in feudum francum et honoratum LX^a libras in dicto pedatgio, attestando quod ab antiquo percipiebat dominus Graynhani xx^ti libras et C. ex causa permutacionis predicte, et illis sex viginti ad invicem LX^a et econverso et omnibus computatis que dicti conjuges et eorum filius antea percipiebant in pedatgio Montilii, concessit et donavit quod decetero percipient IX. xx^ti libras et specialiter fuerunt subjuncte et comprehense dicte C. libre ex causa permutationis predicte et xx. quas percipiebat ab antiquo; acto etiam quod IX. xx^ti libre deberent solvi IIII. xx^ti in festo Pascatis et in festo Omnium Sanctorum C : prout de predict. omnibus constat instrumento publ. inde facto manu Bernardi de Graynhano et est confectum sub anno Domini M°CCC°VIII°, videl. VIII^a die mensis junii, et incipit in 3^a linea « Adhemarius » et in 6^a « Graynhani ». Post vero, de anno presenti, cum contingisset pro necessitatibus imminentibus viro magniffico dom. Guidoni Adhemarii, domino Montilii pro tribus partibus, ipse terciam partem dict. trium partium quas habebat in villa et territorio et pedacgio vendidisset domino nostro pape et suis gentibus pro eodem, acto quod creditores et alii qui haberent obligationes eas remiterent sic quod terra franca remaneret et libera ab honere creditorum dicto domino nostro pape, et ageretur quod dicta jura que habebat nobilis et potens vir dominus Graynhani in dicta parte vendita domino nostro pape remiteret et quitaret, et ipse hec facere vellet dum tamen dict. dominus Montilii eum securum faceret super perceptione dict. IX. xx^ti librarum, ipseque dominus Montilii agnoscendo bonam fidem pro se et suis antecessoribus hoc se facturum liberaliter concordaret; hinc est quod, ipsis ambobus dominis Montilii et Graynhani presensialiter constitutis, in modum qui sequitur convenerunt, ante etiam protestando quod nolunt nec intendunt in premissis pactis et conventionibus... aliquam novacionem facere, sed quod omnia et sing. ut supra sunt scripta in sua plena, firma et perpetua remaneant firmitate et totali integritate : qua protestatione semper salva.., dict. dominus Montilii ex pactis expressis voluit et concessit atque promisit quod dominus Graynhani et sui heredes et in perpetuum successores percipiant et percipere debeant in dicto

pedatgio tam terre quam aque, per manus pedatgerii constituti ad percipiendum et levandum pedatgium supradict., dictas IX. xx^{ti} libras terminis et solutionibus supradict., videl. in festo Omnium Sanctorum C. libras et in festo Pascatis IIII. xx^{ti} lib. monete que percipitur in pedatgio supradicto, et quod pedatgerius constitutus et constituendus... teneatur jurare super S. Dei Euvangelia, ad requisitionem domini Graynhani et suorum successorum post eum aut eorum procuratorum, in manibus eorumdem dominorum legaliter et integre solvere et prestare dict. IX. xx^{ti} libras terminis, solutionibus et temporibus supradict.; promitens ipse dominus Montilii, pro se et suis inperpetuum successoribus, se facturum et curaturum quod omnes et sing. pedatgerii statim quod fuerint constituti, ad requisitionem tamen domini Graynhani et suorum, infra decem dies post requisitionem factam curabit et faciet dict. pedatg(er)ium de solvendo dict. IX. xx^{ti} libras juramentum prestare..; convenit etiam et promisit se non prestaturum inpedimentum.., et si in premissis.. defficeret et omnia non compleret et non observaret aut contra veniret.., promisit refficere dampna et expensas et interesse, et de ipsorum quantitate stare simplici verbo suo aut sacramento procuratoris sui atque suorum. Et pro predict. IX. xx^{ti} libris solvendis, tradendis et reddendis.., et pro omn. et sing... tenendis et observandis se submisit dominus de Montilio curiis omn. et sing. dominorum illustrium regis Fransie et regis Cicilie et comitatus Provincie, et domini nostri pape; ipse tamen dominus Montilii expresse dixit quod non intendebat se submitere curie parvi sigilli Montis Pessullani domini regis Fransie nec curie comuni de Alondo nec de Montilio domini pape...; sed ad observandum premissa omnia voluit coherceri, conpelli et cogeri summarie et de plano... et quod nullam exeptionem proponet.., non reclamabit, non appellabit nec contradicet quominus... conpelli valeat et exequcio realis fieri... Quod autem predicta omn. et sing. vera essent et ea attenderet et conpleret et servaret.., sic convenit et promisit dicto domino Graynhani... et juravit ad S. Dei Euvangelia gratis et sponte.., obligando et ypothecando expresse omnia bona sua.., renunciavit... fori sui privilegio... et generaliter omn. utriusque juris auxiliis.... De quibus.. dict. dominus Graynhani petiit sibi fieri publ. instrumentum per me.. notarium.. nec non per mag. Bertrandum de Graynhano notar., et dict. dominus de Montilio per mag. Guillelmum Perreti notar. publ. imper. auctor. Actum fuit hoc apud Avinionem, in hospicio habitationis rev^{di} patris dom^{i} fratris Pastoris, Dei gratia archiepiscopi Ebredunensis, testibus pre-

sentibus dicto dom° archiepiscopo, nobilibus viris dd. Raymundo de Lauduno milite, domino Montis Falconis, dom. Bertrando Planterii, milite et legum doctore de Avinione, dom. Guillelmo Fabri milite, domino de Roceto, venerabilibus viris dom. Petro de Serro Scuderio, canonico Vivariensi, dom. Pontio Maurelli, licensiato in legibus, dom. Johanne Pataudi, jurisperito de Valriaco, et pluribus aliis ; et me Alberto de Bertrando, publ° imperli auctorte et civitatis Avinionis notario, qui... hanc cartam... in publ. formam redegi et signo meo solito signavi et bullavi.

(*) Texte dans le recueil C, de M. Morin-Pons, f°s 10 à 19.

XLIX. *30 janvier 1344.*

INSTRUMENTUM SUPER REVOCATIONE PRECONISATIONIS PAPALIS*.

In nomine Domini, amen. Anno Incarnationis ejusdem Millio CCC°XLIIJ°, indictione xia et die xxx mensis janoarii, pontifficatus SSmi in Xpisto patris et domini nostri dom. Clementis divina providencia pape VIi anno ii°, super eo videl. quod hiis diebus jam proxime lapsis quedam preconisacio publica et voce preconia per locum Montilii et loca consueta ac per Stephanum Guiberti, incantatorem dicti loci, facta et executa fuisset pro parte et de mandato speciali venlis et circumspecti viri dom. Raymundi Girardi, legum doctoris, baylivi et judicis dicti loci Montilii pro domino nostro papa predicto ab eodem specialiter deputati, scil. quod nemo seu quevis alia persona et utriusque sexus dicto domino pape subjecta in dicto loco Montilii ausa sit vel esset ab inantea aliquam personam quamcumque ejusdem jurisdictionis ad curiam Valentinam vel ad aliam alienam per viam citacionis vel alias extra forum et jurisdictionem papalem predict. trahere vel alias vexare seu convenire, sine licencia dicte curie papalis seu dom. baylivi ejusdem seu sui locumtenentis, et in derogacionem juris et honoris curie predicte papalis postquam in illa curia sub cujus jurisdictione concistit et nisi prius dicta curia requisita : et hoc sub pena xxv librar. dicte curie aplicanda et comitenda pro qualibet vice et persona qua contrarium fecerit. Qua facta, paulo post eodem die et inmediate, quamcito ad noticiam nobilis et discreti viri Johannis Rovilhi de Montilio, consulis et rectoris universitatis dicti loci et pro parte dicti domini nostri pape, pervenit, oppinans quod ipsa preconisacio facta in dampnum, prejudicium, derogacionem, lesionem

et enervacionem juris et honoris dicte universitatis... et suarum franchesiarum et libertatum ac eorum bona consuetudine merito et quamplurimum redundaret et prejudicaret ac per inposterum prejudicari posse, ubi sustineretur talis nova inposicio et nisi super dicta preconisacione et ipsius revocatione habenda pro parte dicte universitatis provideretur de remedio opportuno; hinc est quod instante et instigante dicto nob. Johanne Rovilhi, consule et rectore predicto et nomine dicti ejus consolatus, volens uti officio ejus consolatus et jure ac honore ejusdem et pro evidenti utilitate dicte universitatis et hominum, jurium, honorum, bonorum suorum, ut dicebat, et ex sui officio incumbenti et moto fidelitate sua, et delliberato primitus cum certa parte burgencium et bonorum hominum et procerum universitatis predicte et ab eis eorum consilio, licencia et consensu obtentis, et specialiter cum nobilibus et discretis viris Laugerio Saramandi, Jacobo de Monteluello, Poncio Premonis, Johanne Alisandi et Guillelmo Carbonerii, presentibus et predicta fieri postulantibus ac dict. consulem requirentibus, promoventibus, inducentibus, ad presenciam dicti dom. baylivi et judicis una cum dict. burgensibus simul et ex causa predicta accesserunt, et coram eo... personaliter constituti inter ceteros.. dict. consul... ipsi dom. baylivo et judici significavit conquerendo et presertim de modo, forma et nova inposicione dicte preconisationis facte et per eundem fieri mandate et concesse.., de quibus merito omnes admirabantur et admirati fuerunt, dicens et proponens... quod dicta preconisatio... est et quod tempore esse posset prejudicial et periculosa et in lesione et derogatione libertatum et franchesiarum dicti loci Montilii et in earum enervationem redundare posset, et multum esset extraneum atque novum ipsam preconisationem sustinere, cum juxta tenorem dict. libertatum ulli officiali quorumcq. dominorum dicti loci nec etiam alicui ex dict. dominis licitum est facere seu permissum seu alias inponere malum usaticum seu novam inpositionem; et ad probandum predict. libertatem fore per dominos dicti loci, predecessores dominorum modernorum, concessam super novitate huj[di] non inponenda et dicti dom. baylivi et judicis conscienciam informandam, exhibuit dict. consul.. quemd. rotulum pargameni magnum et publicum.., universales libertates et franchesias dicti loci continentem, vigore cujus et eo producto petiit et requisivit.. dict. preconisationem factam et pene inpositionem debere per dict. d. baylivum et judicem cum effectu revocari, ejus benignum officium super hec inplorando. Et dict. dom. baylivus

et judex, cum libertatem hujdi fore concessam merito ignoraret et quod ad requisitionem et querelam quorumdam dicte juridictioni subditorum dicta preconisatio processerat, visa informacione dicti rotuli publ. clausulam facientem pro dicta libertate, in se continentem propter quod dict. preconisationem inpedire habet et totaliter tollere, nollens dict. libertates si que fuerint dicte universitati in aliquo infringere nec etiam revocare, ymo potius quantum fieri poterit cum justo juris remedio opportune servare seu ampliare, ideo instante et requirente dicto consule et ad preces dict. burgensium et procerum dicte universitatis et ejus precibus admissis, dict. preconisationem cum toto ejus effectu, quantum dict. libertatum et franchesiarum enervationem tangere posset, suspendit et ex toto revocavit ac eam amovit.., salvo... honore dicte curie et juridictionis dicti dom. nostri pape... De qua... Actum Montilii Ademarii, in domo Templi, scil. in camera superiori dicti dom. baylivi, presentibus testibus discretis viris Guillelmo Bues domicello, vicebaylivo et locumtenente generali dicti d. baylivi, Bertrando Suanis, notario de Vabr., Guillelmo Agerii, notario Montilii, et Fulcone de Bonilis, domicello dicti d. baylivi; et me Arnaudo Timotz clerico, habitatore Montilii, auctte impli et curie papalis Montilii Adem. ac SS. Rom. ecclesie notario publ... †

(*) Original parch. coté no **169** (*Invent.* de 1662, fo 40). Au bas : « Tax(atum) per me G. Bues vicebaylivum curie papalis, atenta qualitate facti, VIIIto turon. argenti. Fuit retaxatum per nob. Johannem Rovilhi, de concilio d. Johannis Pataudi, ad medium florenum. »

L. *7 juillet 1343.*

(Epistola Fratrum Minorum Montilii Humberto dalphino)*.

Illustrissimo et excellentissimo principi dominoque suo reverendissimo dom. Humberto, dalphino Viennenci, comiti Albonis dominoque de Turre ac comiti palatino, frater Bertrandus humilis gardianus Fratrum Minorum Montillii Adhemarii, una cum humili conventu, salutem et pacem que finis est et premium omnium meritorum. Quia devocionis vestre sinceritas a devotis parentibus quodam naturali decursu ad ordinem nostrum vestris innata precordiis et nichillominus super infusa divinitus, quam devocionem ad conventum nostrum loci predicti efficaciter obstendistis vestram gratam helemosinam et Domino Jhesu Xpisto acceptabilem tribuendo, videl. qua-

dringentos florenos auri pro loci ampliacione et augmento, et devote petendo missarum suffragia pro dono singulari ; ideo nos, atendentes et cupientes annuere vestre magne et effectuose devocioni et merito volentes reddere vicissitudinem salutarem, de Dei misericordia confici, de voluntate et assensu rev[di] patris nostri fratris Bartholomei, ministri nostre provincie Burgondie, quia vestra devocio hec requirit, concedendo ordinamus ut quatuor fratres in predicto conventu commorantes in qualibet septimana successive ponantur in conventus tabula, qui perpetuis temporibus secundum intencionem vestram tam pro vivis quam pro mortuis missas celebrare teneantur, orantes et deprecantes Creatorem altissimum ut per bona temporalia que hic agitis ad eterna gaudia pervenire valeatis, amen. Datum Montillii, VII die mensis jullii, anno M°III^cXLIIJ, cum apposicione sigilli conventus nostri.

(*) Arch. de la Préfect. de l'Isère, reg. *II^us liber copiarum Valentinen. et Dyensis* AA (B. 289), f° II^c IIII^xx xviij, avec ce titre : *De quatuor missis perpetuis omni edomada datis per dom. gardianum et fratres Minores conventus Montillii Adhemarii illustrissimo dom. Humberto dalphino et suis;* en marge : « Sciatur si celebrentur dicte IIII^or misse qualibet septimana. »

LI. *19-28 avril 1344.*

(Baillivi regii executoria contra dominum Montilii)*.

Bertrandus Barbaste, domicellus, bayllivus regius Vivarien. et Valentin., Jacobo de Valle Clara, Pontio Salvatge, Johanni de Costa, servienti regio, et eorum cuilibet salutem. Cum constet nobis instrumento publ. recepto... manu mag. Alberti de Bertrando notarii publ... nobilem et potentem virum dom. Giraudum Adhemarii, dominum Montilii et Ruppis Maure, olim solvere promisisse nob. et pot. viro Giraudo Adhemarii, domino de Graynhano, quingentas libras Turonen., talis monete quod XVI denarii valerent I grossum Turon. argenti et econverso, certis terminis et solutionibus jam elapsis, et ex certis causis... et pro premissis se et bona sua obligasse viribus, compultioni et cohertioni quarumcq. curiarum dom[i] nostri Francorum regis, excepta curia parvi sigilli regii Montis Pessulani dumtaxat; idemque dominus Montilii dict. peccunie quantitatem solvere recusaverit dict. terminis pluries requisitus, parsque dicti domini de Graynhano curiam nostram regiam Ville Nove pro exequtione premisse peccunie contra dict. dominum Montilii duxerit eligendam :

vobis igitur precipimus et mandamus quatenus requisitis requirendis compellatis per bonorum suorum captionem, venditionem et distractionem prefat. dominum Montilii ad solvendum et reddendum dicto domino de Graynhano summam peccunie antedict... Datum in Villa Nova de Berco, die XIX^a^ (*al.* XXVIII^a^) aprilis, anno Domini M°CCC°XL° IIII°. — Reddite literam portitori. Audegerii (*al.* Boyrelli).

(*) Texte dans le recueil C, f° 38 r° et f° 36 v°.

LII. *21 octobre 1345.*

Instrumentum comunie facte per homines universitatis Montilii*.

Quoniam sanctissimum nomen Domini, ad ipsum est tamquam ad benedictionis fontem in operis cujuscumque primordio recurrendum; in nomine igitur sancte ac individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ne morte cognitorum publica fides depereat, set viva durabiliter maneat ad posteros transmitenda, presentis ergo scripture testimonio declaretur presentibus et postremis quod, anno ab Incarnacione Dominica millesimo tricentesimo quadragesimo quinto, indicione decima tercia et die XXI mensis octobris, pontifficatus SS^mi^ in Xpisto patris domini nostri dom. Clementis divina providencia pape VI^i^ anno IIII°, infrascripti homines jurisdictionis papalis castri Montilii Ademarii ac homines ligii dom^i^ nostri pape in et de loco predicto, pari concensu et unanimi concordia ad infrascripta coadunati ac pro infrascriptis unum corpus et unum collegium facientes, videl. Lagerius Saramandi domicellus, Jacobus de Monte Luello, Poncius Premonis, Michael Herodis, Stephanus Xpistiani, Guillelmus Coterii, Guillelmus Charbonerii, Guillelmus Alamandi, Stephanus Fabri, Jacobus Mannassii, Mondonus Bertholomey, Andreas Andree alias Chausa, Stephanus Bordelli, Franciscus Meyssani, Johannes de Vienna, Andreas Juliani, Johannes Dalchier, Bernardus Pellicerii, Jacobus Spiardi, Gametus Aymarii, Giraudus Laurecii, Ferrar[......]-conis, Armandus Daguech, Durantus Bancha, Andreas Probani, Petrus Moyrenc, Giraudus Basseti, Michael Probani, Durantus Raynaudi, Durantus Laurencii, Poncius Audoardi, Petrus Bondoni, Bernardus Meyssani, Lantellmus Fabri, Stephanus Guiberti, Memonus Coperii, Jacquerius Lulerii et Monnons Garrelli, una cum assensu, consilio et licencia nobilis et discreti viri Johannis Rovilhi, consulis

et vicebaylivi loci predicti de Montilio Ademarii pro parte dom. nostrum papam tangente, quem quidem dom. vicebaylivum et consulem super infrascriptis concedendis cum instancia quanta decet requisiverunt; et ab eodem super ipsis obtenta licencia prenominati, inquam, omnes et singuli cum eodem nob. Johanne Rovilhi.., nominibus ipsorum propriis ac etiam.. omnium et singul. personarum universitatis loci predicti.. jurisdictionis papalis... ipsis adherencium et adherere volencium in hac parte, sollempniter tamen primitus protestato quod nichil intendunt facere nec tractare in prejudicium seu lesionem ejusdem. domini nostri.., et protestato eciam quod subscripta que facere intendunt grata sint et beneplacita dom. baylivo curie prelibate et quod hiis ipse consensiat, et eo casu quo idem dom. baylivus non concederet seu quomodolibet subscripta moleste gereret atque grave quod omnia habeantur pro non factis et nullis, pro bono comuni et utilitate necessaria ac utili et evidenti necessitate comunitatis sive universitatis jam dicte et pro negociis opportunis universitatem seu comunitatem predict. in et pro generali bono tangentibus, videl. pro procurando et procequendo apud beate sedis apostolice celcitudinem confirmacionem atque ratifficationem libertatum, franchesiarum atque inmunitatum comunitatis et universitatis jam dicte, nec non et pro aliis rebus quibusdam universitatem et comunitatem necessario tangentibus.., prout.. omnes constanter asseruerunt, fecerunt inde, constituerunt et tractaverunt ordinationem, constitutionem sive comunitatem talem inter eosdem per modum qui sequitur deconplendam, videl. quod quilibet de universitate jam dicta solvat, tradat seu tribuat quallibet septimana seu quolibet mense certam peccunie portionem, quantitatem sive tributum in quo seu qua talliatus sive taxatus extiterit per probos et nobiles viros per dict. dom. consulem ad hujusmodi deputandos et illis collectoribus qui similiter per dict. dom. consulem et alios ad quos pertinuerit fuerunt super hiis deputati; quam quidem portionem peccuniariam, collectam sive tributum solvere teneatur et debeat quillibet de comunitate sicut per dict. probos taliatores et taxatores deputandos ordinatum extiterit et collectoribus seu levatoribus, ut premititur, ordinandis pacifice et quiete, et sine omni molestia et contradictione. Hanc autem ordinationem, comunitatem sive collectam inter eosdem... durare et permanere voluerunt prefati constituentes et ordinantes.. per annum unicum et unici anni spacium tantum incipiendum et primordiandum videl. a proximo festo Sanctorum Omnium in antea numerandum et non ultra. De quibus... Acta quidem et recitata, publicata fuerunt hec

omnia in predicto loco Montilii Ademarii, videl. infra domum sive conventum sancte religionis Beati Francisci de inibi, testibus presentibus ad hoc specialiter vocatis et requisitis magistro Johanne de Rivo, notario de Sancto Martino Supperiori, Vivarien. diocesis, nunc tamen habitatore Montilii Adem., fratribus et dom. Rostagno Scoferii et Matheo de Rivo, ordinis et conventus Fratrum Minorum de Montilio Adem.

Et me Armando Timotz clerico habitatore Montilii, auct[te] imp[li] et curie papalis Montilii Adem. ac SS. Rom. ecclesie notario publ... †

(*) Original parch. coté 299 (*Invent.* de 1662, f° 65) ; taxe comme ch. XLIX.

LIII. *15 novembre 1347.*

(CONFIRMATIO LIBERTATUM PER DOM. GERAUDUM ADEMARII)*.

IN NOMINE Domini, amen. Anno Incarnationis ejusdem millesimo tricentesimo quadragesimo septimo, videl. decima quinta die mensis novembris, cum olim per predecessores magnifici et potentis viri dom. Giraudi Ademarii nunc domini Montilii certe libertates, immunitates et franquesie date fuerint et concesse hominibus suis de Montilio presentibus et futuris sub eorum jurisdictione et dominio existentibus, inter quas libertates date fuerint et concesse libertates, immunitates et franquesie inferius expressate, videl. quod mulieres de Montilio sub eorum jurisdictione et dominio existentes possent libere in matrimonium collocari et nubere in Domino cum quocumque vellent sub aliena jurisdictione existente, cum matrimonia debeant esse libera et etiam absoluta et dicat Apostolus quod mulier nubat in Domino cum quocumque voluerit; item, quod homines sui in villa Montilii... possint de bonis suis sive rebus quibuscumque disponere et testari pro suo libito voluntatis, et si aliquis ab intestato decederet, quod bona illius sic decedentis ad liberum vel liberos si haberet vel alios inferiores dessendentes pervenirent, et si dessendentes non haberet ad assendentes vel ad collaterales, consanguineos et agnatos, secundum quod essent proximiores in gradu, ipsius hereditas perveniret secundum quod juris ratio hoc dictaret ; item, quod nullus subditorum suorum... possit seu debeat arrestari seu detineri, dum tamen caveret ydonee et cautiones prestaret de parendo juri coram curia seu judice nobilis supradicti, nisi in casu criminali et in quo delatus esset criminaliter puniendus : prout hec omnia in instrumentis

dict. libertatum lacius dicuntur contineri. — Predictusque nobilis dom. Giraudus Ademarii, nunc dominus Montilii, aliquibus vicibus et a paucis temporibus citra abusus fuerit, ut ipse asserit, libertatibus superius expressatis, videl. inhibendo et inhiberi faciendo et penas sive multas imponendo et imponi faciendo subditis suis mulieribus de Montilio... et earum parentibus et amicis, ne ipse mulieres in matrimonium collocarentur cum hominibus alterius jurisdictionis et dominii existentibus ; item etiam, quod quandocumque aliquem de suis subditis de Montilio decedere contingebat ex testamento vel ab intestato, idem nobilis et sui officiales nuncios et servientes ponebant et mitebant et miti et poni faciebant et mandabant in hospiciis deffunctorum et sazinas et sequestrationes faciebant et fieri faciebant : qui servientes et que sazine et sequestrationes tam diu infra hospicia deffunctorum morabantur et extabant, sumptibus et expensis bonorum et rerum infra dicta hospicia existencium, donec illi ad quos bona et res deffunctorum pertinebant cum dicto nobili et suis servientibus convenissent; item etiam, quod quandocumque aliquis de suis subditis et hominibus de Montilio fuisset per officiales seu curiales suos.. captus, arrestatus seu detentus, cum cautionibus ydoneis non poterat liberari seu relaxari. Predictus, inquam, nobilis personaliter constitutus in presencia mei notarii et testium subscript., attendens et conciderans dilectionem et affectionem quas.. habet erga suos homines et subditos de Montilio, et predicti sui homines et subditi habent erga ipsum, et grata obsequia et servicia, gracias et amores que et quas predicti sui homines et subditi eidem nob. fecerunt temporibus retroactis, conciderans eciam et attendens quod predicte libertates et franquesie date et concesse predict. suis hominibus et subditis a suis predecessoribus liberaliter processerunt, volens dict. nobilis, cupiens et affectans cum suis predecessoribus pari pasu ambulare et predict. suis hominibus et subditis in recompensatione dict. serviciorum impensorum merita reddere licet pauca, idcirco predict. nobilis per se et suos heredes et imposterum successores promisit expresse et per pactum validum et sollempne... discretis viris Guillelmo Passamarii et Poncio de Crudatio, consulibus et rectoribus ville Montilii Ademarii.., nomine suo et aliorum hominum et mulierum ac subditorum et incolarum ipsius nobilis... presencium et futurorum stipulantibus sollempniter et recipientibus, et michi notario tanquam persone publice.., quod ipse nobilis non imponet nec imponi faciet seu sustinebit penas sive multas nec minas aliquas inferet.. nec prohibebit, impediet seu deffendet... directe vel

indirecte suis mulieribus subditis de Montilio... quin ipse possint et valeant libere contrahere et in matrimonium collocari cum quocumque voluerint, prout eis et earum parentibus et amicis placuerit et videbitur faciendum, ymo voluit et concessit dict. nobilis... quod predicte mulieres.. possint et valeant ab inde in antea libere contrahere et in matrimonium collocari cum quocq. voluerint absque comissione pene alicujus sive multe, cum matrimonia debeant esse libera et eciam absoluta ; promisit eciam dict. nobilis.... quod quociensc umque et quandocq. ab inde in antea aliquem de suis hominibus, mulieribus et subditis de Montilio ejusque territorio et districtu.. decedere contingerit sive mori ex testamento vel ab intestato, quod ipse non ponet nec poni faciet seu permitet custodem aliquem vel servientem, custodes vel servientes vel aliquos alios ex suis officialibus seu curialibus in hospiciis suorum subditorum moriencium seu decedencium.. sic ex testamento vel ab intestato nec sazinam aliquam vel sequestrum faciet seu fieri faciet vel permitet, nisi tamen ad instanciam partis credentis se jus habere in bonis et hereditate sic decedentis de hoc fuerit requisitus, ymo voluit et concessit nobilis supradict... quod bona et hereditas moriencium seu decedencium ad illum et ad illos libere perveniant et ad quem et ad quos de jure ex testamento vel ab intestato pervenire poterunt et debebunt, omni impedimento cessante penitus et remoto ; item voluit et concessit nobilis supradict... quod nullus subditorum suorum tam marium quam mulierum sub jurisdictione sua et dominio in Montilio et ejus territorio et districtu.. existencium et habitancium possit seu valeat arrestari, detineri sive capi, qui cavere seu fidejubere velit et presentet ydonee de parendo juri coram suo judice de delicto de quo fuerit acusatus, dum tamen delictum non sit tale propter quod delatus fuisset notorie et criminaliter puniendus ; et si contingeret.. ad inde in antea aliquem detineri, arrestari sive capi, voluit et concessit dict. nobilis.. quod detentus, arrestatus sive captus prestita cautione ydonea in continenti relaxetur et liberetur, nisi in casu ut supra.., et quod officiales sui... dict. cautionem teneantur recipere nec eam possint seu debeant recusare. Quas libertates et omnia.. supradicta dict. nobilis per se et suos heredes et imposterum successores rata et firma tenere perpetuo et habere, et ita attendere, servare et complere et numquam per se vel per alium contra facere vel venire nec alicui contra venire volenti dare seu prestare opem, auxilium, consilium vel favorem dict. Guillelmo Passamarii et Poncio de Crudacio et michi notario... bona fide et sub obligatione omnium bonorum suorum promisit et juravit,

tactis Dei Euvangeliis corporaliter sacrosanctis, cum omni renunciatione juris ad hec necessaria pariter et cauthela; volens et concedens dict. nobilis quod ego notarius infrascr. de predict. omnibus possim et debeam facere.. publica, si necesse fuerit, instrumenta. Actum Montilii, extra fortalicium in logia dicti nobilis, testibus presentibus ven[li] et discreto viro dom. Johanne Pacaudi, judice ipsius nobilis, Rostagno Escofferii, vice-bajulo ipsius, Matheo de Jangolieu notario, Guillelmo Raynoardi alias dicto Vanhas, Rostagno Charpieu de Ruppe Maura.

† Et magistro Johanne Arnulphi, auct[te] imp[li] et nob. et pot. viri dom. Giraudi Ademarii, domini Montilii condam, notario publ., qui de predictis notam recepit et qui morte preventus... instrumentum extrahere nequivit; quocirca ego Petrus Arlacani de Valentia, habitator Montilii, auct. imp. et nobilis suprad. notarius publ., de dicta nota... requisitus per Arnaudum Remusati de Montilio, hominem litgium dicti nob. d. Giraudi, hoc instrumentum publ... extraxi ipsumque feci et grossavi signoque meo consueto signavi in testimonium premissorum.

(*) Original parch. de 46 lig., coté nº D (*Invent.* de 1662, fº 1 vº). — *Vidimus* du 2 févr. 1354 (*v. ad h. a.*), en orig. et dans le *Cartul.* (fº 47). — Imitation falsifiée dans les recueils A, A² et B (nº 33) : *Donatio 23ª facta per magn. et pot. virum d. d. Giraudum Adhemarii de Rupemaura, dominum Montilii in Valdenia.* » Extr. des arch. de Grignan. du liv. cot. *Privilegia,* fº X 101, in arm. Mont. »

LIV. *23 juin 1348.*

Homagium dom[i] Gaucherii Adhemarii, domini Montilii, militis (dom[o] Humberto dalphino)*.

In nomine Domini nostri Jehsu Xpisti, amen. Per hoc pres. publ. instrumentum universis et singulis tam present. quam fut. appareat evidenter quod, anno ejusdem Dom[i] M[o]CCC[o]XLVIII[o], die XXIII[a] mensis junii, indictione I[a] pontificatusque SS[mi] in Xpisto patris et domini nostri dom. Clementis digna Dei providencia pape VI[i] anno VII[o], constituti personaliter ill[is] princeps dom. Humbertus dalphinus Viennensis, ex una parte, et nobilis et potens vir dom. Gaucherius Adhemarii miles, dominus Montilii, ex altera, coram me notario et testibus.. ; dictus enim dom. Gaucherius, sciens, prudens et spontaneus,.. ex certa sciencia et voluntate sua spontanea et libera... confes-

sus fuit et publice recognovit, confitetur et publice recognoscit tamquam in judicio, per se, heredes, successores et posteros suos ac causam habentes ab eo et habituros imposterum, se esse et esse debere et velle hominem ligium dicti domi nostri dalphini, heredum et successorum suorum ante omnes dominos, salvis tamen et exceptis fidelitate et homagio quibus tenetur viro magco dom. comiti Valentinen. et Diensis; quod quidem homagium ligium de persona.. fecit, prestitit et impendit memorato domo nostro dalphino presenti, stipulanti et recipienti.., stando pedes more nobilium junctisque manibus inter manus dicti domi nostri dalphini et oris osculo interveniente inter ipsos in signum federis et amoris; et promisit et juravit dictus dom. Gaucherius, per se, heredes et successores suos, tactis Euvangeliis per eumdem, per juramentum suum ad sa Dei Euvangelia per eum prestitum et vallatum, esse de cetero dicto dom. dalphino, heredibus et successoribus suis hobediens firmiter et fidelis eisdemque facere, attendere, complere et servare fideliter et perfecte omnia illa que in capitulis de forma fidelitatis nova et veteri continentur, videl. incolume, tutum, utile, fassile, possibile pariter et honestum, et omnia que bonus vir et probus vassallus suo domino tenetur facere et servare; confitens et recognoscens dictus dom. Gaucherius.. se tenere et tenere debere et velle et se tenere constituit ab ipso domo nostro dalphino in feudum ea omnia universa et singula que bone memorie dom. Lambertus, dominus condam Montilii fraterque condam ipsius domi Gaucherii, tenebat et tenere debebat et consueverat tempore sui obitus ab eodem domo nostro dalphino, secundum pacta et conventiones dudum habitas et inhitas inter eumdem dom. nostrum dalphinum et suos predecessores ex una parte et dictum dominum Lambertum condam suosque predecessores ex altera, et omnia et singula alia etiam que dictus dom. Lambertus alias tenere posset et deberet quomodocumque in feudum a domo principe memorato : de quibus omn. et sing.... dictus dom. noster dalphinus per se, heredes et successores suos investivit dictum dom. Gaucherium tamquam fratrem et successorem legitimum dicti dom. Lamberti condam... et retinuit in vassallum. Que siquidem pacta, conventiones et pactiones dudum habitas et celebratas... dominus noster dalphinus et dom. Gaucherius... confirmaverunt, approbaverunt et acceptaverunt totaliter.., promittentes et jurantes.. hinc et inde per juramenta sua.. et sub obligatione et ypotheca omnium bonorum suorum... predict. pactiones et conventiones... vicissim et equa lance perpetuo tenere, actendere, servare et effectualiter adimplere, renunciantes.., mandantes, volentes et preci-

pientes... Acta fuerunt hec in castro Quiriaci, Lugdunen. diocesis, in presencia et testimonio nobilium virorum dd. Johannis de Grolea, domini Neyriaci, Raynaudi Falavelli, Guichardi de Chissiaco, Johannis de Podio, Rollandi de Bastida, Rollandi Bosonis de Porta Trionia, Jacobi de Dya, militum, Raymondi Chaberti jurisperiti, Guioneti de Gruleya domicelli et plurium aliorum fidedignorum Lugdunensis, Viennensis, Gebennen., Valentinen. et Gronopolitane dyocesum, per me subscr. notarium vocatorum et rogatorum testium ad premissa; et ego Johannes Nicoleti, publ. notarius.. premissis omnibus interfui, etc.

(*) Arch. de la Préfect. de l'Isère, Reg. Ius *Homagiorum Johannis Nicoleti* 1349 (B. 18), f° xviij. — Dans le même reg. se trouve (f° iij). ainsi que dans le reg. Pilati (B. 13), cah. 99, sous la date du 15 septemb. 1349, indict. 2, un hommage du même Gaucher Adhémar au nouveau dauphin Charles, dont voici un extrait :

«... vir potens et nobilis dom. Gaucherius Adhemarii, dominus Montilii,.. confitetur et recognoscit.. se esse... hominem ligium illis principis dom. Karoli, primogeniti primogeniti Francorum regis, dalphini Viennensis, excepto tamen homagio cui primo tenetur, ut asserit, viro magco dom. comiti Valentin. et Diensis ; quod homagium.. prestitit... stando pedes junctisque manibus suis inter manus.. dalphini et oris osculo interveniente in signum federis et amoris.. ; recognoscens.. se tenere... castra de Vers, de Revesto, de Monte Froco et de Curello... et alia olim recognita per bo. me. d. Lambertum Adhemarii, condam dominum Montilii germanumque ipsius d. Gaucherii... Acta fuerunt hec apud Pisancianum prope Romanis, in castro viri magn. d. Amedei de Pictavia, domini Sancti Valerii, in presencia et testimonio RR. in X° PP. dd. Henrici de Vilars, archiepiscopi et comitis Lugdunensis, Johannis Grationopolitani episcopi, et pott. virr. dd. Amedei de Pictavia pred., Guillelmi domini Turnonis, Yvonis domini de Garanceres, Johannis Richerii, magistri requestarum hospicii regii, legum doctoris, Francisci de Parma, utriusque juris professoris, domini Asperimontis, cancellarii Dalphinatus, Amblardi domini Bellimontis, Bertrandi de Tauligniacio, Rollandi de Bastida, Rollandi Guidonis de Loyse (*al.* Leuse), Francisci de Thesio, Francisci de Revello, Aymonis de Chissiaco, militum, Petri Guiberti, Petri de Vercors, domicellorum... »

LV. *10 avril 1352.*

(Confirmatio libertatum per d. Gaucherium Adhemarii)*.

In nomine Domini, amen. Anno Incarnationis ejusdem millesimo tricentesimo quinquagesimo secundo et die decimo mensis aprilis, noverint universi et singuli.., quod costituti personaliter in presen-

cia mei notarii et testium infrascript. vir magnifficus et potens dom. Gaucherius Adhemarii, dominus Montilii Adhemarii, dyocesis Valentinen., ex una parte, et dom. Guillelmus de Prato Comitali miles ac Guillelmus Barnaudi et Johannes Alardi de Montilio, consules universitatis hominum Montilii, nominibus suis propriis et nomine universitatis predicte.., necnon Durantus de Crudacio, Jacobus Barnaudi, Guillelmus de Lugduno, Petrus Rocherii, Andreas Larnacii, Laurencius Maure, Bonellus Agnin, Johannes de Rivo, Guillelmus Autruci, Laurencius Bornoni, Johannes Bauteaqui, Petrus Monnerii alias Corneti, Henricus de Losona, Jacobus de Orto, Anthonius Jauleti, Petrus Pereti, Bertrandus Larnacii, Guillelmus Jausaudi, Johannes Sartoris, Raymundus Pellicerii alias Columbeayre, Michael Coyroni, Petrus Grasse, Jacobus Ganalhi, Simonetus Alamandi et Johannes de Lengres, marescallus de Montilio predicto, homines dicti dom. Gaucherii, ex parte altera; produxerunt, obtulerunt et presentaverunt prenominati homines... dom. Gaucherio presenti, audienti et intelligenti quoddam publicum instrumentum continens libertates et franchezias datas et concessas hominibus Montilii per predecessores condam dom. Gaucherii, dominos dicti loci Montilii; quod quidem instrumentum dict. dom. Gaucherius et eciam homines predicti... pro lecto et pro publicato habuerunt, cujus inst[ti] libertatum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis ad plenum, nichil addito, remoto seu mutato : « In nomine *(vide sis supra, ch. XXVIII, p. 61-7)*... firmitatem. » Et ibidem incontinenti prefatus dom. Gaucherius Adhemarii, dominus Montilii, non deceptus nec cohactus nec in aliquo circumventus, non errans in jure nec in facto, sed certus et certifficatus de utroque ad plenum, sciens, prudens, spontaneus et bene premeditatus, attendens et conciderans dilectionem et amorem quam et quem predicti homines et alii omnes Montilii habent erga ipsum, ac eciam attendens multa grata servicia per dict. homines suos Montilii sibi acthenus inpenssa et que cotidie inpenduntur.. incessanter, dict. siquidem dom. Gaucherius per se et successores suos perpetuo, certifficatus primitus ad plenum, ut dicebat, de omnibus et singulis libertatibus, francheziis, immunitatibus et privilegiis datis et concessis hominibus Montilii per predecessores ipsius dom. Gaucherii, dominos condam Montilii, prout in instrumento supra scripto continetur et eciam quibusd. aliis publ. instrumentis contineri dicuntur,... gratis et sponte predict. franchezias, privilegia, immunitates et libertates hominibus suis ac eciam michi notario ut persone publice... approbavit, laudavit, ratifficavit, emologavit et eciam confirmavit prout melius, sanius et utilius dici,

intelligi et interpretari potest ad majorem utilitatem et perpetuam firmitatem hominum suorum Montilii presencium et futurorum. Quibus libertatibus, francheziis, immunitatibus et privilegiis antedict... preffatus dom. Gaucherius per se et successores suos quoscq. perpetuo voluit et concessit... predict. homines et alios suos quoscq. Montilii.. gaudere et inviolabiliter uti, cum omnibus capitulis, conditionibus et pactis contentis et comprehenssis in quibuscq. instrumentis.. ; volens eciam et concedens... quod in et sub presentibus confirmacione, ratiffìcatione et emologacione sint et intelligantur expresse et comprehendantur adjuncte omnes et singule franchezie, libertates, immunitates et privilegia per predecessores.. date et concesse... ac si de verbo ad verbum et eciam ad plenum in hoc pres. instrumento particulariter et distincte essent scripte, inserte et adjuncte... Et insuper preffatus dom. Gaucherius.., volens, cupiens et desiderans cum effectu et sine deffectu quod predicte libertates, immunitates, franchezie et privilegia hominibus suis Montilii.. perpetuo observentur.., precepit et voluit quod omnes officiales sui tam presentes quam futuri, regentes juridictionem et curiam Montilii predicti dom. Gaucherii, jurent et jurare debeant ad requisicionem... rectorum et consulum ville Montilii pro parte ipsius dom. Gaucherii... servare, custodire et inviolabiliter atendere omnes franchezias et singulas, libertates, immunitates et privilegia omnibus hominibus Montilii... Et ibidem confestim preffatus dom. Gaucherius... ad requisitionem dict. consulum... voluit, precepit et fecit jurare ad sancta Dei Euvangelia Durantum Audoardi, bajulum suum Montilii, et me Petrum Guiberti, notarium infrascrip., regentes curiam et juridictionem Montilii dicti dom. Gaucherii, ac eciam Stephanum Darintalis et Poncium Avalozii, servientes dicte curie Mont.., quod dict. franchezias, libertates, immunitates et privilegia in singulis capitulis ipsarum inviolabiliter custodiamus et observemus... contraque per nos vel alium... non faciamus modo quolibet seu veniamus : quod nos dicti officiales juravimus incontinenti. Quas quidem omnes franchezias, libertates, immunitates et privilegia.., ac eciam omnes alias et omnia alia per predecessores dicti d. Gaucherii.. datas et data.. idem dom. Gaucherius per se et successores quoscq. dominos Montilii prenominatis hominibus suis... attendere et complere et inviolabiliter observare et contra nullo unquam loco vel tempore facere, dicere vel venire... bona fide promisit et juravit tactis per eum corporaliter Dei Euvangeliis SS., cum omni juris et facti renunciatione pariter et cauthela.... De quibus omn. et sing... prenomin. consules et homines..

pecierunt et dict. d. Gaucherius concessit fieri publ. instrumentum.. et tot quot habere voluerint... donec et quousque predicta omnia obtineant plenam et omnimodam firmitatem. Actum Montilii, infra fortalicium dicti dom. Gaucherii, testibus presentibus nobili Francisco de Meduluone de Sancto Vincencio, Durando Germani notario de Monte Froquo, Sistaricen. dyocesis, Johanne Adam, Andrea Amalrici de Montilio et pluribus aliis hominibus dicti loci.

Et me Petro Guiberti, notario publ. imp[li] actor[te] et dalphinali costituto, qui de predictis notam recepi et actoritate michi concessa hoc instrumentum hic scribi feci per fidelem substitutum meum et juratum in duobus pargamenis hic ligatis et signo meo signatis, quorum primum finit « sub virtute », secundum vero incipit « prestiti juramenti », et manu mea propria hic me subscripsi et signo meo signavi. †

(*) Original parch. composé de 2 peaux, coté E (*Invent.* de 1662, f° 1 v°). — Copies dans les recueils A, A² et B (n° 34) : *Donatio 24ª facta per magn. et pot. dom. Gaucherium Adhemarii, dominum Montilii et Gardæ.* « Extr. des arch. de La Garde, ad uno pargam. cot. *Montelimart,* in arm. Mont. et in sac. donat., et in lib. cot. *Infeudationes*, f° X 272. »

LVI. *2 février 1354.*

Ibidem sunt inserta plura instrumenta libertatum ville Montillii Adhemarii originalia*.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Serenissime vetustatis decrevit auctoritas rerum gestarum seriem in publica redegi munimenta, ne lapsu proclivi temporis memoria labilis oblivione ledatur. Noverint igitur univ. et sing. presentes pariter et futuri hoc pres. instrumentum verum et publ. inspecturi, quod anno Incarnationis Domini nostri Jhesu Xpisti milles° trescen. quinquagesimo tercio, videl. secunda die mensis febroarii, magnificus et potens vir Giraudus Ademarii domicellus, dominus Montilii Ademarii, Valentin. diocesis, non errans in aliquo nec deceptus nec aliquibus machinationibus seu seductionibus circumventus, sed gratis suaque mera, libera et spontanea voluntate motus, certus de facto et cercioratus de jure, ut dicebat, plenius et instructus; actendens et considerans homines suos Montilii et eorum predecessores valde fideles sibi suisque predecessoribus extitisse, et ipsius ac predecessorum suorum serviciis jugiter ac fideliter inheruisse tamquam boni homines et fideles, ideoque tam egregium et potentem virum dom. Giraudum Ademarii militem, ipsius Giraudi nunc domini Montilii

genitorem, quam nobilem et potentem virum Guigonem Ademarii, filium quondam nob. et pot. viri dom. Lamberti Ademarii militis, quondan domini Montilii memorie recolende, quam eciam alios predecessores ipsius nob. Giraudi nunc domini Montilii, dictos eorum homines Montilii et successores ipsorum et alios quoscumque futuros pluribus et diversis franchesiis et libertatibus decorasse; volens, cuppiens et intendens idem nobilis Giraudus dominus Montilii dict. predecessorum suorum sequi vestigia prout decet, et nedum libertates et franchesias per predecessores suos quoscq. dict. eorum hominibus datas et concessas inviolabiliter observare, ymo eciam ampliare, cum virtutum premia merentibus conveniat tribui ut boni effici cuppiant meliores, eciam propter multa grata varia et diversa servicia sibi domino Montilii facta et impensa per homines suos Montilii, ut ipse asserebat, volens eisdem meritum reddere licet mancum, liberali animo et grata mente, per se et suos heredes et imposterum successores, dedit et donavit cessitque et concessit donatione pura et simplici, rata, grata, firma et irrevocabili inter vivos, imperpetuum valitura nullaque causa ingratitudinis seu quavis alia imposterum quomodolibet revocanda, Raymundo Arnaudi et Esmidono Saramandi, rectoribus loci Montilii pro parte ipsius nob. Giraudi, nec non Francisco Lhautoardi, Arnaudo Remusati, Petro Bornonis, Guillelmo de Alayraco, Dalmacio de Bastida, Johanne Bolgarelli, Guidono Gontardi, Jacobo Escofferii, Guillelmo Sismondi, Poncio de Jas, Petro Juliani, Raymundo de Fonte Venna, Pauleto Remusati, Raymundo Richardi, Michaeli Dayguechio, Stephano Chalamelli, Johanni Jaquerii, notariis, Petro Asterii, Petro Menghonis, Johanni Bergondionis alias Chafferii, Johanni Tapiani, Petro Vine, Johanni Riperti, Petro de Rivo alias Usso, Petro Dalcheyr, Petro Pupini, Armando Ruffi, Jacobo Valayrani, Guillelmo Thome alias Chauchadent, Johanni Queve, Johanni Chabicatoris, Martino Luppi, Johanni lo Grep, Stephano Vidalis, Michaeli Chaslarii, Armando Chaylarii, Jacobo de Folco, Matheo Roverie, Bertrando Doumaghe, Guillelmo Thome de Castro, Goneto Museti, Johanni Valriaci, Guillelmo Monerii, Johanni Asselini, Richardo de Plano, Goneto Chaironols, Henrico Binhani, Stephano Laurencii, Moneto Martini, Johanni Palhassa, Bertholomeo Bochini, Berthono Ranchinerii, Giraudo Boscheti, Johanni Jovini, Laurencio Rebolli, Stephano Solerii, Bertrando Amalrici, Guillelmo Roncini, Evequino de Braybantio pellipario et Petro Servientis, hominibus suis de Montilio, presentibus, stipulantibus sollempniter et recipientibus nominibus suis propriis et heredum et succes-

sorum suorum, et nobis notariis publicis infrascriptis ut personis publicis... pro libertate et franchesia, videlicet — *§ 1)* quod dicti rectores et custodes loci Montilii, qui nunc sunt et eciam qui pro tempore fuerint in infinitum, possint et valeant libere et impune eligere et ponere tociens quociens opus fuerit banneatores et porcherios, nec dict. nobilis Giraudus seu sui successores banneatores seu porcherios eligant neque ponant, nec eligere sive ponere possint nec debeant : qui banneatores et porcherii eligendi jurare debeant in manibus bajuli ipsius nob. Giraudi et successorum suorum.., quod in eorum officiis excercendis bene et fideliter se habebunt ; confitens et recognoscens idem nob. Giraudus dominus Montilii, quod libertas predicta alias data fuerat et concessa per predecessores ipsius G. hominibus suis de Montilio, et de predict. banneatoribus et porcheriis ponendis et eligendis ipsi homines Montilii erant et steterant in possessione paciffica et quieta et per tantum tempus quod de contrario memoria hominum non existit. — *§ 2)* Item, cum esset consuetudo in loco de Montilio et obtentum per tantum temporis spacium quod memoria de contrario non existit nec erat, quod homines Montilii et eorum quilibet debitores suos vel quemlibet erga quem aliquam rancuram haberent seu haberet auctoritate sua propria pignorare possent sine pena legali, et si aliquem injuste pignorarent licet pignus reddi opporteret non inde penam aliquam incurrere deberent neque dampnum, voluit et concessit idem nob. Giraudus dom. Montilii... dict. rectoribus et custodibus et aliis hominibus suis de Montilio..., quod homines sui de Montilio presentes et futuri per imperpetuum possint et valeant et quilibet ipsorum... uti, frui eciam et gaudere libere et impune libertate predicta et franchesia, prout et quemadmodum faciebant ante tempus hujusmodi contractus et absque aliqua pena per dict. homines... pro premissis comitenda seu ab eis aut eorum altero modo aliquo exigenda ; ita tamen quod si pignus aliquod seu pignora aliqua ab aliquo forensi seu aliquibus forensibus capiebant ipsi homines aut alter ipsorum, quod illud pignus seu illa pignora a forensibus capienda curie Montilii ipsius nob. Giraudi et successorum suorum apportare seu adducere debeant seu faciant adduci vel apportari pro justicia de ipsis forensibus recipienda coram curia prelibata. — *§ 3)* Sane cum antiquissimi predessores ipsius nob. Giraudi hominibus eorum de Montilio libertatem et franchesiam dedissent et concessissent, quod homines eorum de Montilio possent facere pro regimine tocius loci predicti sex rectores, custodes sive conservatores et modo pro parte domini nostri pape et nobilis et

potentis viri dom. Gaucherii Ademarii, dominorum Montilii pro medietate, sint quatuor rectores seu custodes per homines partis ipsorum in ipso loco Montilii deputati et electi, voluit et concessit idem nob. Giraudus... predict. hominibus suis...., quod ipsi homines sui de Montilio presentes et futuri ac eorum imperpetuum successores possint et valeant pro parte ipsius nobilis Giraudi facere, constituere et creare quatuor rectores, custodes seu conservatores et juramentum ab ipsis recipere et de eorum officiis fideliter excercendis, prout alias in talibus in ipso loco Montilii extitit observatum, licentia, consilio et voluntate ipsius nobilis Giraudi et suorum imperpetuum successorum seu alicujus eorum offic(ialium) minime expectata seu in aliquo requisita. — § *4)* Rursus, ut omnis materia infringendi et violandi franchesias et libertates jam dictas et eciam infrascriptas per officiales quoscumque dicti domini Montilii et suorum successorum penitus amputetur, dicteque libertates inviolabiliter observentur, donavit, voluit et concessit dict. nobilis Giraudus dominus Montilii... per imperpetuum hominibus suis predict... franchesiam et libertatem infrascriptam, videl. quod bayllivi et judices et bajuli Montilii notariique curie ac servientes dicti loci et omnes et sing... ipsius domini Montilii et suorum imposterum successorum jurent jurareque teneantur et debeant incontinenti, ad simplicem requisicionem rectorum... de seu pro parte domini antedicti... seu alterius eorumdum, dict. franchesias et libertates et earum quamlibet ac eciam infrascriptas omnes et singulas custodire et inviolabiliter observare ac numquam quamdiu in dict. manebunt officiis contrafacere seu venire; et si officiales ipsi seu eorum aliqui recusarent dict. juramentum prestare, dict. dominus qui nunc est et alii qui pro temporibus fuerint successores ejusdem, illos officiales recusantes jurare compellant et compellere teneantur ad prestandum juramentum predictum. — *5)* Et insuper pretensus nob. Giraudus, certus et certifficatus ut supra, exhibitis sibi in presencia nostrorum notariorum public. ac testium subscriptorum novem publicis instrumentis continentibus libertates et franchesias dict. hominibus de Montilio per predecessores dicti nobilis olim datas et concessas : uno videl. scripto et signato, ut in eo legitur, manu et signo magistri Ysoardi publici notarii dom. Giraudi Ademarii, domini Montilii, bullatoque bulla plumbea impendenti dicti d. Giraudi Ademar. dom. Montilii, ut prima facie apparebat, recepto et confecto sub anno ab Incarnatione Domini M°CC°XXVIII°, XIII° kalend. januarii; *b)* item, alio instrumento scripto, recepto et signato... per mag. Petrum Arnulphi notarium publ. dom. Lamberti Ademar. domini Montilii ac per mag. Petrum

Chabraria notar. publ. nob. viri d. Giraudi Ademar. domini Montilii, bullatoque impendenti bullis plumbeis dict. d. Lamberti et d. Giraudi Ademar. dominorum Montilii... ac recepto sub anno Domini M^{o}II^{c}LXX°V^{o}, videl. pridie idus octobris ; *c)* item, alio instrumento scripto... et signato per mag. Johannem Arnulphi notarium publ. auct^{te} imp^{li} et nob. viri d. Giraudi Ademar. domini Montilii, de quo quidem instr^{to} notam sumpsit et recepit mag. Petrus Arnulphi notar. pub. condam, sub anno Incarn. Dom^{i} M^{o}CC^{o}LXXIX°, scil. die lune post festum beati Mathie apostoli ; *d)* item, alio publ. instrumento scripto... et signato manu et signo mag. Petri Chabraria notarii publ. d. Giraudi Ademar. domini Montilii, ac recepto sub anno ab Incarn. Dom^{i} M^{o}CC^{o}LXXX°, scil. IIII° idus augusti ; *e)* item, alio instrumento scripto, recepto... et signato per mag. Petrum Arnulphi notarium publ. d. Lamberti Ademar. domini Montilii et per mag. Henricum notar. pub. nob. viri d. Giraudi Ademar. dom. Montilii, ac bullato bullis plumbeis dict. d. Lamberti et Giraudi Ademar. dom. Mont. impendenti et recepto sub anno Incarn. Dom^{i} M^{o}CC^{o}LXXX, scil. die lune post Natale Domini ; *f)* item, alio instrumento publ. scripto, recepto... et signato manu et signo mag. Petri Chabraria notarii publ. d. Giraudi Ademar. domini Montilii, sub anno Incarn. M^{o}CC^{o}LXXX°, scil. VIII kalend. febroarii ; *g)* item, alio instrumento publ. scripto... et signato per mag. Petrum Arnulphi auct^{te} imp^{li} notarium publ. ac bullatum impendenti bulla plumbea nob. viri dom. Guigonis Ademar. domini Montilii condam... receptoque sub anno Incarn. Dom^{i} M^{o}CC^{o}LXXX°V^{o}, videl. sexto ydus decembris ; *h)* item, alio instrumento publ. scripto... et signato manu et signo mag. Esmidonis Saramandi notarii publ. auct^{te} imp^{li} et viri magnif. et pot. Giraudi Ademar. domini Montilii, de quo notam sumpsit mag. Henricus de Montilio condam notar. publ., sub anno Dom^{i} M^{o}CCC^{o}XX°, scil. VII die mensis junii ; *i)* item, alio instrumento publ. scripto... et signato per mag. Petrum Arlacani de Valencia, habitatorem Montilii Ademar. auct^{te} imp^{li} et nob. et pot. viri d. Giraudi Ademar. domini Montilii publ. notarium, de quo quidem instr^{to} notam sumpsit mag. Johannes Arnulphi notar. publ. condam, sub anno Incarn. Dom^{i} M^{o}CCC^{mo}XL° VII°, videl. XV die mensis novembris ; omnes et singulas libertates et franchesias in dict. novem instrumentis et eorum quolibet contentas... necnon omnes alias universas et singulas que reperirentur per predecessores ipsius nob. Giraudi seu eorum aliquem olim date seu concesse fuisse, ex ejus certa sciencia, per se, heredes et successores suos quoscumque, approbavit ratifficavit et eciam confirmavit, cum om-

nibus capitulis, pactis in instrumentis dict. franchesiarum contentis et eciam expressatis, et prout melius, clarius et firmius potest intelligi sive dici, ad utilitatem hominum predict. presencium et eciam futurorum ; volens et concedens expresse, specialiter et per pactum dict. nobilis Giraudus, quod omnes alie.. libertates, immunitates et franchesie que reperirentur in quibuscq. publ. instrumentis seu licteris auctenticis alias date seu concesse hominibus antedictis, habeantur et ita firmiter observentur ac si essent inserte et de verbo ad verbum expressate in hoc presenti publ. instrumento, et ea voluit (pro) insertis et expressatis haberi. Promitens idem dominus Montilii pro se et heredibus et successoribus suis universis, rectoribus antedict. et aliis hominibus dicti loci Montilii.. nobisque notariis... partis ipsius domini Montilii.., se dict. franchesias et libertates omnes et singulas tenere et custodire ac inviolabiliter observare nunquamque contra facere vel venire... nec contravenire volenti.. consentire, ymo contravenienti.. totis viribus obviare, sub juramento per ipsum prestito sponte tactis Dei Euvangeliis corporaliter sacrosanctis. — *6)* Porro voluit et expresse concessit dict. nobilis Giraudus Ademar. dominus Montilii per nos notarios infrascriptos et nostrum quemlibet poni, inseri ac redegi de verbo ad verbum tenores dict. novem instrumentorum sibi exhibitorum dictasque libertates et franchesias continencium in hoc pres. pub. instrumento, ipsisque tenoribus... fidem plenariam, validam et inconcussam haberi et eciam adhiberi, et tantam quantam esset originalibus adhibenda.., ita quod decetero originalia ipsa exibere non sit opus, sed contentis in hoc pres. pub. instrumento imposterum plena fides adhibeatur, omnibus excepcionibus, subterfugiis et excusacionibus juris et facti cessantibus penitus et exclusis ; renuncians idem nob. Giraudus super predict. omnibus scienter et consulte et sub virtute.. prestiti juramenti... excepcioni non sic celebrati contractus... et omni actioni et exceptioni doli, vicii et erroris juris et facti... et omnibus clausulis, capitulis atque causis contentis in titulo C. de donationibus revocandis et cuicumque juris canonici et civilis, divini et humani ac eciam consuetudinarii beneficio et auxilio... — *7)* Preterea prefatus nobilis Giraudus Ademar. dominus Montilii volens, cuppiens et intendens predict. libertates et franchesias... actendere et inviolabiliter observare, tam per se quam per ejus successores dominos Montilii, et quod eciam ejus officiales presentes et futuri eas observare debeant et teneantur, voluit et precepit, instantibus et requirentibus Raymundo Arnaudi et Esmidono Saramandi, rectoribus supradictis, ven[li] viro dom. Guigoni Poncii,

utriusque juris perito, judici suo Montilii, ac nobili domicello Hugueto de Montilio, bajulo dicti loci, ac magistro Guillelmo Perroti, notario curie dicti loci ipsius nob. Giraudi, necnon Guillelmo Silvi, Raymundo Truellerii et Nicholao Aoudi, servientibus dicte curie ibidem presentibus, quatenus predict. franchesias et libertates jurent ad s^a Dei Euvangelia et quamlibet earumdem actendere, complere et inviolabiliter observare... ; qui quidem dom. judex et bajulus ac servientes predicti ipsas et singulas libertates et franchesias actendere, complere ac inviolabiliter observare, et contra modo aliquo non facere seu venire nec venire volenti aliquathenus consentire, ymo contravenienti totis viribus obviare promiserunt et juraverunt, et magister Guillelmus Perroti notarius... similiter tactis Dei Euvangeliis per ipsum sponte tactis. De quibus omnibus et singulis predicti rectores et alii homines.. pecierunt eis et eorum cuilibet, si et prout habere voluerint, fieri unum seu plura publ. instrumenta,.. que pretensus nob. Giraudus... fieri et tradi concessit per nos notarios... — *8)* Tenores vero predict. novem instrumentorum, de quibus supra habetur mencio, de verbo ad verbum per ordinem sequntur et sunt tales ; et primo tenor primi instrumenti sequitur et est talis : « Anno *(vide sis supra, ch. XV, p. 26-9)*... *(l. 7)* totam v. quest... *(l. 17)* Euv... *(l. 34)* accap... *(l. 35)* consi... *(l. 45)* Licio *(l. 57)* percuti,.. vel ei vel c. n... *(l. 67)* precip... sigillavi. » Item sequitur tenor secundi instr[ti] in hec verba : « Anno... *(vide ch. XXII, p. 40-4)*... predict. » Sequitur eciam tenor tercii instr[ti] in hunc modum : « In nomine... *(vide ch. XXIII, p. 44-6)*... et cet... premissorum. » Sequitur autem tenor quarti instr[ti] in hunc modum : « In nomine... *(vide ch. XXIV, p. 47-51)*... dom. Gir. » Item sequitur tenor quinti instr[ti] in hunc modum : « In nomine... *(vide ch. XXV, p. 51-3)*... omnium predict. » Item sequitur tenor sexti instr[ti] ut ecce : « Noverint... *(vide ch. XXVI, p. 54-5)*... scribi feci. » Sequitur vero tenor septimi instr[ti] et est talis : « In nomine... *(vide ch. XXVII, p. 56-61)*... predict. » Sequitur eciam tenor octavi instr[ti] in hec verba : « In nomine... *(vide ch. XXXVIII, p. 88-91)*... signavi. » Item sequitur tenor noni et ultimi instr[ti] et est talis : « In nomine... *(vide ch. LIII, p. 127-30)*... premissorum. » Acta fuerunt hec Montilii Ademarii, in aula fortalicii antiqui ipsius domini Montilii, presentibus testibus nobilibus et circumspectis viris dom. Guigone Ademarii domino Sancti Albani, Hugone Ademarii domino Tilii, patruis ipsius domini Montilii, Aymario Ademarii fratre dicti domini Montilii, Raymundo Trenellhani legum doctore, Petro Melheti de Vivario jurisperito, et

magistro Guillelmo Perroti notario, qui de predict. omnibus et singulis una mecum Guillelmo de Cruce notar. pub. subscripto debet conficere unum seu plura publ. instrumenta.

† Ego vero Guillelmus de Cruce, clericus Claromonten. dyocesis, habitator dicti loci Montilii auct[te] imp[li] notarius publ., predictis.. dum sic agerentur... presens interfui et predicta novem instrumenta publ. superius inserta vidi, tenui atque legi et de predictis.. notam sumpsi et recepi, de qua hoc pres. instrumentum publ. in istis undecim pellibus pergameni simul unitis et ligatis ac in qualibet junctura ipsarum signo meo solito signatis extraxi et in hanc publ. formam redegi, et facta diligenti collatione... hic manu propria fideliter me subscripsi signoque meo solito signavi in testimonium premissorum.

† Ego vero Guillelmus Perroti dicti loci Montilii, auct. imp. et curie Montilii prefati nob. Giraudi.. publ. notarius, premissis... interfui et inde notam recepi et... ad requisicionem predict. Esmidonis Saramandi et Raymundi Arnaudi, rectorum dicti loci pro parte dicti domini Montilii, et mandato et voluntate ejusdem dom[i] Montilii hic me subscripsi et in qualibet junctura dict. pellium circa finem ac in pede hujus ultime pellis juxta subscriptionem meam huj[di] signum meum apposui consuetum ad robur et testimonium omnium premissorum.

(*) Original coté let. H (*Invent.* de 1662, f° 2 v°), composé de 11 peaux de parch. réunies par des lanières. — Copie dans le *Cartul.*, f° 26 v° à 49 v°. Autre incompl. dans le recueil B (n° 35).

LVII. *2 février 1354.*

Instrumentum originale libertatum concessarum per alterum ex dominis Montilii Adhemarii*.

In nomine Domini, amen. Noverint univ. et sing. hoc pres. publ. instrumentum visuri et audituri, quod anno Incarnationis Domini M°CCC[mo] quinquagesimo tercio et die secunda mensis febroarii, magnificus et potens vir Giraudus Ademarii domicellus, dominus Montilii Ademarii, Valentin. dyocesis, actendens et considerans homines suos Montilii et eorum predecessores valde fideles sibi suisque predecessoribus extitisse et ipsius ac predecessorum suorum serviciis jugiter ac fideliter inheruisse tanquam boni homines et fideles, actendens eciam plurima et diversa servicia sibi facta et impensa per dict. homines suos et que de die in diem facere non cessant, volens eisdem

suis hominibus retribucionem reddere ut boni ipsi homines effici cupiant meliores, omnes univ. et sing. libertates, franchesias, inmunitates olim datas et concessas per predecessores ipsius.. hominibus suis de Montilio present. et fut. ratifficavit, emologavit pariter et confirmavit, ac aliquas de novo dedit franchesias et libertates medio juramento sicut lacius continetur in quod. publ. instrumento *(ch. preced.)*. Verum cum idem dominus Montilii cuilibet de hominibus suis present. et fut. habere volenti concesserit fieri publ. instrumentum de ipsis libertatibus et propter prolixitatem verborum, quia dicte libertates erant in novem instrumentis comprehense modoque in uno instr^to^ sunt reducte, ne ipse [liber]tates perire valeant et ad eternam rei memoriam perhabendam, idcirco capitula dict. libertatum per ordinem inferius sunt descripta ut facilius intel[ligi et] reperiri valeant ac prolixitates abreviari ; et primo idem dominus Montilii dedit et concessit dict. hominibus suis de Montilio present. et fut. [pro libertate] et franchesia, videl. quod rectores et custodes loci Montilii, qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint infinitum, possint et valeant libere et [impugne] eligere et ponere tociens quociens opus fuerit banneatores et porcherios, ne dict. nobilis Giraudus seu sui successores banneatores seu [porcherios] eligant neque ponant nec eligere sive ponere possint nec debeant : qui banneatores et porcherii eligendi jurare debeant in manibus bajuli ipsius [nob. G]iraudi et successorum suorum... quod in eorum officiis excercendis bene et fidèliter se habebunt. — § 2) Item, cum esset [consuetudo in] loco de Montilio [et obtentu]m per tantum temporis spacium quod memoria de contrario non existit nec erat, quod homines Montilii et eorum quilibet [debitores suos ve]l quemlibet erga [quem aliqua]m rancuram haberent seu haberet, auctoritate sua propria pignorare possent sine pena legali, et si aliquem injuste [pignorarent, licet pign]us [reddi oporteret, non in]de penam aliquam incurrere deberent neque dampnum, voluit et concessit idem nob. Giraudus... quod homines sui de Mont... [et quilibet eorum]... possit et valeat uti, frui eciam et gaudere libere et impugne libertate predicta... absque aliqua pena... exigenda, ita quod si pignus aliquod... ab aliquo forensi.. [caperetur,] quod illud [pignus seu] pignora a forensibus capienda curie Montilii ipsius nob. Giraudi et successor. suor. [apport]are seu adduc[ere debe]at seu faciant adduci [seu apportari..] de ipsis forensibus recipienda coram curia prelibata. § 3) Sane cum antiquissimi predecessores ipsius Giraudi hominibus eorum de M[ontilio libertatem e]t franchesiam dedissent et concessissent, quod homines eorum de Montilio possent facere... sex rec-

tores, custodes sive conservatores, et modo pro parte dom[i] nostri pape et nob. et pot. viri dom. Gaucherii Ademarii, dominorum Montilii pro medietate, sint quatuor rectores seu custodes per homines partis ipsorum in ipso loco Montilii deputati et electi, voluit et concessit idem nob. Giraudus... quod ipsi homines.. ac eorum imperpetuum successores possint et valeant pro parte ipsius nob. G. facere, constituere et creare quatuor rectores, custodes seu conservatores, et juramentum ab ipsis recipere et de eorum officiis fideliter [exerc]endis, prout alias in talibus in ipso loco Montilii extitit observatum, licencia, consilio et voluntate ipsius nob. Giraudi et suorum imperpetuum successorum seu alicujus officialis minime expectata seu in aliquo requisita. § 4) Rursus ut omnis materia infringendi et violendi franchesias et libertates jam dictas et eciam infrascript. per officiales quoscq. dicti domini Montilii et suorum successorum penitus amputetur, dicteque libertates inviolabiliter observentur, donavit, voluit et concessit dict. nob. Giraudus, dominus Montilii,.. per imperpetuum hominibus suis dicti loci Montilii franchesiam et libertatem infrascript., videl. quod bayllivi et judices et bajuli Montilii notariique curie et servientes dicti loci... ipsius domini Montilii... jurent jurareque teneantur et debeant.., ad simplicem requisicionem rectorum... seu cujusvis eorumdem, dict. libertates et franchesias et earum quamlibet ac eciam infrascrip. omnes et singulas custodire et inviolabiliter observare ac nunquam, quamdiu in dictis manebunt officiis, contrafacere seu venire; et si officiales ipsi seu eorum aliqui recusarent dict. juramentum prestare, dict. dominus... officiales recusantes jurare compellant et compellere teneantur ad prestandum juramentum predict. — Sequntur eciam libertates et franchesie per predecessores dicti nob. Giraudi Ademarii, domini Montilii, date et concesse hominibus eorum de Montilio present. tunc et fut., contente in novem instrumentis scriptis et subscriptis per diversos notarios, ac per ipsum nob. Giraudum.. ratifficate et confirmate medio juramento prout superius est pretactum. § 5) Et primo per predecessores dicti nob. Giraudi hominibus suis de Montilio.. fuit data et concessa talis libertas, ne decetero totas vel questas vel aliqua nova exactio vel prava usatica in eis facerent vel aliquo modo fieri permiterent, nec eis per vim vel per aliquam forciam gravamen aliquod vel jacturam, nisi juris vel justicie debito, conarent inferre : quod si ipsi predecessores vel aliquis eorum successorum predict. libertatem quocq. modo violare temptaverit, jamdict. omnes homines suos et res eorum in villa [Montilii sub dominio eorum in pres]enti vel infuturum existentes ab omni

jure et fidelitate et hominio absolverunt. § 6) Item donaverunt [et concesserunt..].. quod homines sui de villa Montilii predia sua *(p. 27, l. 23)*... *(l. 25)* senoria eorumdem vel eorum infuturum et sunt... censu, sine consilio predecessorum predict. et suorum successorum. § 7) Item concesserunt et donaverunt predict. hominibus suis in villa Montilii existentibus *(p. 28, l. 6-16)*.... hom. suo v... vel ei vel c. n. e... const. dict. predecessoribus vel successoribus suis in... ipsius. § 8) Item dederunt et concesserunt *(p. 40, l. 10-24)*... eamdem. § 9) Concesserunt eciam *(l. 25-38)*... potestatem omnibus... prestent rectoribus ville Montilii, quod ipsi... et levare. § 10) Item voluerunt et concesserunt ac dederunt plenam et liberam potestatem dict. rectoribus ut ipsi possint ordinare *(p. 41, l. 5-34)*... expedire. § 11) Item voluerunt et dederunt libertatem *(p. 41, l. 35-9)*... mortui. § 12) Post hec predecessores dicti nob. Giraudi promiserunt quod ipsi *(p. 42, l. 24-37)*... procurabunt. § 13) Item, cum predecessores dicti nob. Giraudi abusi fuerint quamvis indebite et injuste prohibendi ne mulieres que eorum erant jurisdictionis collocarentur in matrimonium hominibus domini Montilii, parerii ipsorum, absque eorum voluntate et concensu ; item, quod si aliqui homines starent in villa Montilii ibidem *(p. 45, l. 1)*... extorquebant... ipsis... *(l. 7)* : igitur predecessores predicti per se et successores suos imperpetuum promiserunt quod ipsi non abuterent decetero *(l. 13)*... non prohibent, *etc*... voluntate. § 14) Item per predecessores dicti nob. Giraudi sing. hominibus et mulieribus habitantibus et habitaturis imposterum fuit concessum pro privilegio (*p. 48, l. 5-17*)... brevi predecessorum dicti nob. G. in... presencia predecessorum predict. et suorum successorum seu officialium. § 15) Item dom. Giraudus Ademarii bone memorie condam, dominus Montilii, per se et successores suos voluit et concessit (*p. 48, l. 28*)... q. tunc morabantur... (*l. 35*) simplicem... (*p. 49, l. 10*) homin. suis... de dominio ac brevi ipsius dom. Gir. § 16) Item dict. dom. Giraudus condam bone mem... predict. hominibus franquesiam et libertatem dedit (*p. 49, l. 11*).., (*l. 15*) inmiti.., inferri... (*p. 50, l. 10*) successorum. § 17) Item dict. dom. Giraudus (*ibid.*)... hominibus. § 18) Post hec nobilis dom. Giraudus Ademarii bone memorie condam, dominus Montilii, promisit bona fide et sub obligatione omn. bonorum suor. medio juramento, quod ipse nobilem dom. Lambertum, dominum Montilii, et homines (*ch. XXV, l. 9*)... fac.; promisit et... (*p. 52, l. 2*) faciendorum. Et vice versa dict. dom. Lambertus, dominus Montilii, predicta convenit et promisit dicto dom. Giraudo, domino Montilii, et hominibus suis de Mon-

tilio. § 19) Item nob. vir Giraudus Ademarii, dominus Montilii bone memorie condam, per se et successores suos imperpetuum concessit (*p. 54, l. 32*)... (*p. 55, l. 1*) gachare... sarcham... al. nec tran... deportare. § 20) Item per dom. Guigonem Ademarii bone memorie condam, dominum Montilii,.. fuit promissum cum juramento quod ipse estancham (*p. 58, l. 24*)... n. faceret... deportare. § 21) Item promisit idem dom. Guigo Ademar. condam... se non compellere directe (*l. 33*)... s. ejus d., *etc*... pretermissis. § 22) Item, si contingeret quod per curiam dicti dom. Guigonis daretur tutela aliqua sive cura, promisit quod si expense alique leventur quod moderate habeantur et inmoderatis expensis abstinebit. § 23) Item voluit et concessit quod homines sui de Mont... possint infra (*p. 59, l. 7*)... eorumdem. § 24) Postque nobilis et potens vir dom. Giraudus Ademarii, dominus Montilii bone memorie condam, fecit convenciones et ordinationes et pacta infrascriptas et in-ta et concessit hominibus dicte ville Montilii et omn. incolis et habitantibus in eadem, et primo fuit ordinatum et concessum per dict. d. Giraudum unacum nob. viro et pot. dom. Hugone Ademarii, domino Montilii, per se et suos successores quod draperii (*ch. XXXVIII, l. 15*)... (*l. 23*) berruetis... (*p. 89, l. 3*) famulorum... (*l. 18*) decoustit... (*l. 27*) b. possint assum... (*p. 90, l. 20*) minuitim... concordare. § 25) Item magnif. et potens vir dom. Giraudus Ademarii, dominus Montilii, predecessor dicti nob. Giraudi,.. (promisit) quod quocienscumque (*p. 129, l. 9*)... requisitus. § 26) Item voluit et concessit dict. dom. Giraudus... quod nullus (*p. 129, l. 23*)... recusare. § 27) Date vero et concesse fuerunt IIIIor prime libertates et alie subsequentes ratifficate et confirmate (per) prefat. nobilem Giraudum Ademarii, nunc dominum Montilii,.. cum juramento ac debitis renunciationibus.., in aula fortalicii antiqui ipsius domi Montilii, presentibus testibus nobilibus et circumspectis viris dominis Guigone Ademarii, domino Sancti Albani, Hugone Ademarii, domino Tilii, patruis ipsius domi Montilii, Raymundo Trenelhani, legum doctore, Petro Melheti, jurisperito de Vivario, et magistro Guillelmo Perroti, notario...

G. Et me Guillelmo de Cruce, clerico Claromonten. dyocesis, habitatore dicti loci Montilii, auctor. imper. publ. notario, qui... requisitus per Pon. Malisanguinis, hominem dicti domi Montilii, libertates supradict. et capitula earumdem... in hanc formam publ. in istis tribus pellibus pergameni simul junctis et ligatis redegi... et signo meo consueto tam in fine.. quam in junctura pellium signavi.

† Ego vero Guillelmus Perroti de Montilio, auctor. imper. et dicti

domi Montilii publ. notarius... me subscripsi et signo meo consueto signavi et bulla plumbea dicti domi Montilii bullari feci in testimonium premissorum.

(*) Original parch. formé de 3 peaux réunies, avec trace de bulle pendante sur cordon vert à double queue, coté let. F (*Invent.* de 1662, f° 2, qui mentionne qu' « au bout du 3e et dernier parch. est aussi le cachet dud. Giraud Adhaymar, y estant representé d'un costé a cheual tenant d'une main l'espée et de l'autre l'escu marqué de ses armes, qui sont d'or à trois bandes d'asur, et de l'autre costé sont graués ces mots GIRAVDI ADEMARII MILITIS DOMINI MONTILII ») ; au dos : *Confirmatio libertatum.*

LVIII. *13 juin 1352.*

Pro domino Grinhani super pedagio Montilii*.

Noverint univ... quod anno Incarnat. Domini mill'o tricentesimo quinquagesimo secundo et die videl. XIII mensis junii, constitutus nobilis vir Berengarius Artoleni, dominus Merceyracii, bayllivus terre viri magnif. et potentis Giraudi Ademarii, domini Graynhani et de Alpibus, apud Montilium in presencia magn. et pot. viri Giraudi Ademarii de Montilio, domini dicti loci, dicens, signifficans et exponens idem nob. Berengarius bayllivus predict., nomine et vice et ad opus dicti domi Graynhani, quod idem dominus Montilii tenetur, debet et facit et ipse et sui predecessores faciunt et facere consueverunt dicto domino Graynhani et suis predecessoribus annis singulis novies viginti libras percipiendas et levandas in et super pedagio Montilii terre et aque dicti domi Montilii, monete que levatur et persipitur in et pro dicto pedagio.., solvendas per solutiones infrascriptas, videl. in festo Omnium Sanctorum C. libras et in festo Pasquatis sive Resurrectionis proxime subsequentis IIIIxx lib.., annis singulis perpetuo.. ipso domino Graynhani et suis successoribus.. : pro quibus solvendis... levator quicumque fuerit.., pedagiator seu perseptor... jurare tenetur et debet ac obligare se et bona sua de satisfaciendo dict. IXxx libras... ipsi domino Graynhani et suis vel alteri certo ejus nuncio speciali et de non amovendo emolumenta, redditus et obventiones dict. pedagiorum per se nec alium donec et quousque ipsi domo Graynhani.. fuerit... plenarie satisfactum ; unde petit, suplicat et requirit idem nob. Berengarius bayllivus.. quatenus... pactiones, conventiones et promissiones inter ipsos dominos Montilii et Graynhani inhitas jurare faciat pedegatoribus, levatoribus et perseptori-

bus pedagiorum predict. et obventionum eorumdem cum effectu de solvendo sive satisfaciendo dicto dom° Graynhani... dict. IXˣˣ libras. Qui quidem dominus Montilii, auditis et intellectis requisitionibus et signifficationibus eidem factis consonantibus rationi, dixit, respondit et nunciavit dicto bayllivo quod levator sive pedagiator Montilii Adem. in et pro terra direxit gressus suos Avinyonem et absens est a loco Montilii, quare presentiam ejusdem habere non potest, set ibidem dum venerit, licet ipsum pedagium eidem arrendaverit certo tempore, paratus se offert ut convenit et tenetur facere dicto pedegeatori prestare juramentum... ; tamen ibidem et in ejus presencia venire et vocare fecit Michellem Thome de Ancona, perseptorem et levatorem pedagii Montilii in et pro aqua.., cui precepit ut *supra* : qui dict. Michel pedagiator... promisit, bona fide et sub obligatione omnium bonorum suorum, dicto nob. Berengario... eidem dom° de Graynhano... solvere predict. IXˣˣ libr. annis singulis.. quamdiu levaverit pedagium... et juravit... Et nichilominus dictus nob. Berengarius... fuit sollempniter protestatus quod dicto dom° Graynhani sit salvum jus juramentum recipiendi et obligationem ac cetera alia... De quibus... Acta fuerunt hec Montilii, in fortalicio dicti domini, videl. in aula inferiori, testibus presentibus Vitali Fabri de Albenassio, scutifero dicti domⁱ Montilii, Jacobo Escoferii, mag. Johanne Jaquerii notario et me Petro Barasti, publ. imperyali auctor. notario...

(*) Original parch. à la Biblioth. impér., ms. lat. 9239, n° 29.

LIX. *(1353).*

(Homagium Aymari de Pictavia Innocentio VI prestitum)*.

In nomine Domini, amen. Noverint univ... quod anno etc., pontifficatus SSᵐⁱ in Xpisto patris et domⁱ nostri d. I(nnocentii) digna Dei providencia pape VI anno primo, spectab. et magnif. vir dom. Aymarus de Pictavia, comes Valentin. et Dyensis, in presencia dicti dom. n. pape personaliter costitutus, confessus fuit et in veritate publice recognovit se tenere tenereque velle et debere a dicto dom. n. papa et dd. cardinalibus et sancta Romana ecclesia, racione comitatus Venayssini, in feudum et nomine feudi castra de Garda et de Raco cum omnibus juribus et pertinenciis eorumdem, videl. omnia jura que nobilis vir Huguonetus Adeymarii condam habebat in dicto

castro de Raco : que castra tenet in feudum nobilis vir dom. Hugo Adeymarii miles, dominus de Garda, filius dicti Huguoneti condam, a dom. comite Valentin. et Dyensi prefato ; item castrum de Montilio Adeymarii, videl. omnia jura et rationes que et quas dict. d. comes habet et dict. Hugonetus condam habebat et habere videbatur in dicto castro Montilii Adeym., territorio et pertinenciis ejusdem, tam in mero et mixto imperio et omni alia juridictione quam omnibus que pertinent seu pertinere videntur ad dict. castrum, et partem castri de Savassia que condam fuit dicti Hugoneti Adeym., domini Montilii, et omnia jura que quondam dict. Hugonetus habebat in ipso castro : quas partes dict. castrorum Montilii et Savassie nunc tenet in feudum ab eodem dom. comite Valentin. et Dyensi nobilis vir dom. Galcherius Adeymarii, filius dicti Hugoneti condam ; item omnia jura que dict. Hugonetus Adeym. condam habebat........ De quibus castris et partibus castrorum et feudis prefatus dom. comes fecit homagium dom° nostro pape... et fidelitatis prestitit juramentum, cum omn. et sing. capitulis que in fidelitatis forma plenius continentur, ponendo manus suas infra manus dicti dom. nostri pape, receptus idem dom. comes ad pacis osculum per dict. dom. papam.. ; fuit tamen dict. dom. comes sollempniter protestatus.., de voluntate et expresso concensu dicti dom. pape, quod licet ipse d. comes ob reverenciam sanctitatis dicti dom. pape faciat eidem presens homagium flexis genibus, eidem dom. comiti suisque successoribus ob hoc nullum prejudicium generetur seu valeat generali.... *(Sequitur homagium quod prestitit 5° novemb. 1346, a. 5 Clementis VI, Aymarus de Pictavia, comes Valentin. et Diensis, Hugoni de Ruppe militi, rectori comitatus Venayssini ; deinde bulla Bonifacii papæ VIII, data Romæ apud S^um Petrum, 3° non. aprilis, pontificatus sui a. 2, directa Aymaro de Pictavia, comiti Valentino, et Hugoni nato condam Hugonis Adeymarii, domini Montilii Adeym., super castris de Garda et de Raco, de Savassia et Castrinovi Dalmaceni : in qua inseritur ch. XXXII, p. 74-6)*... Actum, etc.

(*) Arch. de l'Isère. reg. *II^us homagiorum receptorum per Reym. Humberti* (B. 29), f° xxxix ; en tête : « Homagium prestitum per dom. Hugonetum (!) comitem Valentinen. et Dyensem dom° nostro pape, pro castris de Garda, de Raco et suis juribus et pertinenciis, necnon castra Montillii Adhemarii, item de parte castri Savassie, castri de Sauzeto, Castri Novi Dalmaceni. de Petralapta, de Rossacio et de Valauria. »

LX. *21 décembre 1356.*

Privillegium concessum per imperatorem (Karolum IV) dom° Gaucherio Ademari de Montilio*.

In nomine sancte et individue Trinitatis, feliciter, amen. Karolus quartus, divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus et Boemie rex, ad perpetuam rei memoriam. Etsi quorumlibet vota fidelium libenter admittat imperialis serenitas, illorum tamen preces liberalius exaudit quorum exaudiri graciosius sincera quam ad nos et sacrum gerunt imperium fides et devocio promerentur. Sane nobilis Gaucherius Ademari de Montilio, noster et imperii sacri fidelis dilectus, majestatem nostram accedens, humiliter supplicavit ut nonnulla jura ac certa pedagia infra scripta, quorum possessionem pacificam et quietam, a tanto tempore de cujus contrario memoria hominum non existit, se et progenitores suos habuisse asserit, sibi, heredibus ac successoribus suis imperiali auctoritate approbare, ratifficare, innovare, de novo concedere et confirmare dignaremur. Jura vero et pedagia, que dictus Gaucherius sibi, heredibus et successoribus suis rite competere et in quorum possessione se et progenitores suos debite fuisse asserit ut prefertur, sunt hec : in primis quod quocienscumque a prima vel secunda sentenciis a quibuscumque judicibus in terris sibi immediate vel mediate subjectis in judicio prolatis appellari contingeret, quod ad ipsum, suos heredes et successores hujusmodi appellacio debeat interponi ; item quod quocienscumque aliquis ballivus, castellanus, judex vel officialis quicumque, cujuscumque dignitatis, preheminencie, condicionis, gradus aut status extiterit, in terris ipsi Gaucherio immediate vel mediate ut predicitur subjectis, in ipsorum officiis aut extra delinquerint quovis modo, quod ipse Gaucherius, sui heredes et successores ipsum delinquentem coram judice seu judicibus ydoneis competentibus et expertis super ipso excessu impetere et in jus vocare debebunt, et si per deffinitivam sentenciam dicti judicis vel judicum, legitima tamen prius et plena cause cognitione super eo prehabita, apparuerit declaratum et sentenciatum fuerit predictos ballivos, castellanos, judices et officiales culpabiles et reos fore, et quod extunc idem Gaucherius, sui heredes et successores hujusmodi delictum punire ac delinquentem castigare et corrigere valeant, prout delicti natura et circumstanciarum qualitas postulant et requirunt ; item pedagia pretacta sunt hec, videl. pedagium Montilii, pedagium quod appellatur Ensos de Savassia, pedagium Montis

Bocherii, pedagium de Royna et pedagium de Montefroco. Nos vero multiplicia merita probitatis et preclare devocionis insignia quibus Gaucherius et sui progenitores prefati nos et sacrum Romanum imperium dignis quidem honoribus venerari studuerunt limpidius intuentes, peticioni predicte cum rationi sapiat favorabiliter annuentes, dicto Gaucherio suisque heredibus et successoribus singula jura et pedagia prescripta, si et prout eadem ipse Gaucherius et progenitores sui ut asseruit juste et rationabiliter habuerunt et pacifice ac eciam ut prefertur possiderunt, animo deliberato, non per errorem, sed ex certa nostra sciencia, de innata nobis benignitatis clemencia, auctoritate cesarea et de imperialis plenitudine potestatis prout digne possumus, approbamus, ratifficamus, innovamus, de novo concedimus et tenore presencium graciosius confirmamus. Ceterum, ut Gaucherius, sui heredes et successores predicti tanto amplius ad nostra et imperii sacri incitentur obsequia quanto ampliora se a nostro culmine beneficia senserint recepisse, ipsis ex dono gracie specialis duximus concedendum quod si aliquis ballivorum, castellanorum, judicum vel officialium predictorum in terris prefatis crimen lese majestatis consilio, auxilio, opera aut alias nephario ausu quomodolibet notorie perpetrarent, quod ipse Gaucherius suique heredes et successores nostra imperiali auctoritate suffulti, hujusmodi forefactum quocienscumque per dictas personas et in terris prefatis perpetratum fuerit et de perpetracione hujusmodi notorie et legitime constiterit, punire et atroci pena pro nostro et imperii sacri honore ita valeant vindicare ut tam notabilis maleficii pena aliis transeat in exemplum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre majestatis paginam infringere vel ei ausu temerario quomodolibet contraire, sub pena centum marcharum puri auri quas ab eo qui contravenire presumpserit quociens tociens contrafactum extiterit irremissibiliter exhigi volumus, et earum medietatem imperiali erario, residuam vero partem injuriam passorum usibus applicari.

Signum serenissimi principis et domini dom. Karoli quarti, Romanorum imperatoris invictissimi et gloriosissimi Boemie regis. *(L. M.)*. — Testes hujus rei sunt venerabiles Boemundus Treverensis, Gerlacus Maguntinensis et Wilhelmus Coloniensis ecclesiarum archiepiscopi, illustres Rupertus senior, comes palatinus Reni et dux Bavarie, Rudolphus dux Saxonie et Ludovicus dictus Romanus, marchio Brandenburgensis, principes electores, venerabiles Johannes Argentinensis, Ademarius Metensis, Hugo Tullensis, Bertrandus

Virdunensis et Henricus Lubucensis ecclesiarum episcopi, Henricus Fuldensis, Theodericus Prumiensis, Androionius Cluniacensis et Everhardus Wissemburgensis abbates, illustres Rupertus junior, comes palatinus Reni et dux Bavarie, Johannes dux Magnopolensis, Wilhelmus Juliacensis et Fridericus Missenensis marchiones, spectabiles Burghardus Magdeburgensis, imperialis curie magister, et Albertus Nurembergensis burggrivi, Adolphus de Nassovo, Albertus de Anhalt, Valramus, Johannes de Spanheim, Henricus de Svartzburg, Johannes de Katzen Elembogen, Salentinu de Seyne, Fridericus de Lyningen, Gerhardus de Virneburg et Johannes de Salmen comites, et alii quamplures principes, comites, barones, nobiles et fideles nostri et sacri Romani imperii supradicti; presencium sub bulla aurea typario imperialis nostre majestatis impressa testimonio licterarum. Datum Metis, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, VIIIIe indicionis, XII kalendas januarii, regnorum nostrorum anno undecimo, imperii vero secundo.

(*) Copie du XVIe siècle, aux arch. de l'Isère, reg. Quartus liber copiarum Valentin. et Diensis IIII (B. 291), cah. xxxvj; à la fin : « et sigillatum sigillo aureo in quo est figura dicti imperatoris. collacio facta fuit cum proprio originali per me GUYON ». — Autre du XVIIe. à la biblioth. de Carpentras, mss. de PEIRESC, t. X, fº 24 (*Catal.*, III, 137). — Autre du XVIIIe, à la même biblioth., liasse 636, à l'an 1346 (*Catal.*, I, 446); à la fin : « Cor(recta) p(er) Jo(hannem) d(e) Prusmez. in tergo per d(om.) prepositum Magnonensem Rudolphus de Frideberg ».

LXI. *16 avril-29 octobre-23 novembre 1359.*

SALVA GARDIA HOMINUM DE MONTILLIO*.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti, amen. Noverint univ. et sing... quod, anno ejusd. Domi mill'io CCCo quinquagesimo nono, inditione duodecima mutata cum anno, die vicesima nona mensis octobris, pontificatus SSmi patris et domi d. Innocencii pape anno vo, constituti in presencia magnifici viri dom. Guillelmi de Vergeyo, domini Mirabelli, locumtenentis illis principis dom. Karoli, Francorum regis primogeniti, dalphini Viennensis, et coram me notario et testibus.. Guillelmus Perroti et Stephanus Chalamelli de Montilio Adhemarii, actores et actorio nomine nobilis Tassiete de Baucio, relicte viri nobilis Giraudi Adhemarii, condam domini dicti loci Montilii, tutricis Giraudeti filii comunis Giraudi et Tassiete predict., fidem facientes de eorum actoria per quod. publ. instrumentum,

cujus tenor inferius est insertus, eidem dom. locumtenenti et consilio dalphinali exposuerunt quod dicta tutrix, considerans personam et bona sua et dicti sui pupilli filii ac hominum suorum multis periculis subjacere, eo presertim quod nonnulli eorum emuli, nulla causa rationabili precedente, set pocius iniqua et tirannica voluntate commoti, alienis ditari facultatibus molientes, in castris, territoriis, hominibus, possessionibus et bonis aliis dicti pupilli et hominum suorum de Montilio, de Alondo et de bastida de Verro spoliaciones plurimas et predaciones hominum, animalium et bonorum aliorum, quandoque patentibus armorum insultibus et frequenter occultis, paratis insidiis graviter intulerunt, unde per experienciam preteritorum discrimina majora sibi et dicto pupillo ac hominibus suis et bonis eorumdem metuens affutura, cupivit multociens et adhuc cupit ex deliberatione plurium amicorum, hominum et subditorum suorum et dicti pupilli excellencie dalphinalis, ut sub ipsius salvegardie, proteccionis et tuitionis vigore queant vivere pacifice deffensi ab hujusmodi oppressionibus, graciam implorare ; pro cujus obtentu dicti actores ad prefatum dom. locumtenentem fuerunt, ut asserunt, presentialiter destinati, supplicantes actorio nomine quo supra dict. tutricem ejusque predict. pupillum filium ac castrum suum de Montilio, pro parte ad eum pertinente, castrum de Alondo cum ejus territorio, pro parte que tenetur in feudum a dom° episcopo Valentino, et bastidam predict. de Verro nec non homines et mulieres dict. locorum, mandamentorum et territoriorum suorum, una cum eorum... familiaribus et bonis mobilibus et inmob. quibuscq... recipi per dict. dom. locumtenentem in protectione et salvagardia dalphinali. Qui quidem dom. locumtenens, auditis expositione et supplicatione predict. eisque per eum et dalphinale consilium infrascr. matura deliberatione digestis, attentis plurimis gratis et acceptabilibus serviciis per dict. Giraudum condam et ejus predecessores impensis tam dom° nostro dalphino quam ejus predecessoribus dalphinis Viennensibus in eorum guerris et aliis multis modis, et quod ipsi fuerunt ab antiquis temporibus sicut et ipse Giraudetus et ejus successores esse debent homines et vassalli dicti domi nostri dalphini et successorum suorum, annuens desiderio prenominate tutricis ejusque supplicationi predicte.., ipsam tutricem dict.que Giraudetum ejus filium et castrum suum de Montilio pro parte ad eum contingente, castrum de Alondo pro parte que tenetur in feudum ab episcopo Valentino et bastidam predict. de Verro, una cum eorum mandamentis et territoriis et cum hominibus, mulieribus, et personis quibuscq. present. et fut.., una etiam cum

familiaribus, rebus et bonis mobilibus et inmob. personarum predict.., in salvagardia, protectione, deffensione, guidagio et conductu predicti dom^{i} nostri dalphini usque ad decem annos inclusive proxime et continue sequturos, tenore presentis publ. instrumenti posuit et recepit, sub modis et condicionibus infrascriptis, videl. quod dicta tutrix sua durante tutela ipseque Giraudetus dum ad etatem legitimam pervenerit pubertatis teneantur et debeant, pretextu et occasione dicte salvegardie, anno quolibet dicto durante decennio dare et solvere prefato dom^{o} nostro dalphino vel ejus thesaurario aut alii cui duxerit ordinandum quinquaginta florenos auri comunis ponderis dalphinalis terminis infrascriptis, videl. L^{a} floren. pro primo anno dicte salvegardie hinc ad proximum festum Purificationis beate Marie, et alios L^{a} flor. pro secundo anno ipsius salveg. in festo Omnium Sanctorum extunc inmediate sequenti quod erit anno Dom^{i} M^{o}CCC^{mo}LX°, et sic de anno in annum in dicto festo Omnium Sanctorum L^{a} floren. auri usque ad decem soluciones dumtaxat pro X annis predict. quibus durare debet, ut premictitur, salvagardia supradicta ; nec non de et cum omnibus et singulis hominibus dict. castrorum, mandamentorum et territoriorum Montilii et Aloudi... et bastide de Verro prefatum dom. nostrum dalphinum in guerris suis, quas in Dalphinatu vel occasione Dalphinatus haberet, sequi et juvare teneantur et debeant contra quascumque personas, exceptis dominis suis a quibus predicta loca tenentur, videl. per octo dies integros expensis et stipendiis ipsorum tutricis, Giraudeti et hominum suorum, et ulterius eciam lapsis dict. octo diebus quantum dicto dom. nostro dalphino placuerit, expensis tamen ipsius d. n. dalphini, quocienscumque durante dicto decennio per ipsum d. n. dalphinum vel ejus locumtenentem aut bayllivum super hoc fuerint requisiti ; et inde pro premissis actendendis dare debeant et teneantur hinc ad unum mensem proximum dicto d. n. dalphino... fidejussiones, obligaciones et securitates decentes. Quibus predict. mediantibus, voluit et concessit dict. dom. locumtenens nomine dalphinali quod prenominati tutrix, pupillus et eorum homines locorum predict. possint et sibi liceat ubicumque locorum tocius Dalphinatus ire, redire, conversari et negociari cum eorum rebus et bonis quibuslibet tute et secure, absque illicita molestia qualicq. ; mandans itaque ipse dom. locumtenens tenore presentis instrumenti universis et singulis bayllivis, judicibus, castellanis et ceteris officialibus ac subditis, nobilibus et innob. tocius Dalphinatus.., modernis pariter et futuris, maxime bayllivo et judici baroniarum Medullionis et Montis Albani et castellano Cabeoli vel eorum

locatenentibus, quos et eorum quemlibet insolidum gardiatores et exequtores predicte salvegardie specialiter deputavit, quatenus prenominatos tutricem et pupillum eorumque castra, loca, homines, mulieres et bona eorum mobilia et inmob. in pres. salvagardia comprehensos et c-sa a quibuscq. oppressionibus, injuriis et molestationibus indebitis, a vi armorum et potencia laycorum sicut proprios homines et alios garderios dalphinales viriliter protegant et deffendant; et si quid a quoquam temere factum vel presumptum fuerit aut fieri contigerit contra formam et tenorem salvegardie presentis, id celeri remedio ad statum prestinum revocari faciant et procurent, absque alterius expectatione mandati, ipsamque salvamgardiam in locis quibuscq. ubi expedierit et per dict. tutricem vel ejus actores fuerint requisiti faciant per familiares curie dalphinalis cum exhibicione pres. instrumenti vel ejus copie publice intimari, cum inhibicione penali omnibus et sing. de quibus requisiti fuerint facienda sub pena M marcharum argenti fini dalphinali curie applicanda.., ne quis audeat vel presumat dict. salvamgardiam dalphinalem infringere nec dict. garderios in personis vel rebus offendere quoquomodo, et in signum protectionis et salvegardie suprad. penuncellos armis dalphinalibus insignitos ponant in locis et bonis predictis... Dicti vero Guillelmus Perroti et Stephanus Chalamelli, actores prescripti, actorio nomine quo supra promiserunt sub obligatione bonorum omn. et sing. tutricis et pupilli predict. et juraverunt tactis per eos.. Euvangeliis SS. in animam dicte tutricis predicto dom. locumtenenti... predictos Lª floren. anno quolibet solvere modo et terminis suprascript. pro dicta salvagardia, nec non predict. juvamen de hominibus locorum predict. facere et prestare ipsi dom. nostro dalphino in et pro guerris suis Dalphinatus, prout superius continetur, seque facturos et procuraturos cum effectu quod ipsa tutrix cum exhibicione et insertione sue tutele ratifficabit et confirmabit omnia et sing. supradicta, et pro eis actendendis se obligabit et plures ex melioribus et potencioribus hominibus et subjectis suis et dicti Giraudeti, cum auctoritate si opus fuerit dominorum et superiorum suorum fidejussores dabit et faciet efficaciter obligari erga dom. nostr dalphinum seu deputatos ab eo... De quibus... Acta fuerunt hec apud Viennam, in abbacia Sancti Andree monachorum, presentibus nobilibus viris dd. Hugone de Gebenna, domino de Anthone, Amblardo domino Bellimontis, Damivo Gotaffredi, militibus, Guillelmo de Montefalcone, canonico Aurelianensi, et Johanne de Bonenco, jurisperito, consiliariis dicti dom. nostri dalphini, vocatis et rogatis testibus ad premissa. —

Tenor vero dicte actorie talis est : In nom^e Dom^i, amen. Anno Incarnac. ejusdem M°CCC°LIX° et die xvi mens. aprilis, nob. et pot. dom^a Tassieta de Baucio, domina Montilii, relicta viri nob. et pot. Giraudi Adhemari, condam bo. me. domini Montilii, tutrixque testamentaria viri nob. et pot. Giraudi Ademari, domini dicti loci M. A., filii et heredis universalis dicti cond. dom^i Montilii, constituta in presencia ven^lis et circumsp. viri d. Petri de Bosanis, legum doctoris et officialis Valentin.,.. significavit.. quod ipsa habet de presenti et sperat habere infuturum plures et diversas causas, lites et questiones cum plur. et div. personis pro dicto dom° Montilii,.. et propter honestatem, statum et sue persone conditionem personaliter non posset comode interesse, quamobrem supplicavit... predict. d. officialem ut sibi velit et debeat dare et concedere licenciam et auctoritatem creandi, faciendi et constituendi actores, factores et negociorum gestores... Actum Montilii, in fortalitio dicti dom^i Montilii, in camera dicte nobilis constituentis, presentibus testibus viro nob. et pot. d. Guillelmo Artaudi milite, domino de Aquis, d. Guillelmo Perreti, militibus et pluribus aliis, et me Esmidone Saramandi... notario. — Postque, anno quo supra M°CCC°LIX°, indit. xii^a, pontificatu et regnante d. imperatore predictis, die xxiii mens. novembris, apud Viennam, in abbacia Sancti Andree monachorum, coram me notario et testibus, videl. ven^bus et nob^bus viris dd. Leuczone de Lemps, preposito Ulciensi, Odoberto domino Castri Novi, Guillelmo de Montefalcone, canonico Aurelianensi, et Johanne de Bonenco, advocato dalphinali, ad supplicacionem humilem suprascript. Guill^i Perroti et Steph^i Chalamelli, actorum... supplicancium et asserencium se in supplicacione et peticione salvegardie suprad. oblitos fuisse facere mencionem de castro, mandamento et territorio Espeluchie, quod asserunt teneri in feudum inmediatum a suprascr. Giraudeto domino Montilii, et petencium ipsum adjungi et poni cum suprascriptis in salvagardia dalphinali, suprascr. dom. locumtenens eorum supplicationi annuens, gratiose predict. castrum, mandamentum et territorium Espeluchie cum hominibus et mulieribus... et cum familiaribus, bonis et rebus eorum quibuslibet... addidit, posuit et subjunxit... in suprad. salvagardia dalphinali, sub pensione annua et sub aliis modis, formis et conditionibus..., precipiens... Et ego Humbertus Pilati de Buxeria, clericus Grationopol. dyocesis, apost^ca, imp^li et dom^i Franc. regis auctorit. notarius publ.

(*) Archives de l'Isère, reg. *Pilati* MCCCLV-LIX (B. 16), f° II^c ; à la fin : « Grossata est semel pro illis de Montilio. »

LXII. *17-18 juin 1360.*

(Permutatio feudorum inter Tassietam de Baucio, nomine Giraudeti Adem. pupilli, et Innocentium papam VI^um, cum homagio)*.

In nomine Domini, amen; anno a Nativitate ejusdem Dom. M° CCC°LX°, indictione tercia decima, die decima septima mensis junii, pontificatus SS^mi in Xpisto patris et domini nostri dom. Innocencii pape VI^i anno octavo. Noverint univ. et sing. pres. pariter et fut. hoc pres. ver. et publ. instrumentum inspecturi et audituri quod, existens et personaliter constitutus... ven^lis et circumsp. vir dom. Petrus de Bossanis, legum doctor, archidiaconus et officialis Valentinensis, procurator et nomine procuratorio rev^di patris in X° et dom^i d. Ludovici de Vilars, electi ecclesiarum et comitis Valentinen. et Diensis, et capitulorum ecclesiarum predict.., et presente egregia dom^a Tassieta de Baucio, domina Montilii Ademarii, Valentin. diocesis, tutrice testamentaria nobilis Giraudeti Ademarii filii sui impuberis, successoris universalis egregii viri Gir. Adem. bone memorie condam domini Montilii, ad infrascripta suum prebente concensum quantum in ea est nomine tutorio quo supra et de jure potest, ex parte una, et egregio viro dom. Guillermo de Ruffilhaco, rectore comitatus Veneyssini pro dicto dom° nostro papa et ecclesia Romana SS., ex parte altera, idem dom. officialis nominibus quibus supra... dixit et asseruit quod illa pars castri et territorii Montilii Ademarii et pertinentiarum ejusdem, una cum septem partibus sive pareriis pro indivisso de decem et octo castri de Alondo, Tricastrinen. diocesis, necnon feuda et quicquid habet in castris de Condilaco et de Sauzeto et de Calma, de turri vocata de Verre, et quicquid habet in castro seu mandamento de Mirmanda, et generaliter omnia alia que dict. Giraudetus habet, tenet seu possidet citra Rodanum que non tenet ab alio domino et que dict. condam pater dicti Gir. dum vivebat tenebat et possidebat... sunt et fuerunt de feudo dicti dom. electi et comitis et ecclesiarum predict. et pro quibus debebat fieri et prestari licgium homagium et fidelitatis juramentum dicto dom. electo.., et pro dict. feudis tenetur dict. pupillus et tenebatur dict. ejus pater dum vivebat juvare dict. dom. electum et comitem et ecclesias suas in placitis et in guerris, et est dict. pupillus et erat dict. ejus pater dum viveret astrictus medio juramento ad illa capitula de quibus vassallus fidelis

tenetur domino suo tam de consuetudine quam de jure, sub certis tamen formis et condicionibus contentis in infeudatione seu feudorum receptione predict.; et actentis supplicationibus et requestis sepe sepius interpositis dom° nostro pape, factis per incolas et habitatores castri et ville de Montilio, tam de juridicione et dominio domi nostri pape, quam eciam dicti Gir. quam egregii viri dom. Gaucherii Ademarii, dominorum dicti loci Montilii Ademarii, asserencium se fortificari et claudi velle villam et castrum predict., ad quorum clausuram licet necessariam et utilem dict. incolis et toti patrie domini dicti loci discordarunt et discordant, et nonnulli habitatores ejusdem quasd. causas super discordia pretendentes et specialiter propter diversitatem feudorum et dominorum superiorum, scil. dicti dom. electi et comitis, magni viri dom. Ademari de Pictavis, comitis Valentin. et Diensis, qui sepe guerram et discordiam invicem habent et hactenus habuerunt, ad quorum guerram dicti habitatores habent concurrere diversimode, nonnulli juvantes partem dicti dom. electi et comitis, scil. illi de dominio dicti Giraudi, aliqui de parte dicti dom. Gaucherii pro dicto d. Ay. comite contra partem dicti d. electi et comitis et ecclesiarum suarum, prout quemlibet tangit ratione feudorum predict., ex quibus juvaminibus multa incomoda, dampna et pericula, strages et homicidia occurrerunt et occurrere verisimiliter formidantur, et ne contingat discordiam in futurum fieri, si feudum predict. ipsius Giraudi in manu domi nostri pape ponatur omnia discrimina cessare habebunt et discordie inter ipsos et in unitate et concordia communi perseverabunt incole supradicti pres. et fut., maxime cum totus locus et territorium castri Montilii erit tam in proprietate quam juridicione feudi et retrofeudi dicti dom. nostri pape et sue Romane ecclesie SS., et clausura et fortificatio dicte ville de Montilio fiet concorditer et de comuni concensu habitancium dicti loci circumdabitur locus ille qui sollempnis et populatus est et eminens inter loca patrie et diocesis Valentinen. et, quod Deus advertat, si contingeret malignas gentes per patriam incedere, prout interdum auditur ab aliquibus murmurari, locus de Montilio et gentes fortificati et clausi tucius et securius se deffendent et adversantibus si qui essent resistent validius muniti et clausi et fortius quam disparsi; actento eciam quod dicto Gir. et successoribus suis est longe utilius et honorabilius esse sub feudo et dominio immediato domi nostri pape quam ecclesiarum Valentinen. et Diensis, et forcius sub feudo et dominio domi nostri pape contra suos adversarios se defendere poterit si sit opus infuturum, et gaudebit libertatibus et privilegiis indultis et concessis vassallis dicti dom.

nostri pape et ecclesie sue SS. Romane; actento eciam quod dictus Gir. seu sui imposterum successores non astringentur esse de guerra dict. dd. electi et Ay. comitum seu alterius eorumdem, set libere prout ipsis Gir. et successoribus ejus placuerit remanebunt; actento etiam commodo pecuniario quod dictus Gir. a dicto dom. nostro papa reportat exinde sibi utili et necessario pro suis honerosis debitis exsolvendis, ad que solvenda eumdem opporteret de suis proprietatibus in ejusdem dispendium et gravamen alienare dampnose; actento eciam commodo dicti d. electi et comitis et ecclesiarum suarum, quod ex infrascripta permutatione cum dicto dom. nostro papa seu ejus rectore Veneysini... reportat et perpetuo reportabit. Dictus, inquam, dom. officialis.., presente et consenciente.. dicta dom. tutrice.. ex causis predict. que vere sunt pro dicti pupilli utilitate, consulentibus et present. nobilibus et circumspectis viris dd. Hugone Ademarii, archidiacono de Rivello in ecclesia Tullensi, et Ludovico Ademarii, canonico Aurelianensi, et nonnullis aliis amicis et fidelibus dict. tutricis et pupilli, feudum et feuda et retrofeuda ad que dictus Gir. pupillus tenetur predicto dom. electo et comiti et suis ecclesiis, et dict. pater suus dum vivebat tenebatur ad homagium et fidelitatis juramentum pro premissis, et omnia jura alia et dominia ad que et pro quibus tenebantur tam dictus Gir. quam dict. ejus pater dum viveret et teneri possent infuturum ejus heredes et successores, sponte et libere ex causa permutationis infrascripte in dominum nostrum papam et ejus ecclesiam Romanam SS. ac dict. dom. rectorem, pro ipsis stipulantem et recipientem, titulo pure, perfecte et irrevocabilis permutationis transtulit, cessit et concessit ac tradidit s. q., nichil juris, possessionis seu proprietatis in eisdem modo aliquo retinendo, set totaliter transferendo, et se devestiens de premissis per traditionem cujusdam berreti dict. dom. rectorem... investivit. Versa vice dict. dom. rector, asserens se habere pro dicto dom. nostro papa et ejus ecclesia Romana SS. castrum et territorium de Condilhaco, Valentin. diocesis, cum pertinentiis ejusdem, prout ad dom. abbatem et conventum ac eciam pitanciario Crudacii, Vivarien, diocesis, ordinis Sancti Benedicti, pertinebat et pertinere consueverat, cum juribus et pertinentiis suis univ. et prout specifice continetur in quod. publ. instrumento inde per me... notarium recepto anno, indict. et pontif. predictis et die sabati XIIIa pres. mensis junii, ex causa pres. permutationis et pro dict. homagio et feudo superius specificatis eidem dom. officiali... pure, libere et irrevocabiliter dedit, transtulit, cessit et concessit et tradidit s. q. predict. castrum de Condilhaco, cum omn. juribus et

pertinentiis suis, nichil juris, pocessionis seu proprietatis... retinendo,.. se devestivit et... per traditionem cujusd. berreti pleno jure investivit; dantes et concedentes partes... ad invicem auctoritatem apprehendendi posessionem..; promittentes..: que omnia univ et sing... partes.. attendere, tenere et in nullo contrafacere vel venire... promiserunt et juraverunt.., sub omni renunciatione... Quibus sic peractis, prefatus dom. officialis... liberans, quitans et absolvens dict. tutricem... et per eam dict. ejus filium et successores suos ab omni nexu homagii et juramento fidelitatis et aliis quibuscq. ad que dicto d. electo et comiti et ejus ecclesiis tenebantur, precepit ac eciam expresse in mandatis dedit dicte d. tutrici.., quatenus dicto dom. nostro pape seu dicto d. rectori nomine ejusdem recognicionem dict. feudorum faciat cum homagio licgio et fidelitatis juramento et omnibus aliis...; et versa vice dict d. rector liberans et absolvens dict. homines de Condilhaco ab omni nexu homagii et fidelitatis juramento.., precepit et in mandatis dedit dict. hominibus quatenus homacgium et fidelitatis juramentum... faciant atque prestent... prefato d. electo et comiti... Post hec vero, dicta tutrix.., auditis et intellectis omn. et sing. superius descriptis, volens parere mandamento et licencie predicti d. officialis, attenta in hac parte utilitate et commodo evidenti dicti filii sui impuberis ac urgenti neccessitate.., ex causis superius expressatis recognovit dict. Giraudetum filium suum tenere et tenere velle et debere a prefato dom. nostro papa et ejus Romana ecclesia SS., licet absenti, et dicto d. rectori... et suis successoribus in comitatu Veneysini in feudum et homagium licgium, videl. quicquid habet et habere debet in castro, loco, mandamento, territorio et districtu Montilii Ademarii, et septem parerias sive dominia que habet in castro et territorio de Alondo, Tricastrin. diocesis, ultra illas quas habet pro indiviso cum dom. rege et regina Jerhusalem et Cisilie, sive sint fortalicia, homines, census, servicia, prata, nemora, terre culte vel inculte, pacua, pascua, decursus aquarum et quecq. alia jura, res et servitutes, merum et mixtum imperium et omnimodam juridicionem quam habet in locis prédict. ac eciam quicquid habet in locis de Condilhaco, de Sauzeto, de Calma, de Mirimanda, de Turrim dal Verre, Valentin. diocesis, et omnia univ. et sing. que habet aut visus est habere citra Rodanum, que tamen ab aliis dominis non tenet in feudum, et pro premissis feudis facere promisit... dicto dom. nostro pape homacgium ligium, manus suas infra manus dict. dom. nostri pape tenendo et pedis et manus et libri in honorem sancte sedis appostolice, hosculo interveniendo et

juramentum fidelitatis tactis Dei Euvangeliis eidem prestare, cum omnibus capitulis que in capitulo fidelitatis novo et veteri continentur, sub pactis, conventionibus et retentionibus... retentis et... ad salvum dicti Giraudeti... concessis ; acto et protestato per dict. tutricem et per dict. d. rectorem concesso quod si, quandocq. et quociensecq. contingerit dict. Giraudetum et ejus successores facere recognitionem et homagium pro predictis et juramentum fidelitatis prestare persone dicti dom. nostri pape et successorum suorum, quod... tunc facere teneatur genibus flexis et oris hosculo interveniente ; si vero contingeret fieri dict. homagium et recognit. dicto rectori seu alteri deputato a dom° nostro papa, quod tunc fieri debeat... stando pedes more nobilium et oris hosculo interveniente ; et primo retinuit prefata tutrix... quod ipsa necnon et prefatus nobilis Gir. et imposterum successores ejus habeant et habere debeant nunc et imperpetuum in locis et castris et mandamentis et districtibus dict. locorum Montilii Adem. et de Alondo merum et mixtum imperium et omnimodam juridicionem, cohertionem et omne exercitium juridicionis, et cognitionem et punitionem portationis armorum, false monete scusse et scudende, expense et expendende et ejus captionem, portus et fluvium ac hobfense in personam ipsius nobilis Gir. et successorum suorum, officialium et familiorum suorum quorumcq. faciende, et cujuscq. alterius criminis publici vel privati, ordinarii et extraord^rii^, sive in itineribus ac viis publicis, laminibus seu portibus seu alibi ubicumque infra mandamenta et districtus dict. locorum comissa fuerint per quascq. personas seu imposterum comitantur, et omnia jura regalia, et predicta competant eidem Giraudeto et suis successoribus imposterum in omnibus hominibus et mulieribus suis present. et fut. loci Montilii et pareriorum Alondi, et pro medietate in omnibus hominibus et mulieribus dominum non habentibus in loco Montilii, et pro partibus in quibus est dominus in aliis locis predict., in personis extraneis seu commorantibus in locis predict. nunc et infuturum, que homagium non fecerunt ante crimen comissum seu comitendum pareriis predicti Gir., ita quod dom. noster papa ac sui successores ut superiores dicti Gir. et success. suor. nullam habeant cognitionem, pugnitionem et exequtionem de predictis nec alias dictum Giraud. impedire valeant in eisdem, nisi in casu negligencie et secundarum appellacionum vel ressorti prout inferius declaratur ; item retinuit dicta tutrix.., quod dict. nobilis Gir. et post eum ejus successores habeant et habere debeant judicem appellationum in terris supra recognitis, ad quem immediate appellabitur cum contingerit

appellari ab eo et ejus judice, bajulo aut aliis officialibus suis et aliis... subdictis, et si a dicto judice appellationum appellari contingerit, illa appellatio immediate devolvatur ad rectorem comitatus Veneysini nomine dom. nostri pape.., de qua non poterit nec debebit cognoscere in locis et mandamentis de Montilio aut de Alondo nec infra aliam terram superius recognitam, set alibi infra comitatum Veneycini : et si a dictis Giraud... vel a judicibus vel bajulis.., de facto obmisso judice appellationum, ad dict. d. rectorem seu alium officialem dom[i] nostri pape appellari contingerit, non teneat appellacio nec dict. d. rector nec alii officiales papales de ea cognoscere possint, ymo requisiti in quocq. statu dicte cause fuerint judici appellacionum dicti Gir[di] et successorum suorum remitere teneantur; item fuit actum et expresse per dict. tutricem... retentum quod dict. Giraudus et sui successores in subditis dicti Giraudi juridictionem habentibus infra terram recognitam... perpetuo habeant ressortum et primam et immediatam superioritatem, nec per gentes seu curiales dom[i] nostri pape impediantur, nisi in casu appellacionis, negligencie vel ressorti; item fuit actum et conventum et expresse per dict. tutricem.. retentum, quod cognitio, punitio et correctio judicum, bajulorum, notariorum, scriptorum, servientum et aliorum officialium, servitorum et familiariorum suorum... ad dict. Giraudum et successores suos seu deputandos ad eisdem in solidum pertinebit, licet officiales ipsi delinquerent sua officia exercendo seu alias ut privati, nec officiales papales de hiis intromictere se possint nisi in casu negligencie vel ressorti..; item fuit actum et conventum et expresse per dict. tutricem.. retentum et per dict. rectorem concessum, quod per querelam simplicem subdicti justiciabiles dicti nob. Giraudi et successorum suorum non poterunt nec debebunt recedere a cognitionibus et ordinationibus dicti Giraudi vel success. suor. nec officialium suorum, nec per querelam simplicem dict. subdictorum dict. rector Veneycini nec alius pro dom[o] nostro papa ipsos audire debebit nec cognoscere, nisi per viam appellacionis ab iniquo judice vel ab iniqua sententia interposita negocium ad dict. d. rectorem devolveretur... et in casu negligencie ipsius Giraudi.., in quo casu si... negligentes fuerint primus recursus habebitur ad judicem appellacionum dicti Giraudi.., qui.. justiciam ministrabit, et si ipse judex appellacionis eciam negligens extiterit, tunc devolvetur potestas cognoscendi ad dom. rectorem Veneycini ; item fuit actum et conventum et per dict. tutricem expresse retentum quod dom. noster papa seu ejus officiales dare non debeant in prejudicium ipsius Giraudi vel successorum suor. salvas gardias,

privilegia vel alias immunitates subdictis dicti Giraudi.. propter quas in eis.. possint juridictionem exercere, alias vero salv. gard. et immun. et priv., sine prejudicio tamen dicti Giraudi.., possit concedere dom. n. papa pro suo libito voluntatis ; item fuit actum et conventum et expresse per dict. tutricem retentum et per dict. d. rectorem concessum, quod in casibus in quibus juridictio pertineret ad dom. nostrum papam seu ad rectorem Veneycini.., dict. Giraudus et ejus successores ejusque terra et subdicti mediate et immediate... sint perpetuo liberi et exempti a potestate, juridictione et cohercione ordinaria et delegata baylivorum, judicum, vicariorum papalium Montilii, de Palude et de Petralapta et de Valriaco et aliorum quorumcq. officialium temporalium papalium.., nisi ratione deliti vel contractus comissi vel inhiti extra loca recognita dict. baillivis... in dict. Giraudum... competeret juridictio : dict. vero Giraudus... et subdicti immediate... sint subdicti dom° nostro pape et rectori Veneycini.., qui per se seu per alios ydoneos dum locus fuerit cognoscere non debeat in mandamentis, locis et territoriis Montilii et Alondi nec infra aliam terram recognitam set infra comitatum Veneycini, et quod dict. Giraudus... dict. judicibus... preterquam rectori Veneycini in aliquo minime teneatur obedire, nec cause tangente(s) dict. Giraudum... possint eis comiti seu delegari ; item fuit actum et conventum (et) expresse per dict. tutricem retentum, quod dict. d. rector Veneycini... habeat cognitionem, exequtionem et punitionem causarum criminalium ipsius Giraudi et succes. suor. eciam quo ad primam cognitionem, et eciam habeat superioritatem in dict. terris recognitis in casu negligencie et cognitionis secundarum appellacionum et ressorti, salvis tamen dicto Gir... supra et infra scriptis et salvo quod in delictis et criminibus, in quibus curia procedit ex officio ex solo cursu temporis, dict. Giraudus... non reputetur esse in deffectu et negligencia justicie nisi esset accusator legitimus vel nisi dict. d. rector trina monitione premissa cum intervallo cujuslibet monit. decem dierum dict. Giraudum vel suos officiales constitueret in deffectum ; item fuit actum... quod dict. Giraudus ejusque successores et subdicti possint extrahere proprium bladum et vinum et propria animalia et alias quascq. mercaturas proprias de terra recognita, non obstante quacq. prohibitione seu proclamatione facienda in contrarium per gentes domi nostri pape ; item fuit actum... quod si dict. Giraudus vel ejus successores haberent guerram pro se seu pro suis amicis, quod non impediantur quominus ipse et ejus subdicti ire et accedere possint ad exercicium dicte guerre et redire cum armis et equis pro libito voluntatis, nisi tangeret curiam Romanam ; item fuit actum... quod dict. rector, judex

major et procurator fiscalis comitatus Veneycini... jurent servare et tenere predicta et infrascripta inconcussa, et si requisiti jurare noluerint eisdem non obediatur inpune donec et quousque predict. prestiterint juramentum; item fuit actum... quod dict. Giraudus et ejus successores dom° nostro pape seu deputato ab eodem vel rectori Veneycini... recognitionem de dict. feudis et non aliter facere teneantur juxta formam in pres. instr^to contentam, ita tamen quod dom° nostro papa ultra montes vel alibi in remotis agente, dict. Giraudus vel sui success. sint liberi et immunes faciendo recognitionem et homagium rectori qui.. fuerit in comitatu; item fuit actum... quod dict. Giraudus et sui success. semper teneantur prefato dom° nostro pape.. ad homagium licgium faciendum pro feudis et terris superius recognitis in qualibet mutatione domini vel vassalli infra tempus a jure statutum; item fuit actum... quod dict. Giraudus et ejus succes. non teneantur valere cum sua gente SS. Romane ecclesie, nisi de guerra propria et placito quam haberet Rom. ecclesia in comitatu Veneycini et locis in dicto comitatu adjacentibus et in parte quam habet dom. noster papa in loco Montilii, et tunc dict. Giraudus et ejus succes. teneantur tantum valere ecclesie Rom. cum sua persona et quatuor hominibus cum armis et equis, ad expensas et emendam Rom. ecclesie et domi pape, et cum hominibus omnibus dicte terre quam recognoscit in feudum, loco de Montilio remanente munito, qui eciam homines postquam exierint Montilium essent ad expensas proprias dicte ecclesie Rom. et domi pape, nisi dict. Giraudus vel sui succes. vellent facere guerram dom° nostro pape; item fuit retentum... quod dict. Giraudus et ejus succes. in mutatione domini vel vasselli teneantur recognoscere dict. feudum et terram dom° nostro pape seu deputato ab ipso vel rectori Veneycini... cum modificacionibus superius et inferius expressatis et facere de dicta terra seu feudis homagium licgium et juramentum secundum formam fidelitatis, et dict. d. papa.. seu rector Veneycini... versa vice teneatur promitere dicto nobili.. attendere et actendant pacta et conventiones sive condiciones retentas et appositas.., et quod omnibus modis et condicionibus in quibus secundum formam fidelitatis dominus tenetur vassallo ipse dom. papa et sui succes. teneantur ipsi Gir..., et quod si dict. Giraudus.. paratus... recognoscere dict. feudum a s. sede apostolica... se offerret et dict. d. papa... dict. recognitionem nollet recipere.., quod ex tunc ipsi Gir... prejudicium in dicto feudo esse non possit nec ex eo dict. feudum cadere in comissum..., et quod in dicta recognitione dict. Giraudus et ejus succes. teneantur fortalicia Montilii seu alterius terre

que esset de dicto feudo reddere nec gentes suas expellere ex dict. fortaliciis seu removere, et quod dom. noster papa... seu rector Veneycini... solus cum uno socio in dict. fortaliciis... intrare possit ad interponendum vexillum suum seu baneriam suam, et ipsam banneriam possit ibidem tenere per tres dies continuos tantum et ipse possit ibi tantum per tres dies morari : hoc tamen salvo quod dom. papa... aut deputandi ab eodem vel rector Veneysini quociens placuerit se receptare possint in burgis dict. castrorum cum sociis suis et familia quam ducere voluerint cum vel sine armis, tempore pacis vel guerre, hoc eciam acto... quod dom. noster papa et succes. non possint in terra vel feudo predicto aliquas proprietates acquirere seu aliquid jus vel dominium nisi de voluntate ipsius Gir. v. succces. suor.; item fuit actum... quod si homines dicti feudi super franchesiis seu libertatibus eisdem concessis per ipsum Gir. vel ejus predecessores convenirent eumdem.., quod idem papa.. seu rector Veneycini.. non audiant nec audire permictant per curiam suam, nec super ipsis libert. et franch. observandis nec confirmandis ipsum... compellant, nisi in casu appellacionis, deffectus justicie vel ressorti; item fuit actum... quod homines dicti Gir. morantes in dict. feudis... non possint convenire nec conveniant in curia dom[i] episcopi Valentinen. et Diensis... nec dict. d. episcopus vel ejus curia conquerentes audire debeat, ymo... remissionem facere teneatur eciam sine requisicione quacq.; item fuit actum... quod homines dicti feudi super gravaminibus si que dicerent eis inferri vel illata fuissent tempore preterito extra judicium per dict. Giraudum.., ipsum Gir... convenire non possint coram dom[o] papa vel ejus curia.. seu d. rectori Veneysini quamdiu ipse paratus esset facere justicie complementum per judicem suum seu per curiam.., nisi in casu deffectus justicie vel ressorti; item fuit... actum quod si contingeret ipsum dom. nostrum papam et ejus succes. habere discordiam sive guerram contra dom. Gaucherium Ademarii seu ejus succes., quod prefat. Giraudus aut sui succes. non teneantur valere dicto d. pape de propria persona set de hominibus suis de dicto feudo,.. *ut* superius; item fuit... concessum quod dict. d. papa et ejus succes. et ipso in remotis agente dict. rector Veneysini dict. Giraudum et ejus succes. de placito et de guerra contra omnem personam ad deffentionem dicti feudi valere teneatur ad expensas dom[i] pape et ecclesie Rom. SS., et quod dictus Gir. et succes. sui cum armis et sine armis quandocq. vellent morari possint et se recipere et receptare cum gentibus et bonis suis in castris et villis comitatus Veneysini, nisi eorum adversarii vellent coram s. sede aposto-

lica facere justicie complementum ; item fuit retentum... quod per curiam dom[i] pape... vel rectoris Veneysini... ab ipso Gir. v. succes. suis pro litigiis quibuscq. ordinariis et extraor-is sportule alique non possint exigi vel levari ; item fuit eciam retentum... quod quandocq. contingeret quod dict. Giraudus v. succes. ejus valerent pro guerra cum armis vel cum gente sua dom[o] pape.., habeant primum bellum et primo liberentur seu honorentur et collocentur, nisi de voluntate ipsius Gir... aut permissione.. aliter ordinaretur; item fuit... concessum quod homines et mulieres ipsius Giraudi et succes. suor. habitantes in feudis predict.. habeant libertates, privilegia, immunitates quas homines et incole comitatus Veneysini ; item fuit retentum... quod si aliqua pacta seu conventiones aut promissiones intervenissent inter predecessores ipsius Gir et dom. Gaucherium Ademarii, condominum Montilii, seu ejus predecessores, seu si aliqua fierent inter dictum Gir. v. ejus succes. et ipsum d. Gaucherium v. ejus succes., quod ipse dom. papa.. ea que facta fuerint contra pactiones... per dict. d. Gaucherium..debeat facere revocari et ipsum Gir... in suo jure deffendere et juvare..; item fuit retentum... quod dict. dominus noster s. ejus succes. non possint transferre predict. feudum in aliquamcq. personam, universitatem, ecclesiam vel conventum, quod si faceret non valeat translatio et idem Gir. et succes. sui ex tunc ipso facto liberati sint ab homagio et fidelitate predict., nisi dom. papa.. niteretur alienationem predict. totis viribus revocare ; item fuit retentum... quod si dict. d. Gaucherius.. partem quam habet in Montilio seu aliam terram suam de novo reciperet in feudum a dom[o] nostro papa s. ej. succes.. et idem dom. papa.. predicto d. Gaucherio.. occasione dicti feudi plures libertates, ordinationes, privilegia seu imunitates daret vel concederet..., quod illas easdem dominus noster.. dare debeat dicto Giraudo.. et hominibus ejusdem, dummodo ab eo.. fuerit requisitus, et ex nunc.. illas... dat et concedit dict. d. rector.., salvis et retentis..; item fuit retentum... quod omnes liberi Giraudi predicti et successorum suorum et agnati et cognati utriusque sexus... possint et debeant succedere in dicto feudo ab intestato cum locus affuerit et eciam ex ordinationibus dicti Gir.., sive per testamentum, codicillum vel per donationes vel alias ultimas voluntates fuerit ordinatum..; item fuit retentum... quod si contingeret dict. Giraudum et ejus successores dict. feudum in solidum seu pro parte alicui dare vel legare, quod dom. papa... seu rector Veneysini... illam donationem et illud legatum laudare teneatur sine prestatione alicujus laudimii, ita tamen quod illa persona cui donatio vel legatum fieret.. ad ea que

dictus Gir... teneatur; item fuit retentum... quod ipse Giraudus seu imposterum ejus succes. habeant plenam et liberam potestatem emendi C libras Viannen. reddituum annuales cum dominio et juridictione in locis et castris comitatus Veneysini et terre eidem adjacentis, in quibus eis magis placuerit.., sine prestatione laudimii....; item fuit actum... quod in recompensatione certarum retencionum et conventionum aliarum contentarum in instrumentis infeudationum Giraudi Ademarii, proavii dicti Gir., et Guigonis Ademarii, predecessoris Gir. predicti, que de presenti ex certis causis et sufficientibus amoventur et quibusd. pactionibus predict. antiquis additur et detrahitur, et eciam pro solvendis debitis dicti Gir. quibus sucurri minime poterat sine dampno ejusdem, prout dicta tutrix asserebat, quod dict. dom. noster papa det et solvat dicte tutrici, recipienti... ad salvum dicti Gir.., vid. mille florenos auri boni ponderis atque legis, quam summam prefat. rector Veneysini voluit et jubuit solvi de pecunia camere domi nos. pape per thezararium ejusdem; item fuit actum... quod si per aliquem officialem seu subdictum domi nos. pape... seu per dictum Gir. seu ejus successores, officiales et subdictos... aliquid contra tenorem contentorum in hoc publ. instrumento.. attemptari seu facere contingeret, de facto illud pro infecto et irrito et nullo habere debebit... Promitens dicta tutrix... predicta.. facere ratifficari et emologari, approbari ac eciam confirmari per dictum Gir. filium suum, cum fuerit etatis legitime, et homacgium et recognitionem de dict. feudis facere domo nos. pape et juramentum fidelitatis prestabit modo et forma superius expressatis. Quibus peractis, dictus dom. rector Veneysini ac venlis dom. Hugo de Valle, judex major Veneys., predicta... attendere, servare et non contra venire... promiserunt et juraverunt tactis Dei Euvangeliis SS. De quibus... Acta fuerunt hec Avinione, infra palacium, in magno tinello ejusdem pal., presentibus revmis in Xpisto patribus dominis permissione divina Stephano archiepiscopo Aralatensi, Philippo Cavallacensi, Michaelle Barchinonensi et Reginaldo Eduensi et Raymundo Elnensi episcopis, ac venbus viris dominis de Nexorio, Averbiensi in Cameracensi, Guillelmo de Benevento, de Ardena in Leodinensi ecclesiis archidiaconibus, ac Guillelmo de Cavhanaco, canonico Caturcensi, clericis camere prefati dom. nostri pape, nec non nobbus viris dd. Petro de Maubernado, Hugone de Maurial, militibus, Cemonen. diocesis, ac Johanne Balisterii, servienti armorum domi nostri pape, et Hugueto de Montilio, domicello, ac dom. Johanne Palasini, notario appostol., una mecum Guillelmo Perroti, notario...— Tenores vero

dict. procurationum sunt tales : *1° par Louis de Villars, élu et comte de Valence et de Die, à Pierre de Bosas, archidiacre et official de Valence :* act. et dat. in castro S[i] Cirici in Monte Aureo, dioc. Lugdun., d. 4[a] m. maii, a. D. 1360; *2° par le chapitre de Valence (le doyen absent en voyage) au même* : act. Valen. in ecclesia B[e] Marie de Rotundo, a. I. 1359, ind. 13 et d. 5[a] m. decemb. ; *3° par le chapitre de Die (le doyen Hugues de* Luncio [*al.* Laurato] *malade), au susdit Pierre de Bosas, à Giraud du Bois, à Nicolas Corteis et à Raymond Rochier :* act. in capella B[e] Marthe, a I. 1359, ind. 13, d. 7[a] m. dec.— Post hec, anno, indict., pontif. predictis et die XVIII[a] mensis junii, regnante ser[mo] principe dom. Johanne, Dei gracia rege Francorum, existentibus et personaliter constitutis in presencia dicti dom[i] nostri pape... dicta dom. tutrix... ex una parte et dicto dom. Petro officiali.. ex parte altera, supradict. permutationem et recognicionem fidelitatis et licgii homagii, cum omn. suis capitulis, pactionibus, retentionibus, conditionibus... partes predicte... rata, grata, firma (habentes), ea omnia et sing. actendere et complere et non contrafacere... promisserunt et eciam convenerunt : et nichillominus dicta tutrix nomine quo supra eidem dom° nostro pape... pro dict. feudis.. recognitionem... necnon homagium fecit, manibus suis infra manus dicti dom. n. pape interclusis et genibus flexis, pedem et manum ejusdem atque librum in signum pacis hosculando, et juramentum... prestitit tactis Dei Euvangeliis, cum omn. et sing. capitulis in sacramento fidelitatis novo et veteri contentis ac eciam express., cum protestatione sollempni... Predicta quoque omnia et singula... prefatus dom. noster papa, nomine suo et successorum suorum, rata habens atque firma, predicta homagium et recognicionem et juramentum... recepit et ea.. laudavit et aprobavit ac etiam confirmavit... De quibus... Acta fuerunt hec apud Villam Novam, Avinionen. diocesis, infra hospicium dicti dom. n. pape, in camera bassa paramenti dicti dom. n. pape, presentibus rever[mis] in X° patribus dd. Petro Penestrino, Petro Hostiensi episcopis, et Helia tituli Sancti Stephani in Selio Monte presbitero, S[e] Romane ecclesie cardinalibus, necnon Bertrando Convenarum, Reginaldo Eduensis et Raymundo Elnensis ecclesiarum episcopis, et ven[bus] patribus dd. Guillelmo Sancti Germani Anticiodorensis et Jaquino S[i] Crispini Majorris Suessiensis civitatis et Giraudo Beate Marie de Crudatio, Vivarien. diocesis, ordinis Sancti Benedicti, monasteriorum abbatibus, et ven[bus] viris dd. Guillelmo de Benevoco, archidiacono de Ardena in ecclesia Leudinensi, ac Guillelmo de Cavanaco, canonico Caturcensi, camere appostol. clericis, Guillelmo

Bragoso, decretorum doctore, archidiacono Mirapicensi et Johanne de Baro, cappellanis commensalibus dom^{i} n. pape, Hugo(ne) Ademarii, archidiacono de Rivello in ecclesia Tullensi, Ludovico Ademarii, canonico Aurelensi, Guillelmo de Rovihaco, preposito Beneventi monasterii, Limovicen. diocesis, rectore comitatus Veneyssini, et Hugone de Valle, licenciato in legibus, judice majori comitatus predicti, ac pluribus aliis ibidem agregatis testibus ad premissa vocatis et rog... Ego vero Guillelmus Perroti de Montilio Adem., auct^{le} imp^{li} et reg. publ. notarius... Ego vero Johannes Palaysini, clericus Caturcen. diocesis, auct^{te} app^{ca} notarius... — Ego vero Guillelmus Sobrandi de Montilio, auct^{te} imp^{li} et mag^{ci} et pot. viri d. Giraudi Adem., Montilii et Graynhani dom^{i}, notarius publ...

(*) Minutes de Me Long, notaire à Grignan, vol. coté *Atque* f^{os} xv à xxiij (XIVe siècle). — Biblioth. de Grenoble. *Documents mss.* de Guy Allard, t. XIV, f° 163 à 170 (XIVe s.). — Recueil B (n° 36), *parte in qua* de l'acte en 4 peaux aux arch. de Mont. — Voir l'acte du 23 août 1485.

LXIII. *11 juillet 1369.*

(Instrumentum super levatione vinteni per x an.)*

In nomine Domini, amen. Anno Incarnationis ejusdem Millio tricen^{mo} sexagesimo nono, indictione septima et die undecima mensis julii, pontificatus SS^{mi} in Xpisto patris et domini nostri dom. Urbani divina providentia pape quinti anno septimo,.. veniens et personaliter existens in loco Paternarum, Carpentoract. dyocesis, et in presencia nob. et circumsp. viri dom. Riconis de Mauriaco, armorum militis, baylivi Montilii Ademarii pro dom^{o} nostro papa ac comissarii ad infra scripta deputati, ut idem dom. Rico dicebat et asserebat, per rever^{mum} dom. Philippum cardinalem Sabianensem, olim rectorem comitatus Venessini, prout,. asserebat.. constare quibus(dam) licteris.., Petrus Bernardi de Montilio Ademarii, Valentin. diocesis, qui... nomine suo proprio et nom^{e} ac de precepto dom. consulum Montilii, ut asserebat, et universitatis Montilii predicti et pro utilitate publica dicti loci Montilii dixit, significavit, supplicavit et exposuit verbotenus prefato d. Riconi militi, baylivo et comissario.., quod ad requisitionem et supplicationem dom. consulum Montilii, mag^{ci} et pot. viri dom. Hugo Ademarii, Montilii et Garde dominus, Ludovicus Ademarii, Montilii et Ruppismaure dominus, concesserunt levandum et

licenciam prebuerunt dict. consulibus, nomine universitatis Montilii, impositiones et sochetum vini quod venditur in loco Montilii, prout et quemadmodum in quad. papiri cedula continetur, quam cedulam ipse Petrus Bernardi peciit et requisivit per me notarium dicto d. baylivo et comissario publice in presentia testium infrascript. legi et declarari, et quam cedulam ego notarius.. publice et alta voce ibidem... legi, cujus quidem cedule tenor sequitur et est talis : In primis ordinatur quod vintenum tam bladorum quam vinorum levetur per decem annos continuos, hoc tamen retento quod homines de eorum mercede nullum prestent vintenum, incipiendos a festo beati Johannis Baptiste proxime lapso et in antea numerandos per modum alias levari consuetum ; item, quod leventur impositiones alie minute quarumcumque aliarum mercaturarum, videl. pro medietate sicut alias fuit consuetum ; item, quod impositio vini vocata *lo sochet* eciam levetur per dict. decem annos ut supra numerandos, hoc tamen retento quod nulla levetur seu persolvatur impositio vini predicti nisi quando vendetur et mensurabitur ad minutum, et si contingat vendere vinum ad grossum pro portando seu extrahendo dict. locum, quod eo tunc solvatur impositio ; item, quod durante tempore predicto nullum vinum seu vindemia de alieno territorio intret dict. locum nisi de propriis vineis illius qui dict. vinum seu vindemiam intrare faceret locum predict., hoc tamen retento quod si tempore vindemiarum saumata vini valeret ultra unum florenum, quod eo tunc possit quilibet pro sua provisione et non alias ponere vinum in loco predicto : sic quod in predictis nulla fraus commitatur, videl. quod si haberet vineas unde suam posset facere provisionem pro suo hospicio, quod eo tunc nullum vinum seu vindemia de alieno territorio infra dict. locum ponere possit, et si in predictis fraus aliqua comiteretur ita quod fieret contrarium, quod levetur ex inde pena viginti quinque florenorum auri contra contrarium facientes, cujus pene due partes sint dominorum et tercia pars sit illius qui dict. fraudem revelaret ; item ordinatur quod emolumenta que ex dict. vintenis et impositionibus provenient durante tempore predicto, ponantur et convertantur in clausura et fortificatione dicti loci et aliis que tangunt utilitatem publicam nisi esset contra dominos Montilii et dicti loci utilitatem et comodum eorumdem : et subsequenter hoc quod supererit, facta et completa fortificatione, in debitis persolvendis domino nostro pape et aliis quibus est obligata universitas dicti loci, nisi dicti consules haberent de arreragiis aliorum emolumentorum, quod sciatur per reddictionem compoti, et eciam de hiis que levaverint de tem-

pore predicto dict. decem annorum futurorum, et si sufficiant ad solutionem dict. debitorum incontinenti levari cessent emolumenta predicta; item quod nullus vendere debeat vinum sine licencia levatorum dictarum impositionum et eo casu quo contra faceret, quod eo tunc contrafacientes solvant impositionem pro pleno vase, et si de vino quod venderet aliquid retinere vellet pro suo potu quod in hoc vocetur imposicionator, alias solvat pro pleno vase: hoc tamen retento quod si imposicionator semel requisitus venire contempnat, vendat quicumque vinum suum sic impune et credatur suo juramento. Item ordinatur quod nullus possit pro dict. emolumentis trahi seu conveniri nisi per curias dominorum Montilii et sub pena superius expressata. Qua quidem cedula lecta et per dict. dom. Riconem comissarium et baylivum audita, ipse Petrus Bernardi eidem d. baylivo et comissario, nomine universitatis Montilii, humiliter supplicavit quatenus omnia illa que in ipsa cedula continentur confirmet, laudet, laudare et confirmare velit et dignetur, et per modum ac formam superius dictam et per alios condominos Montilii traditam et concessam; et cum prefatus d. Rico... omnia et singula in dicta cedula contenta ac scripta audiverit, actento quod ipsa... ad utilitatem et comodum rei publice et loci predicti Montilii ac eciam locorum circumvicinorum et tocius patrie sunt introducta et adinventa, actento eciam et considerato quod locus Montilii predictus est locus insignis et clavis comictatus Venessini, actento eciam quod ceteri condomini Montilii in predict. impositionibus et socheto vini concesserunt et licenciam ac auctoritatem dict. consulibus levandi imposiciones predict. prebuerunt.., igitur gratis et ex ejus certa sciencia, actenta utilitate publica, nomine domini nostri pape et sancte sedis Romane ecclesie, omnia.. in dicta cedula contenta... confirmavit, laudavit, approbavit, ratum et gratum habuit et ea fieri voluit et mandavit et perfici et compleri juxit et concessit sicut alii condomini Montilii, supplicationi dicti Petri Bernardi... annuendo, actento quod locus predict. Montilii magna indiget reparatione et edificio, volens.. dict. d... comissarius quod ego notarius... valeam apponere et inserere licteras sue comissionis quas convenit michi in loco Montilii aportari facere; promictensque.. omnia.. in hoc publ. instrumento contenta rata habere et numquam contra facere, dicere vel venire per se vel per alium, juravit cum omni juris et facti renunciatione debita ad hec necessaria pariter et cautela. De quibus... Acta fuerunt hec et recitata in loco Paternarum, in curte hospicii dotalis prefati dom. Riconis, testibus presentibus vocatis et rogatis magistro Raymundo Amellii notario, nobilibus Raymundo Malisanguinis et Petro Malisan-

guinis alias Barca, domicellis de Paternis ; ac me Amedeo Guicheti clerico de Arlone, Gebennen. dyocesis, habitatore Montilii predicti, notario auct^{te} imp^{li} publ. qui in predict. supplicatione, requisitione, lectione, confirmatione et laudatione... presens fui et inde ad requisitionem dicti P. Bernardi... ✝

(*) Original parch. coté n° 193 (*Invent.* de 1662, f° 44 v°) ; à la fin, taxation du lieutenant du bailli de Montélimar, pour le notaire 2 florins, pour lui 1 gros 12 den.

LXIV. *9 juillet 1372.*

(Homagium Ludovici Adhemarii Gregorio XI° papæ)*.

In nomine Domini, amen. Anno a Nativitate ejusdem M°CCC°LXX°II°, indictione x^{a} et die nona mensis julii, pontificatus SS^{mi} in Xpisto patris et dom^{i} nostri d. Gregorii divina disponente clementia pape XI^{mi} anno secundo, nobilis et potens vir Ludovicus Ademarii, dominus Montilii Ademarii, Valentinen. diocesis,.. gratis et ex ejus certa scientia et voluntate spontanea, per se et suos heredes et successores, attendens se teneri ad faciendum recognitionem, homagium legium et prestare fidelitatis juramentum prefato dom° nostro pape, de et pro certis rebus, modo et forma expressatis in quod. publ. instrumento recepto... per magg. Guillelmum Perroti et Johannem Palaysini, notarios publ., [1] et ejus successoribus et Romane ecclesie SS..., existens.. in presentia dicti dom^{i} nostri pape et ven^{lium} notariorum public... necnon et testium infrascript., flexis genibus, junctis manibus inter manus dicti dom^{i} n. pape, ad osculum pedis et manus orisque osculo interveniente, fecit homagium legium et fidelitatis prestitit juramentum eidem dom° n. pape, cum omnibus capitulis in capitulo fidelitatis novo et veteri contentis et etiam expressatis, tactis per eum Dei Euvangeliis SS., cum protestationibus, conditionibus, retentionibus et pactionibus in ipso instr^{to} contentis et expres. remanentibus semper salvis ; et recognovit se tenere a dicto dom° n. papa et successoribus suis et SS. Romana ecclesia ea que habet in dicto loco Montilii et ejus territorio seu districtu et alia in dicto instr^{to} contenta in feudum et homagium ligium, et promissit facere observari... omnia et sing. in eo.. contenta ; et prefatus dom. noster papa dict. nob. Ludovicum Ademarii, dominum Montilii, ad dict. recognitionem, homagium et fidelitatis juramentum benigne admittens, promisit, voluit et mandavit, per se et successores suos, observare, attendere et complere omnia

et sing. in dicto instr[to] contenta.., sine tamen prejudicio juris alterius. De quibus... Acta fuerunt hec Avinione, infra palacium appostolicum, in magna camera paramenti ejusdem pal., presentibus testibus rever[mis] in Xpisto patribus et dominis dd. R(aymundo) Penestrino, A(nglico) Albanensi episcopis, Petro tituli Sancti Laurencii in Damasio, Guillelmo tituli S[i] Vitalis presbiteris, Petro S[i] Heustachii et Guillelmo S[i] Angeli diaconibus S[e] Romane ecclesie cardinalibus, Petro Bituricensi, dicti dom[i] n. pape camerario, et Symone Turonensi archiepiscopis, Guidone Pictavensi episcopo, nob[bus] et pot[bus] viris dd. Ademario de Pictavia, comite Valentinen. et Diensi, rectore comitatus Veneyssini, Hugone de Rupe, domino de Cornelio, magistris hospicii dicti dom[i] n. pape, militibus et aliis pluribus personis ecclesiasticis et secularibus, ac dd. Petro de Albiartz et Guillelmo Acberti, notariis publ. et clericis camere appostol., et me Pontio Acgerii.

(*) Minutes de M[e] Long, notaire à Grignan, vol. coté *Atque*, f[o] xv. — Bibl. de Gren., *Documents mss.* de Guy Allard, t. XIV, f[o] 163. — Recueil B (n[o] 38) extrait comme la ch. xlv, p. 108. — (1) Ch. lxii, p. 157-169.

LXV. *23 mars 1374.*

Infeudacio Monstilii Ademarii*.

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio nobili viro Ademaro, comiti Valentinen. et Diensi, salutem et apostolicam benedictionem. — Rationi congruit ut continuantes fidelitatis et devotionis obsequia, premii et favoris sentiant incrementa, quia tunc bene agendi probetur exemplum cum virtus et obsequium remunerationis premio gratulantur. Sane infra nostri claustra pectoris grata reminiscentia revolventes qualiter nuper quamplura castra, territoria et tenimenta et loca alia, que a nullo ut dicebas recognoscebas, a nobis et Romana ecclesia nonnulla ex eis in feudum et alia que a te in feudum tenebantur in retrofeudum te tenere recognovisti et pro eis ligium homatgium nobis prestitisti, et propterea personam tuam prosequi volentes favoribus graciosis, cum etiam inter nos et te sicut consuetum fuerit triginta milia florenorum auri de camera, quamvis etiam ex causis premissis castrum, villam et locum de Montilio Ademari, Valentin. diocesis, et quicquid nos et Romana ecclesia in hujusmodi castro, villa et loco ejusque territorio, mandamento et districtu cum ejus omnimoda juridictione alta, media et bassa habebamus, tibi donaverimus in feudum nobile, homatgio ligio, fidelitatis jura-

mento, superioritate ac ressorto nobis et successoribus nostris Romanis pontificibus in eisdem retentis, et cum quibusdam aliis conventionibus et retentionibus, ac octo milia florenorum auri vel circiter, in quibus ratione mutui tibi per felicis recordationis Clementem papam VI predecessorem nostrum facti nobis et camere nostre apostolice tenebaris remiserimus et etiam donaverimus, auctoritate apostolica ex certa scientia tibi, de fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio, conferimus et donamus; mandantes venerabili fratri Petro episcopo Magalonensi, thesaurario nostro, et cuicumque ejus in hujusmodi officio successori ut hujusmodi triginta milia florenorum tibi tradat realiter et persolvat. Nulli ergo... hanc pag. nostre collationis, donationis et mandati...; si quis... Data apud Villamnovam, Avinionen. diocesis, x. kalendas aprilis, pontificatus nostri anno quarto.

(*) Original parch. aux arch. de la Préfect. de l'Isère ; au bas : *V — V — V' Maynardi ;* au repli : *Ascultata cum regestro et concordat.* Johannes de Pestello.

LXVI. *5 mars 1375.*

Quitacio septem viginti flor. auri pro Desclusis*.

In nomine Domini, amen. Anno Incarnacionis ejusdem Millio trecen^mo^ septuagesimo quarto, indictione tredecima et die quinta mensis marcii, pontificatus SS^mi^ in Xpisto patris et domini nostri dom. Gregorii divina providencia pape XI^i^ anno quinto, cum fuerit ita quod nobilis Baudonus Ademarii, Sancti Gervasii dominus, prestiterit et mutuo tradiderit nobili Ludovico de Sclusis, de Montilio Ademarii, Valentin. dyocesis, septem viginti sex franchos auri boni et legalis, ponderis justi dom^i^ Francorum regis, pro redempcione persone dicti nobilis Ludovici, nuper anno presenti incarcerati seu captivi et apresonati in loco Ancone per Britones qui dict. locum acceperant vi armorum, prout predicta predicti nobiles Baudonus et Ludovicus asserebant fore vera ; sic est quod personaliter constitutus prefatus nob. Baudonus Ademarii, gratis et ex ejus certa sciencia, attendens et considerans multa, grata, varia et diversa servicia eidem nob. Baudono facta et impensa per dict. nob. Ludovicum retroactis temporibus et que de die in diem facere non cessat, non volens.. de tantis et tot serviciis esse ingratus, set sibi Ludovico reddere meritum licet paucum, per se et suos heredes et successores, in remuneracione et

recompensacione dict. serviciorum dedit, donavit, cessit, concessit, remisit et tradidit seu quasi dicto nob. Ludovico... predict. VII^xx vi franchos auri, donatione pura... et irrevocabili que dicitur et habet fieri inter vivos, nulla causa ingratitudinis seu quavis alia imposterum revocanda, et eciam ad corroborationem dicte donacionis prefat. nob. Baudonus ad cautelam confessus fuit habuisse eosdem VII^xx et vi franchos auri et realiter recepisse.., taliter quod tenens se.. pro contento plenarie et pagato dict. nob. Ludovicum... quitavit, liberavit perpetuo penitus et absolvit.. ; et renunciavit... omni errori calculi.., promittens... Que omnia... attendere, tenere, servare, complere... promisit et ad S. Dei Euvangelia juravit ; et renunciavit... De quibus... Actum Montilii, in domo habitationis mei notarii infrascr., testibus presentibus voc. et rog. ven^li viro dom. Bonello de Liegione, jurisperito, et Baudeto de Opere, clerico, ac me Amedeo Guicheti, clerico de Arlone, Gebennen. dyocesis, habitatore dicti loci Montilii, notario auct^te imp^li publ... ✝

(*) Original parch. coté nº 62 (*Invent.* de 1662, fº 19 vº) ; en haut : G. LXVIIII.

LXVII. *28 juin 1376.*

(Facultas Giraudo Ademarii data homagium faciendi)*.

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio nobili viro Giraudo Ademari militi, domino loci de Graynhano, Diensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut accepimus in ratione partis castri, ville seu loci Montilii Ademari, Valentinen. diocesis, ad te pertinentis et in qua parte nuper jure hereditario successisti et pro qua predecessores tui Romane ecclesie, a qua dict. partem tenebant in feudum, homagium fecerunt et fidelitatis juramentum prestiterunt acthenus, dilecto filio nobili viro Ludovico de Pictavia, comiti Valentinensi, ad quem castrum, villa et locus predicta et omnia jura que nos et eadem ecclesia in dict. castro et loco olim habebamus justo titulo devenerunt, sine nostra licentia homagium facere et juramentum fidelitatis prestare non velis, nobilitati tue signifficamus quod placet nobis et volumus quod tu preffato comiti, pro dicta parte ipsius ville, homagium facias et juramentum huj^di prestes, ut est in talibus fieri consuetum. Data apud Villam Novam, Avinionen. diocesis, IIII^a kalendas julii, pontifficatus nostri anno sexto.

(*) Inséré dans l'acte du 17 juillet 1376 (ch. LXVIII).

LXVIII. *17 juillet 1376.*

HOMAGIUM FACTUM DOM° VALENTINO PER DOMINUM MONTILII.*

IN nomine Domini, amen; anno Incarnacionis ejusdem M°III°LXXVI°, vid. die XVII mensis julii, pontifficatus SS^mi in Xpisto patris et domini nostri dom. Gregorii, divina disponente clemencia pape XI, anno sexto. Noverint univ. et sing. quod constitutus magnifficus et potens vir dom. Giraudus Ademarii miles, Montilii et Graynhani dominus, in presencia illustris, magn^ci et pot. viri dom. d. Ludovici de Pictavia, comitis Valentinen. et Diensis.., signifficans et exponens.. quod olim mag. R. Vialis notarius, nomine dicti d. comitis, quasd. licteras in pergameno scriptas dicti dom^i nostri pape bullaque plumbea cum cordono canapis more SS. Romane ecclesie inpendenti bullatas dorssoque earum hec verba vel consimilia descripta : « Dilecto filio nobili viro Giraudo Ademarii militi, domino loci de Graynhano, Diensis diocesis, » eidem dom. Giraudo presentavit et exibuit, quarum... tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis : « Gregorius *(ut supra ch. LXVII, p. 175)*... sexto, » ; et volens ac cupiens dict. dom. Giraudus mandata dicti dom^i nostri pape et contenta in suis predict. licteris adimplere,... gratis et ex ejus certa sciencia et voluntate spontanea, per se et suos heredes et successores, prefato dom. comiti ratione contentorum in supradict. licteris papalibus ac pro villa et loco Montilii Adem. et sibi.. pertinentibus et spectantibus, et modo ac forma contentis s. express. in quod. publ. instrumento sumpto per mag. Poncium Atgerii cond. notarium, scripto et signato.. in tribus membranis peciis pergameni conglutinatis per mag. Guillelmum Sobrandi de Montilio,.. notarium publ.., stando pedes, junctis et complozis manibus inter manus dicti d. comitis, oris osculo interveniente, fecit homagium ligium et fidelitatis prestitit juramentum eidem dom. comiti cum omnibus capitulis in capitulo fidelitatis novo et veteri contentis et eciam expres., tactis per eum Dei Euvangeliis SS., cum protestationibus, conditionibus, retentionibus et pactionibus in ipso instr^to... expressatis remanentibus semper salvis ; et recognovit se tenere a dicto d. comite et successoribus suis ea que habet in dicto loco Montilii et ejus territorio seu districtu in feudum et homagium ligium, et promisit facere observare... Et preffat. dom. comes dict. nob. dom. Giraudum... ad dict. recognitionem et homagium et fidelitatis juramentum benigne admitens, voluit, promisit et juravit super S. Dei

Euvangelia... observare, attendere et complere omnia... Et ibidem in continenti, absque aliquo intervallo, nobilis vir dom. Guigardus Berlhionis miles, dominus de Orchano, bayllivus terre dicti d. comitis, et ven^{lis} ac circumsp. vir dom. Guillelmus Eguaterie, in legibus licenciatus, judex major comitatuum predict., cum... voluntate preffati d. comitis, eciam omnia... pro parte dicti d. Giraudi.. faciencia observare, attendere et complere promiserunt, et juraverunt... De quibus... Acta fuerunt hec in conventu Fratrum Minorum loci Criste Arnaudi, testibus presentibus nob^{bus} et rel^{sis} viris dd. Maximino Ventereoli, preceptore Vallis Poieti, ordinis beati Johannis Jherusalem, Johanne de Castro Veteri, priore Sancti Marcelli prope Sauzetum, nob^{bus} Disderio de Besinhano, domino dicti loci, Eynerio de Podio milite, domino Audifredi, Stephano de Alto Vilari, Dalmacio de Vaesco, militibus, nob^{bus} Aymario Duson, domino Podii Selari, Hugone Falco de Grana, Johanne de Vasivo, de Stella, Aymario Berlionis de Orchano, Garino Aymarii, Petro de Turnono, R. de Alberia, de Montilio, Bert. de Blacozio, Poncio de Graynhano, dicti loci, et mag. Raymundo Vialis, notario.., et me Petro Barasti de Graynhano, publ. notario. — Tenor vero instrumenti de quo supra habetur mentio de verbo ad verbum sequitur et est talis : « In nomine *(supra ch. LXIV et LXII, p. 172-3 et 157-69)*... »

(*) Minutes de Me Long, notaire à Grignan, vol. coté *Atque*, f° xiiij.

LXIX. *17 juillet 1376.*

(Requisitio auxilii comiti Valent. a domino Montilii)*.

In nomine Domini, amen. Anno Incarnacionis ejusdem M^{o}III^{c}LXXVI et die vid. XVII mensis julii, constitutus nobilis, magnifficus et potens vir dom. Giraudus Ademarii miles, Montilii et Graynhani dominus, in presentia ill^{is} et magn^{ci} dom. d. Ludovici de Pictavia, comitis Valentinen. et Diensis, idem dom. Gir. dixit, signifficavit et exposuit quod secundum relationem nonnullorum nobilium et innobilium sibi factam et sepius, nobiles viri domini de Vouta et Montis Falconis jactati sunt et dixerunt, in pluribus et diverssis locis et personis, sibi dicto domino Montilii et Graynhani dapnum inferre quod poterunt in personis et bonis et guerram facere, unde dictus dom. Gir. Montilii et Graynhani cum instantia quanta potest et debet requisivit dict. dom. comitem sibi dare et prestare contra prenominatos auxilium, concilium et juvamen, prout hac die presenti et loco et co-

ram testibus infrascript. idem dom. comes promisit et juravit de sua potencia et facere ad que tenetur, et prout continetur in instrumento recognitionis et homagii sibi per eundem dominum Montilii et Graynhani et pro dicto loco Montilii ipsi dom. comiti jam facte.. ; et dict. dom. comes respondit dicto domino Montilii et Graynhani se paratum fore eidem et adversus eum facere et prestare auxilium, concilium, juvamen et ea omnia... ad que tenetur et ultra. De quibus... Acta fuerunt *(ut. p. 177, l. 8)*... Aynerio... Audefr... Alta Villa... Urchano... Turnone... notario publ.

(*) Minutes de Me Long, notaire à Grignan, vol. coté *Atque*, fo xxiij vo.

LXX. *3 avril 1378.*

(Littera gubernatoris Dalphinatus super salvagardia)*.

Karolus, dominus de Bovilla, gubernator Dalphinatus, locumtenens illis principis dom. Karoli, dalphini Vyennensis, locumtenentis et vicarii generalis sermi principis dom. Karoli quarti, dyvina favente clemencia Romanorum imperatoris semper augusti, dilectis nostris dd. Amedeo de Mota militi et Raynaudo Raymundi, domino Cigoterii, bayllivo et judici baroniarum Medullionis et Montis Albani, dalphinalibus consiliariis, vel ipsius bayllivi locumtenenti, salutem. Ex literarum et rescriptorum imperialium bulla aurea bullatorum et aliorum legitimorum et evidentissimorum documentorum inspectione nobis et visione congrua innotuit, quod olim per imperialem celcitudinem nobilis Giraudus Ademarii de tota terra avi et patris suorum extitit investitus, et inde fidelitatem et homagium prestitit dict. Geraldus Ademarii imperatorie magestati, ita quod dicta terra nulli alteri subjacere valeat extranee potestati vel aliquam personam in dominum aut potestatem habere nisi solum imperatorem et ipsius imperii successores, prout premissa continentur in dict. imperialibus literis et rescriptis et aliis legitimis documentis; quam equidem terram nunc possidet vir potens et nob. dom. Giraudus Ademarii, Montilii et Graynhani dominus, ipsius d. Giraudi Adem. bone mem. specialis successor. Cum itaque dict. d. Giraudus, Graynhani dominus, sibi offendi timeat in castris, terris et bonis suis ab aliquibus suis emulis verisimilibus conjecturis, sicut ex ipsius parte nobis extitit intimatum, dictusque dominus noster teneatur ipso jure et nos ejus nomine pariter teneamur dict. dominum Graynhani, fidelem imperii et vassallum, et

ejus terram predict. custodire et defensare ab omnibus oppressionibus, invasionibus et lesionibus indebitis quorumcumque ; ea propter vobis et vestrum cuillibet insoludum, ad instanciam et requestam dicti dom. Giraudi, ex parte dicti domi nostri imperatoris, comittimus et mandamus quatenus, ad partes Valentinesii vos personaliter transferentes, dict. terram feudalem ipsius dom. Giraudi custodiatis, servatis, defendatis et protegatis ut melius et forcius poteritis ab incurcibus, invasionibus et lesionibus quorumcumque, vi et potencia imperiali ; insuper in castris, domibus, fortaliciis et rebus que tenentur de feudo, retrofeudo et dominio ipsius dom. imperatoris, ponatis et affigatis seu poni et affigi faciatis vexilla et pennoncellos armis imperialibus et dalphinalibus depictos et depicta in signum gardie et protectionis ac securitatis habende, quando et quociens pro parte dicti dom. Giraudi inde fueritis requisiti. Ulterius equidem, ad requisitionem dicti dom. Giraudi vel alterius ejus nomine ad presenciam viri magnif. dom. Ludovici, comitis Valentinen. et Dyensis, domi nostri imperatoris fidelis et vassalli, et aliorum quorumcq. de quibus ex parte dicti dom. Giraudi extiteritis requisiti vos personaliter transferentes, eidem dom. comiti et quibusvis aliis, quibus dict. d. Giraudus voluerit, ac eciam eorum cuilibet ex parte dicti domi nostri imperatoris, domi nostri dalphini, ejus vicarii et locumtenentis, et nostra inhibeatis, sub fidelitate qua dicto (domo) nostro imperatori tenentur et sub pena confiscationis rerum feudalium et bonorum que tenent in feudo vel alias ab imperatoria magestate, necnon centum marcharum auri purissimi, quibus et eorum cuillibet tenore presencium pariter inhibemus, ne dicto dom. Giraudo, uxori, liberis, gentibus, subditis, servitoribus et familiaribus ipsius quibuscq. in personis, terra, rebus vel bonis suis feudalibus offendere audeant vel presumant per se vel suos valitores et sequaces, offerentes eisdem quod nos parati sumus et erimus eisdem (et) eorum cuillibet de dicto d. Giraudo promptam justiciam exhibere ; mandantes et expresse ac specialiter injungentes univ. et sing. officialibus, justiciariis et subditis imperialibus, quatenus vobis et vestrum cuillibet in premissis et circa p-sa prestant et faciant auxilium, consilium et juvamen, pareant efficaciter et intendant. Presentes quippe, si et quando voluerit dict. d. Giraudus, voce preconia in locis publicis preconisari et notificari publice faciatis, ac de verbo ad verbum in curiis dalphinalibus registrari, ne quis ignorantiam pretendere valeat de eisdem, et de inhibitionibus, intimationibus et preconisationibus hujdi ac aliis premissis fieri faciatis publ. instrumenta. Datum Gratianopoli, die tercia aprilis anno Do-

mini M° CCC LXXVIII°. — Per dom. gubernatorem, locumtenentem dom[i] vicarii imperialis predicti, J. N.

(*) Arch. de l'Isère, reg. *Pilati* 1360-68 (B. 17), f° xxxv.

LXXI. *7-12-14-15-16 mai 1378.*

LICTERE EXCEQUTORIE (SALVEGARDIE IMPERIALIS ET DALPH.)*

RAYNAUDUS Raymundi, castrorum Cigoterii et Montis Rotundi dominus, consiliarius dalphinalis, bayllivus ac judex major baroniarum Medullionis et Montis Albani, comissarius in hac parte per virum magnificum et spectabilem dom. Karolum dominum de Bovilla, gubernatorem Dalphinatus, locumtenentem ill[mi] principis dom. Karoli dalphini Vyennensis, locumtenentis et vicarii generalis ser[mi] principis dom. Karoli quarti, dyvina favente clemencia Romanorum imperatoris, viris nobb. Johanni Virduni, condomino de Vinsobriis, procuratori fiscali dict. baroniarum, et Jaqueto de Casali, alias de Sabaudia, castellano de Nihonis pro dicto dom. nostro dalphino, dilectis nostris carissimis, salutem et mandatis nostris ac proprius imperialibus et dalphinalibus firmiter obedire. Licteras dicti dom. gubernatoris et locumtenentis pro parte domini Graynhani nobis nudius presentatas, sanas et integras ac sigillo autentico impendenti cera rubea sigillatas nos cum quanta decuit reverencia recepisse noveritis in hec verba : « Karolus (*ut in ch. seq.*)... d. Raynaudo Raymundi, bayllivo et » judici baroniarum Medullionis et Montis Alban, vel ejus locumte- » nenti *iterato mandat* defendere castra, fortalicia, terram, opida et » bona... atque jura nob. viri d. Giraudi Ademarii, Montilii et » Graynhani domini, imperialis vassalli... Dat Gracionopoli, d. VII m. » maii an. Dom[i] MCCCLXXVIII ; per d. gubernatorem in concilio. » J. N.[1] » Quibus visis et diligenter attentis, in excequtionem earumdem vobis harum serie districtius injungimus et mandamus, sub fidelitate et juramento quibus d. n. dalphino tenemini, quatenus omnia univ. et sing. in dict. licteris contenta faciatis, compleatis et excequamini cum effectu.., vos inter cetera ad locum de Montilio Ademarii personaliter transferentes et ad alia loca de quibus vobis videbitur expedire, cum illis quos in vestra comitiva duxeritis eligendos..; mandantes... officialibus et subditis imperialibus et dalphinalibus... Datum Buxi, sub magno sigillo curie majoris dict. baroniarum, die XII mensis madii anno Domini M°CCCLXXVIII°. R. R.

Subsequenter vero, scil, die XIIII^{ta} mensis madii, dicti dd. comissarii et excequtores accesserunt de Graynhano apud Montilium Ademarii, ad requisitionem predict. et pro dict. licteris excequendis, et modicum post horam meridiey, cum fuerunt ante portale vocatum portale Nostre Domine de Ayguno, custodes ejusdem inter quos erat Mondonetus Barnaudi interrogavit eos qui ipsi erant, et dicti comissarii et excequtores responderunt : « Nos sumus ad dominum meum gubernatorem Dalphinatus, locumtenentem domini nostri dalphini, vicarii dom^{i} imperatoris, et volumus intrare et repascere equos nostros ». Tunc dict. Mondonetus, qui tenebat claves in manu dicti portalis, clausit dict. portale et serravit cum clave, relicto guicheto aperto, et inde exivit foris dicendo : « Domini, parcatis, ego non auderem vos intrare permitere sine licencia gencium domini mei comitis Valentinensis, sed mitto ad eas ut vos intrare permitant ». Deinde, cum quidam homines dicti loci dicerent dicto Mondoneto : « Male factum est, quia non permictitis intrare istos dominos sicut alii intrant, et quadam vice intrabunt ipsi sicut et alii », dict. Mondonetus, qui se gerebat custodem pro dicto dom. comite, dixit intrando infra et guichetum cum clave serrando : « Pro certo ipsi non intrabunt sine licencia » ; et cum plures alie persone de infra et de foris veniebant, dict. custos eas intrare et exire permitebat. Et deinde cum dicti dd. comissarii et excequtores iterum venirent ad dict. portale pedes et dicerent ei : « O custos portalis, intrabimus nos adhuc ? » ipse custos respondit : « Pro certo non auderem vobis aperire sine licencia ». Et paulo post exiverunt foris nobiles Garinus Ademarii donatus et Guillelmus de Curnierio de stabilita fortalicii Montilii pro domino Graynhani et dixerunt : « Domini, vos bene veneritis ; gentes domini mei Graynhani bene volunt ut vos intretis et quantum in eis est portale est vobis apertum, sed remanet in gentibus dom. comitis Valentinen. qui hodie habent et tenent claves dicti portalis ». De quibus dicti dd. procurator et castellanus pecierunt sibi fieri publ. instrumentum. Actum ante dict. portale, prope bareriam inferiorem ; testes fuerunt presentes dicti Disderius, Girardus et Anthonius. — Ceterum, paulo post venerunt de infra per dict. guichetum nobiles Disderius dominus Besinhani, Petrus de Fontanis et Petrus de Tornono de stabilita predicta et dixerunt : « Domini procurator et castellane, vos bene veneritis », capucia de capitibus amovendo et sibi magnam reverenciam faciendo, dicendo eciam : « Hic est frater dom. Guillelmi Bastardi, capitanei hujus loci pro dom. comite », et responso : « Ipse bene venerit », dicti dd. comissarii et exequtores ite-

rum dixerunt: « Quid est hoc dictu, non intrabimus nos qui sumus ad dom. imperatorem, dom. dalphinum ejus vicarium, filium regis Francie, et ad dom. gubernatorem Dalphinatus, et qui sumus officiales dalphinales, et alie cetere gentes intrant? » ; tunc prenominati de dicta stabilita responderunt: « Domini, nos pro certo bene volumus et nobis placet ut vos intretis, et non remanet vel remanebit in nobis nec quoad partem domini Graynhani. » Ipse frater predict. tunc respondit: « Pro certo frater meus, qui est capitaneus hujus loci, eciam dom. bayllius domi mei comitis Valentinen. non sunt in loco presenti, ego me de aperiendo vobis intromitere non auderem ». Et eo tunc dicti dd. officiales fecerunt extrahi de maleta dicti d. procuratoris literas preinsertas de duobus massapanis fuste et ostendendo easdem et sigilla earumdem dixerunt: « Ecce literas imperiales, dalphinales et potestatis nostre; postquam non vultis nobis apperire, nos precipimus ex parte imperatorie magestatis et virtute potestatis hactenus nobis date vobis omnibus et singulis hic presentibus, qui subestis dicte magestati imperatorie, et per vos dom. comiti Valentin. et suis gentibus absentibus infra existentibus, sub penis quas incurrere possetis et possent erga imperialem celcitudinem, ut nobis apperiatis ac nos intrare permitatis pro mandatis excequendis imperialibus et complendis juxta nobis traditam potestatem, aut pro certo nos illa publicabimus hic et excequemur nostro posse, quicumque velit videre vel ne, et pro certo jam hoc esset quod nos non essemus nisi ad dict. dom. gubernatorem ut dominum de Bovilla, credebamus quod in bono vicariatu aperietis nobis » ; qui de stabilita et frater responderunt ut supra. Et cum vellent publicare et excequi illuc dicta mandata, dict. dominus Besinhani et frater dixerunt eisdem : « Rogamus vos ut modicum expectetis, et nos ibimus loqutum super hoc aliis sociis qui sunt infra pro domº meo comite ». Et eo tunc intrarunt et hoc facto dict. Mondonetus dict. guichetum clausit et serravit cum clave. De quibus... Actum ante dict. portale; testes fuerunt pres. qui supra et Martinus Eustachii predict. — Ex post vero, per spacium meatus unius leuce vel circa, dict. frater rediit infra ad fixuram dicti portalis et dixit eis : « Pro certo ego locutus fui sociis ut intraretis, sed non audent se intromitere super eo, sed ego faciam vobis mitti de victualibus deforis pro vobis et vestris roncinis ». De quibus... Actum et testes ubi et qui supra.., et plures alii circumstantes. — Successive dicti dd. officiales dalphinales retraxerunt se ac recesserunt de illuc ultra pontem itineris Avinionis ante ecclesiam supradict. ubi,

per magnam pausam et tantam quod ex post non iverunt de die nisi unam leucam, steterunt et expectarunt; et interim venerunt plures gentes domini Graynhani, deinde dicti dom. comitis secum afferentes panem unum, pices et advenam, de quibus fuerunt ipsi dd. officiales cum suis roncinis repassi. Et hoc facto, hiidem dixerunt nobili Matheo de Dei Adjutorio et marescallo equorum dicti d. Guillelmi et aliis illuc excistentibus de gentibus dom. comitis : « Vos alii domini, permitetis nos adhuc intrare infra Montilium? Si faceretis, vos essetis sapientes pro vobis et dominis vestris » ; qui responderunt : « Pro certo nos non possumus aliud facere »; gentes vero domini Graynhani dixerunt : « Pro certo non remanet vel remanebit in dom° meo Graynhani nec in nobis ». De quibus... Actum ante ecclesiam supra dict., testes qui supra proxime nominati et plures alii circumstantes. — Preterea nocte apropinquante, videntes quod intrare non poterant dict. locum, versus Speluchiam recesserunt ubi jacuerunt in hospitio nobilis Gaufredi de Ruppe, condomini de inhibi, ubi propter reverenciam imperialem et dalphinalem fuerunt bene et honorifice recollecti. In crastino vero dd. officiales dalphinales ad dict. locum et ipsum portale Montilii redierunt circa horam prime, et interrogaverunt cuidam de familia dicti d. Guillelmi, qui erat ad barreriam vestitus de quad. veste partita de limbo et burello et ferebat unum capucium de burello cum uno quaterno de blano, cui dixerunt : « Amice, sunt intus dom. comes Valentinen. ac dictus bayllius et capitaneus ? » ; qui respondit : « Pro certo dom. comes non est, sed dom. meus Guillelmus et bayllius recedunt ab hinc, qui circuerunt locum et intraverunt per aliud portale, et michi dixerunt quod quia heri vos videram et noscebam, quod si veniretis mitterem ad eos et facerem ipsos scire, sed mitto incontinenti ad ipsos, ad sciendum si vos intrabitis ». Et misit unum peditem armatum, de illis qui erant infra ad portale, dicendo sibi : « Vadatis ad dom. meum d. Guillelmum et ad d. bayllium, et dicatis eis quod gentes dalphini qui heri fuerunt hic, sunt modo ad portale et si intrabunt ». Et post magnam pausam venit unus famulus dicti bayllivi, indutus quod. tabardo de burello, portans ansem ad latus, cum caligis de pelle viridi pedaciata que dicebatur esse de Velay, ad dict. barreriam et dixit eis : « Vos alii creditis intrare infra, sed non intrabitis; in vanum speratis » ; cui responderunt : « Amice, forsam magistri tui magis graciosam nobis facient respontionem quam tu » ; qui respondit eis : « Vos non habebitis hodie aliam respontionem, quia magister meus bayllius ivit versus dom. meum comitem et d. Guillelmus sic ordinavit ». Et cum dixerent ei : « Qualiter voca-

ris et qui es tu qui ita respondes ? » ipse famulus animo multum elato et superbo respondit : « Ego sum homo habens manus et pedes sicut unus alius » ; cui dixerunt : « Si tu non vis nobis dicere qui tu es, et nos diximus tibi quod nos sumus procurator Baroniarum et castellanus de Nihonis, dalphinales missi pro parte imperatorie magestatis ». Ipse vero respondit ut supra : « Quiqui vos sitis vel ne non curo, hodie non intrabitis nec aliam respontionem habebitis » ; et inde recedens intravit locum. Deinde dicti dd. officiales dalphinales interrogaverunt in eorum legalitate Poncium Alardi alias Malareat et Poncium Chabrerii, probos homines hic presentes, sic : « Dicite vos alii probi homines, scitis vos si permitant nos intrare infra ? » ; qui in eorum veritate ita responderunt : « Pro certo fuit per bayllium et per d. Guillelmum ordinatum quod vos alii de dom. dalphino non intretis nec quod aperiatur vobis et quod omnes alii intrant ». Et tunc ipsi dd. officiales videntes hoc et quod jam multum expectaverant, et quod dom. cancellarius dom. ducis Andegavensis et dom. senescallus Tholosanus, ut comuniter dicebatur, venerunt ad dict. portale de versus Avinionem, quibus dict. d. procurator dixit : « Domini mei precarissimi, vos estis ad dominum nostrum regem et dom. Andegavensem ejus fratrem, et sumus ad dom. nostrum dalphinum vicarium imperialem, et sumus hic aliqua peracturi pro eodem, sed gentes comitis nos intrare non permitunt ; supplicamus vobis ut, si placet, dicatis vel per vestras gentes dici faciatis eisdem quod nos intrare faciant et permitant » ; qui responderunt : « Si intrabimus nescimus, sed si intramus libenter; ubi est nunc dom. gubernator ? » et responso eis per eum : « Apud Gracionopolim, prout credo », portale fuit apertum et ipsi cum suis gentibus intraverunt. Equidem dicti dd. officiales post hec per longum tempus expectaverunt et nullam respontionem habuerunt ; quod advertantes, licteras potestatum suorum officiorum necnon originales licteras preinsertas una cum requisitione predicta publicaverunt alta voce multum et intelligibili ante dict. portale ac excequti fuerunt, sic dicentes : « Ad requisitionem viri nobilis dom[i] Giraudi Ademarii, Graynhani et Montilii domini, nos procurator Baroniarum et castellanus de Nihonis, comissarii et excequtores ad infra scripta specialiter deputati, ex parte dom. gubernatoris Dalphinatus, locumtenentis dom[i] nostri dalphini, vicarii generalis imperialis, notum facimus vobis omn. qui hic infra estis presentes, quod dict. dominus Graynhani cum uxore, liberis, familia, castris, villis, terra, opidis, bonis, rebus et juribus suis, subditis quibuscq. sunt in speciali salva gardia et protectione imperialibus et dalphinalibus.., et

precipitur vobis et per vos comiti Valentinen. ac bayllivo et capitaneo ceterisque suis valitoribus et sequacibus, qui subestis et subsunt imperatorie magestati, et sub pena CC marcharum auri purissimi ac omni alia quam audistis.., ut nullus vestrum vel eorum dict. salvam gardiam audeat violare aut aliqua indebita in ejus prejudicium attemptare, ymo quod requisiti debeatis et debeant ad ipsam conservandam dare dicto dom° Graynhani auxilium et favorem, et nihilominus per exhibitionem et publicationem presenc. licterarum appositionem vexillorum et penuncellorum armis imperialibus et dalphinalibus depictorum in fortalicio Montilii et dicti dom[i] Graynhani appositorum vigore ipsarum aprobamus et penitus confirmamus ac per has de novo ponimus et pro positis habemus, omn. et sing. subditis dicti dom[i] Graynhani... expressam auctoritatem et licenciam concedentes similia vel alia et similes dict. armis depictos in suis domibus, hospiciis, pocessionibus, bonis et rebus ponendi et affigendi... in signum potencie et celcitudinis imperialis ac salve gardie memorate ; precipiendo nihilominus sub pena predicta dict. d. comiti et suis gentibus, ut violatores et infractores ejusdem existentes penes eos remitant pro justicia ministranda, aut quod ex eis sint taliter tuti et muniti quod remitti valeant in tuto dicto d. locumtenenti et fieri per eundem justicia de eisdem ». Quod inhibitum et preceptum fuit ibidem semel, secundo, tercio et exhabundanti et per certa intervalla ; et tandem dicti dd. comissarii et excequtores copias dict. requisitionis, potestatum et licterarum manu dict. notariorum decretatas et collacionatas per ipsos posuerunt infra locum per quand. fixuram que erat inter duas portas ejusdem portalis in quod. papiri quaterno scriptas per dict. Johannem Die, precipientes ibidem sub qua supra pena presentibus ibidem ad portale ut illas quamcicius comode poterunt dict. d. comiti et suis gentibus portant, tradant et notificent, ne ignoranciam pretendere valeant de eisdem. De quibus... Item, cum misissent quesitum dict. dominum Besinhani et nob. Arnaudum Remusati, bajulum domini Graynhani, secum loquturos, custodes dicti portalis eos exire vel loqui cum eis non permiserunt. Acta et publicata fuerunt hec ante portale predict. ; testes fuerunt presentes Vidalis Arnaudi, custos dicti portalis, Guillelmus Archiasii, de Castro Novo de Rodano, Johannes Gauterii, habitator Montilii, Gonetus hospes albergerie de Charolis, Petrus Cuniculi de Chasta, Johannes Ricardi, de Monte Bocherio, et dicti Disd., Gir., Anth. et Mart... — Eadem die, dict. dominus Besinhani ad requisitionem dicti d. procuratoris misit secrete per dict. Johannem Die ipso d. procuratori quand. papiri cedulam, cujus tenor

sequitur et est talis : Hec sunt illata per gentes dom. comitis gentibus fortalicii dom. Giraudi. Primo die XXIII mens. aprilis, gentes stantes in hospitio Garini pro dom. comite (*ut ch. seq.*, § *6*)..; item, ante diem (*ut* § *5*)..; item (*ut* § *7*)..; item, dicta die dominica, nomin. Petit Meschis, Morellus et plures alii qui fuerunt pro dicto d. comite in hospicio Garini (*ut* § *8*)... Et predicta fuerunt facta in presencia nobb. Petri de Fontaynas, Petri de Turnone, Garini Ademarii, necnon et Petrus Levi nominatus Gabriel, Guillelmus Galhardi alias Carcant, qui eorum veritate deposuerunt predicta fore vera. Item (§ *9*)...Item (§ *10*) ... projeccer. nominatus Jacomi, qui erat in turrim castri novi, et plures... Item (§ *11*)... scutifer bayllivi et presbiter suus... Item (§ *12*)... bayllius d. comitis... ipso absente a domo sua quia erat in domo Pon. Fabri ubi comedit..; et in crastinum (§ *13*)... Item gentes dicti d. comitis (§ *14*)... Item Florimondus de Alta Villa qui est pro d. comite in loco Montilii, una cum pluribus aliis (§ *15*)... Rursus, anno et die supra prox. descriptis, dicti dd. comissarii et excequtores existentes et personaliter constituti prope locum Spelluchie, scil. ante portale ad barreriam, qui locus subjasset imperiali celcitudini ac de retrofeudo d. comitis et feudo dicti domi de Graynhano existit, dict. salvam gardiam fecerunt voce preconia publice intimari per Anthon. Reuchi, quem preconem publ. hactenus creaverunt, cum inhibitionibus, intimationibus, penis et preceptis similibus quibus supra, et in signum salve gardie,.. quend. parvum penuncellum dict. armis depictum, cum tunc alium non haberent, fecerunt in porta portalis a parte orientali affigi et apponi per dict. Martinum Heustachii. De quibus... Actum et publicatum prope prox. dict. barreriam ; testes fuerunt pres. nobiles Gaufridus de Rocha, condominus dicti loci, dom. Petrus de Conchiis presbiter, Guillelmus Gachoni, Poncius Roncini, Stephanus Rossani, Andreas Roncini, Petrus Bordosii, Petrus Bernardi et Guillelmus Johannini... — Subsequenter, anno et die quibus supra, in magna aula Graynhani, dict. dominus Graynhani dict. dd. comissarios et excequtores presencialiter et personaliter requisivit ut dict. salvam gardiam die crastina in nundinis de Nihonis et expost in loco de Buxo faciant voce preconia et publice intimari... Et ibidem venit quidam de Montilio vocatus Guillelmus Gachoni et publice ibi dixit et suo medio juramento deposuit loquendo dicto domo Graynhani : « Ego veni de Montilio Adhemarii et hodie, postquam comissarii dalphinales fuerunt ante portale, dom. Guillelmus Bastardus et nonnulli alii de gentibus comitis dixerunt gentibus vestris (*ut* § *17, etc.*) » — Post hec, an. et die quib. supra, in itinere veniendo de Grayn-

hano versus Nihonis, prope riperiam Lesii, in territorio Graynhani, Bertrandus Rupphi et Michaletus Moreni, habitatores de Salis, interrogati per dict. dd. comissarios suis juramentis dixerunt quod dudum locus et habitantes de Salis fuerunt et sunt in salva gardia dalphinali et quod XV die infra Quadragesimam de anno preterito vel circa, filii dom. Karoli de Pictavia et d. Guigardi Lebourt d'Auroche et quid. vocatus Jacobus de Bosco, de Taulinhano, et plures alii cum armis venerunt apud Salis et ibi jacuerunt et salvam gardiam violarunt, homines dicti loci predando de pluribus que scribere longum esset, ipsos verberando et quatuor roncinos mercatoribus Dalphinatus amovendo... et plura alia mala faciendo, etc. — Expost, die XVI et XVII dicti mens. madii, nob. magister Petrus Barasti de Graynhano, constitutus apud Buxum in presencia dicti d. procuratoris, in camera fornelli de retro, tradidit et realiter presentavit quand. papiri cedulam, requirens quod huic processui adjungatur, cujus tenor subscribitur sub hiis verbis : Die XV mens. madii qua fuerunt comissarii imper. et dalphin. ad portale Ayguni et dimiserunt copias literarum suarum infra portale, quas cum pede gentes comitis de subtus januam extra projesserunt ; dict. copias post aliquod intervallum unus famulus bayllivi dom. comitis cepit et secum portavit in presencia Pon. Alardi alias Malarea et Petri Fabri. Item post predicta, die dominica que fuit XVI madii, bayllius predict. cepit et capere fecit homines dicti dom^i^ Graynhani et ipsos apud Narbonam duxere fecit, donec solverent ad libitum tam vina quam pecunias ; item quod ipsa die nomin. Boysso, Amedeus de Breyssieu, Gust., Amedeus de Monte Rigaudo et Florimondus de Alta Villa, qui sunt de Dalphinatu, ceperunt animalia hominum dicti d. Giraudi per vim et violenciam, et hominem cujus erant verbaverunt ipsos traynando et alias male tractando, et specialiter Petrum de Rivo alias Usso..; item quod bayllius predict. dixit et cominavit homines dicti d. Giraudi quod si sint ausi se reducere ad fortalicium dicti d. Giraudi neque ire, quod ipse faciet eis amputare capud... Testes fuerunt pres. Franciscus de Peladrudo, Pon. Alardi alias Malarea, Vidaletus Arnaudi, Petrus Fabri, Johannes Rovilhi, Pon. Caprarie, Guillel. Silvi. Et ego Johannes Die, publ. auct^te^ imp^li^ notarius ac dalphin. curie de Nihonis juratus,... Ego vero dict. Augerius Lechii de Forcineto, notar. publ. auct. imp. ac dalph. et curie Mirabelli...

(*) Arch. de l'Isère. reg. *Alius liber copiarum Brianczonesii. Ebredunesii, Vapincesii et Baroniarum BBB* (B. 299), cah. XXXV; en tête : « Hoc est transcriptum intimationis salve gardie domini Graynhani facte per dom.

procuratorem Baroniarum et castellanum de Nihonis, comissarios in hac parte, et attemptatorum contra ipsam per gentes comitis Valentinen. in loco de Montilio et alibi prout infra. »

Le 12 mai, « Johannes de Miscone, habitator de Nihonis » exhiba les lettres patentes de Charles de Bouville « impendenti cera rubea sigillatas, in cujus sigilli medio erant effigies cujusd. aquile, in et super ejus pectore vero arma regia et dalphinalia, et super cauda subtus illa inter ambas tibias sive crura ipsius aquile arma dicti domini de Bovilla impressa ». — Le 13, les commissaires, délégués par le bailli des Baronnies, donnèrent acte d'acceptation : « Act. in fortalicio Graynhani, scil. in alays aule contiguis a parte orientis. »

LXXII*. *25 mai — 5-10 juin 1378.*

SEQUNTUR comissio facta per virum magnifficum spectabilem dom. gubernatorem Dalphinatus, locumtenentem subscriptum, partium Baroniarum et comissario infra scripto, nec non articuli super violacione et fractione salvegardie imperialis et dalphinalis domino Greynhani et Montilii concesse et pro ejus parte traditi in effectu, et denuo informaciones secrete recepte athenus per eundem prout infra per seriem describetur.

Et primo tenor dicte comissionis sequitur in hec verba :

KAROLUS, dominus de Bovilla, gubernator Dalphinatus, locumtenens excellentissimi principis et domini dom. Karoli, domini nostri Francorum regis primogeniti, dalphini Viancnsis, locumtenentis et vicarii generalis serenissimi principis et domini dom. Karoli quarti, divina favente clemencia Romanorum imperatoris semper augusti, in toto Dalphinatu predicto, dyocesibus Valentinensi et Dyensi nec non in toto regno Arelatensi, eorumque limitibus et pertinenciis quibuscumque, dilecto nostro magistro Johanni Virduni, procuratori baroniarum Medullionis et Montis Albani, salutem. Ad nostrum nuper pervenit auditum quod, notifficata debite et inthimata spectabili et magnifico viro dom. Ludovico comiti Valentinen. et Dyensi et suis officialibus salvagardia et protectione imperiali et nostra, in qua suscepimus nobilem et potentem virum dom. d. Hugonem Adhemarii, dominum de Garda, nec non nob. et potent. virum dom. d. Giraudum Adhemarii, Montilii et Greynhani dominum, cum eorum uxoribus, familia, bonis et juribus suis, idem dom. L. comes per se, suos sequaces et coadjutores, in vilipendium et contemptum imperialis celcitudinis et exellentie dalphinalis, dict. salvagardiam temere infringendo plures in[sultus] cum armis more hostili contra dict. garderios et plurima attentata fieri fecit : de vestra igitur diligencia et discrecione ad ple-

num confidentes, volentes super dict. attemptatis certifficari pro honore et juribus imperialibus et dalphinalibus quantum poterimus conservandis, fidelitati vestre serie presencium precipimus, comitimus et mandamus quatenus ad loca opportuna accedentes super premissis omnibus et singulis innovatis et attemptatis a tempore notifficationis, inthimationis et inhibitionis dicte salvagardie factarum citra informaciones secretas debite recipiatis et in scriptis redigatis seu redigi et describi faciatis, quas nobis apud palacium Coste Sancti Andree fideliter interclusas hinc ad festum beati Johannis Baptiste proxime venturum apportetis aut transmitatis. Datum Grationopoli, die xxv mensis madii, anno Domini M° III^{c} septuagesimo octavo.

Per dominum gubernatorem in consilio quo erant dom^{i} Ja. de Rognis et Bergadanus de Mariclis. — Neulley.

Quibus quidem literis die septima mensis junii ejusdem anni dicto dom. procuratori et comissario presentatis eisque receptis cum reverencia et honore quibus decuit per eundem, obtulit se paratum eisdem efficaciter hobedire prout sibi comititur et mandatur.

Deinde vero, die x mensis predicti junii, fuerunt dicto dom. procuratori et comissario presentate alie litere quedam clause, ab ipso dom. gubernatore et locumtenente emanate, tenor quarum subscribitur pro hac forma :

Amico nostro carissimo Johanni Virduni, procuratori baroniarum Medullionis et Montis Albani, gubernator Dalphinatus.

Amice carissime. Dominus Greynhani nobis per suas literas presentibus interclusas rescripsit, prout in eisdem videbitis contineri; cui rescribimus quod ad informaciones premissorum habendas una cum aliis gravaminibus eidem et domino Garde illatis post inthimacionem salvegardie vos deputavimus comissarium, quorum si voluerit ministrare testes dict. informaciones recipietis nosque in quantum factum domi nostri dalphini concernit tantum faciemus quod honor ipsius nostro posse conservabitur : quantum enim ipsum dominum Greynhani respicit, si in dicta comiti Valentinen. apud Costam in crastinum beati Johannis assignata voluerit interesse et aliquid dicto comiti petere, eidem ministrabimus bonam justiciam. Quapropter volumus et vobis injungimus quatenus quocienscumque ipse dominus Greynhani voluerit vobis ministrare testes, dict. informaciones recipiatis et nobis cum aliis per vos sumere ordinatis apud Costam die prescripta apportetis, et in hoc taliter vos habeatis quod de diligencia debeatis comendari. Dominus vos conservet. Scriptum Grationopoli, die quinta junii.

Quibus quidem literis eciam cum quibus decet reverencia et honore

receptis, idem dom. procurator et comissarius reverenter obtulit se paratum eas effieaciter exequi juxta vires.

[Articuli] vero de quibus supra fit mencio per seriem subscribuntur:

CONTRA magnifficum virum dom. Ludovicum de Pictavia, comitem Valentinensem, nobiles dom. Guillelmum de Pictavia alias Bastardum, capitaneum guerre, Aymonum de Ruppe Moyria, bayllivum Montilii pro dicto dom. comite, ipsiusque scutifferum vocatum Barsilone, quendam alium dictum Petit Meschi, Floremondum de Altavilla, quend. alium dictum Boyso, Mondonetum Barnaudi, Beroyer, scutifferum dicti d. Guillelmi, Audibertum pedatgerium Auriple et cancellarium Narbone, Johannetum , servientem dicti d. comitis, Ludovicum dominum Ruppis Fortis, Guillelmum Guigonis, Petrum Boyssonis, de Margays prope Romanis, ac suos valitores, complices et sequaces et quemlibet in solidum eorumdem, omnesque alios univ. et sing. qui de criminibus et facinoribus subdescriptis potuerint principaliter, accessorie, auxilio, consilio, favore vel alio modo quovis culpabiles reperiri.

In Xpisti nomine, amen. Universis et sing... lucide perpendatur quod, anno Incarnacionis Dominice M° III^{c} LXXVIII° et die decima mensis junii, indicione prima, excel^{mis} et illus^{mis} principibus et dominis nostris dd. Karolo div. fav. clem. quarto Romanorum imperatore semp. aug. et Karolo Dei grat. Francorum regis primogenito, dalphino Vianense, locumtenente imperiali et vicario generali, regnantibus et existentibus, mandatoque magn^{ci} et spect^{lis} viri dom. Karoli domini de Bovilla, gubernatoris Dalphinatus, locumtenentis dom^{i} locumtenentis et vicarii memorati, comissionumque vigoribus predict. fuit presens inquisicio incohata et ad inquirendum inceptum pro parte imperatorie magestatis et exellencie dalphinalis, prout spectat et pertinet ad eosdem,... contra prenominatos.., super et pro eo videl. quod ipsi.., in dedecus, vilipendium et contemptum ac prejudicium manifestum imperatorie magestatis et dalphinalis exellencie, predict. salvegardie protectionisque imper. et dalphin... domino Greynhani et Montilii concesse.., quid plura! canonum et legum transgracionem fecerunt, perpetrarunt, comiserunt, perpetrari et comiti fecerunt, concensierunt et sciverunt crimina et delicta gravia et atrossia que sequuntur. — In primis quia, die XIX^{a} mensis aprilis proxime preteriti, cum dom. Hugo de Oriis jurisperitus, imperialis et dalphinalis comissarius specialis, super dicta imper. et dalphin. salvagardia excequenda in loco de Montilio et ad excequcionis ejusdem excerssicium vacaret, ipsi delati vel alter eorum in presencia dicti d. comissarii

Johanni de Abcherio, servienti generali dalphinali, escutetum argenteum armis regiis et dalphinalibus depictum cum liliis et dalphinis in pectore deferenti apparenter et de ipsius d. comissarii comitiva existenti, dixerunt : « Vos venistis in ista villa pro accipiendo informaciones per gentes hujus ville contra dominum nostrum Valentinensem, sed in vere Deo faciemus vobis fieri fidem de tonsura vestra antequam exeatis a loco Montilii, et ulterius si tu amplius locaris, nos tibi occulum de capite extrahemus » ; prout hec instrumento publ. scripto manu Johannis Dye notarii publ. continentur. — 2) Item, quod ipsi delati alter eorumve, die xxa mensis ejusdem aprilis, dicto d. comissario ad dicte excequcionis excercissium vacante, eidem maliciose et injuriose dixerunt : « Vos, dome comissarie, bene hostenditis quod parum diligitis dominum nostrum comitem quod facitis ultra vobis comissa, et per Deum ! si debere(t) constare dict. comitatum dicto dom. comiti, vos luetis de corpore et de bonis, et sicut vos recipitis informaciones contra dict. dom. comitem et ejus gentes, quod non continetur in vestra comissione, sic recipientur contra vos » ; prout constant... — 3) Item, quod ipsi delati plures eidem d. comissario minas alias intulerunt, ob quas ipse excequcionem sibi acthenus comissam ad plenum excequi non potuit seu complere, ymo aliqualiter pretermisit ;... — 4) Item, quod vexillis et penuncellis armis imperialibus et dalphinalibus depictis in et super fortalicium Montilii dicti domini Greynhani positis et affixis, dictisque salvis gardiis inthimatis ad eorumque perventis notissiam et deductis, ante ipsum fortalicium obsessum posuerunt et tenuerunt in hospicio nobilis Garini Adhem. ac eciam barrerias ante ipsius fortalicii intratgium sive portas, ut qui infra et deforis existebant prout antea faciebant victum non possent intrare fortalicium vel exire aut alias succursurum aliquem obtinere. — 5) Item, quod die xxiii pred. mens. aprilis aut alias post premissa, ceperunt Arnaudum Remusati, hominem ligium dicti domini Greynhani, ac ipsum captum per certum temporis spacium tenuerunt. — 6) Item, quod Richardum de Plano et Stephanum de Serroscuderio, homines ligios ipsius domini Greynhani, ceperunt et incarsserarunt, eos nichilominus redimere fecerunt. — 7) Item, quod die dominico qui fuit d. xxvi ipsius mens. aprilis, ceperunt et incarcerarunt Johannem Solerii alias Cucheto, hominem ligium domini sepe dicti, et ejus uxorem eosque captos et incarsseratos per aliqua tempora tenuerunt. — 8) Item, quod die ipso invaserunt Poncium de Juers, nominatum Brunet et magistrum puerorum dicti domini Greynhani ipsiusque subjectos, ad posterlam dicti fortalicii cum glaviis, bayssatis, lapidibus et aliis

armorum generibus variis et diversis, clamantes : « A l'arma! a l'arma! » et dicentes quod erant ibidem pro dicto dom. comite, et ulterius contra alios existentes in dicto fortalicio jacierunt. — 9) Item, quod quoddam hospicium nobilis Garini Adhem., ipsius domini Greynhani subditi et fidelis, in quo fiebat stabulum diruerunt fustasque inde ceperunt et secum denuo portarunt. — 10) Item, quod die veneris sequenti duos cayrellos traxerunt seu emiserunt ac plures lapides projecerunt contra fortalicium memoratum ipsiusque custodes, guerra(m) illicitam vel quasi propter ea faciendo. — 11) Item, quod die dominico quo fuit d. IX madii, Bertrandus Fogeti, hominem ligium dicti domini Greynhani, acriter verberarunt et in capite vulneraverunt, unde sanguinis effusio emanavit. — 12) Item, quod die XI dicti mens. madii, serotine ac de nocte et hora tarda venerunt cum armis ac (*leg.* ad) modum vis publice et hostilis ad hospicium dom[i] Bonelli de Ligione jurisperiti, hominis liegii et appellationum judicis in Montilio dicti domini Greynhani, in absentiaque ejusdem, et portas vioulenter fregerunt hospicii et ipsum intrarunt, in quo duo vel tria treylicia et duo baucalia ac de aliis utencilibus prout sibi placuit acceperunt et secum eciam portaverunt. — 13) Item, quod in crastinum eidem dom. Bonello dixerunt quod sua pignora redimeret et quod vice qualibet qua defficeret venire ad excubias eorumdem, eum realiter pignorarent non obstante quod esset judex appellationum domini antedicti. — 14) Item, quod Stephanum Symondi, qui ducebat ligna ad fortalicium memoratum, eciam verberarunt ac suum caputium lacerarunt. — 15) Item, quod Stephanum Mangonis, ipsius domini subditum et fidelem, vi publica et armata acriter invaserunt; quem forcitam occidissent nisi se salvasset ad ecclesiam Sancte Crucis. — 16) Item, quod diebus XIIII[a] et XV mens. madii, supradicti delati portas portalis Montilii de Ayguno nobilibus Johannis de Virduno, procuratori dalphinali Baroniarum, et Jaqueto de Cazali, castellano de Nuoniis, comissariis imperialibus et dalphinalibus specialiter ad hec missis, clauserunt et cum clave in eorum face et presencia sarraverunt illosque infra intrare et suam comissionem imper. et dalphin. excequi permitere ac certo proposito recusarunt, in tantum quod comissionem huj[di] ante dict. portale excequi opportuit per dd. comissarios memoratos, licet gentes dicti domini Greynhani quantum in ipsis erat eisdem introitum expedirent. — 17) Item, quod die pred. XV dicti delati dixerunt gentibus dicti domini Greynhani : « Nos credebamus tractare concordiam inter dom. nostrum comitem Valentin. et dominum Greynhani, qui facit ista fieri per dalphinum et ejus comissarios

sive gentes, se(d) postquam talia facit nos restringemus vobis bridam ac acorgabimus vobis getos, et non facietis sic ad libitum vestrum sicut ante adventum istorum comissariorum faciebatis pariter et fecistis ». — 18) Item, quod nisi fuerunt similiter et conati homines ligios Montilii dicti domini Greynhani ad prestandum homagium et fidelitatem domº comiti prelibato.— 19) Item, quod post predicta eadem die xv eciam preceperunt ut omnes de foris venientes locum Montilii intrarent, exceptis illis de dalphino qui heri fuerant ante portam. — 20) Item, quod copias per dict. dd. comissarios infra dict. locum per fixuram portalis positas publice infra locum, manu alterius ipsorum notariorum scriptas ac amborum manibus decretatas, tenorem imperialium et dalphinalium licterarum super salvagardia memorata et ipsorum dd. comissariorum potestatibus continentes, vituperose cum pedibus inpixerunt certis propositis eorumdem et de foris emiserunt. — 21) Item, quod mercurii die xix madii predescripti, dicti delati vel alter eorum Girardum Salvaci, hominem liegium dicti domini Greynhani, aripuerunt, extraerunt fortiter versus eos et cum dict. Girardus diceret se hominem memoratum dederunt ei de uno baculo supra spatulas ictum magnum. — 22) Item, quod die xx dicti mensis, per vim et potenciam quodd. hospicium in burgo novo Montilii et quod pro duabus partibus indivise a duobus dicti domini hominibus tenebatur disrui preceperunt ac eciam disruerunt. — 23) Item, quod nichilominus dicta die per vim et potenciam, prout supra, sarralham porte hospicii Rostagni la Fa, hominis ejusdem domini, fregerunt, a quo quidem hospicio xx^ti frumenti sestaria extraerunt, que secum apud Narbonam portaverunt. — 24) Item, quod die xxi dicti mensis Poncium Nonays, hominem ejusdem domini, in uno ligone et uno poto stagni pignorarunt seu pignorari fecerunt. — 25) Item, quod dicta die de nocte sarralham porte hospicii Arnaudi Ortolani, hominis sepedicti domini, (fregerunt) illudque intrarunt, et si dict. Arnaudum invenissent forsan eum cepissent ad Narbonamque duxissent. — 26) Item, quod ipsa die preceperunt sub pena xx^ti solid. Stephano Audoardi, homini ejusdem domini Greynhani, ut esset coram bayllivo dicti dom. comitis in crastinum bene mane ad predict. portale Ayguni. — 27) Item, quod die dominico immediate sequenti, nisi fuerunt et conati interficere Mondonum Corenhi, hospitem Campane, hominem ipsius domini Greynhani, nisi fuissent acthenus resistentes, et nichilominus eidem duas alapas prebuerunt et sue matri vidue mulieri cum baculo in brachio quod illud dicitur fractum fore. — 28) Item, quod die martis sequenti, dom. Reymundum Symondi,

ejusdem domini Greynhani, cum una aperchia et uno baculo in capite taliter percusserunt quod eum interficere crediderunt nisi gentes alique affuissent. — 29) Item, quod die lune sequenti Laurencium Viloni, ejus hominem, quia non permitebat eosdem sua bona propria capere pro libito voluntatis, felociter vulnerarunt. — 30) Item, quod die sabati ex post subsequta Stephanum Grumeti, hominem suum, cum una massa in brachio taliter percusserunt quod ex eo quasi inpotens est effectus. — 31) Item, quod pratum dicti domini Greynhani, aque Robyonis et fossatis dicti loci Montilii contiguum, et ejus erbam de die in diem secant, destruunt et debastant ac faciunt debastari, in eo iter novum publicum facientes. — 32) Item, quod plura et diversa alia, res et bona hominum dicti domini in dicto loco Montilii rapuerunt ac eisdem hominibus alia varia gravamina intulerunt. — 33) Item, quod ultra omnia alia et singula supradicta dicti delati et maxime Petrus de Ruppe, alias lo Borc de Rocha, filius domini Guigardi Berlhonis bastardus, donatus domi Karoli de Pictavia et Jacobus de Boscho de Taulinhano, cum equis et armis, multitudine copiosa territorium et locum de Salis dicti domini Greynhani, sub dalphinali ab olim et nunc imperiali et dalphinali protectione et salvagardia constituta, intrarunt in ipsoque loco jacuerunt, in quo tam gentibus dicti loci quam nonnullis merchatoribus Dalphinatus fena, sivatas, angillos, pectinas, gallinas ac animalia equina et mulatina predonisse capuerunt, que quidem animalia apud dict. Montilium duci et reduci fecerunt per certos homines de Alondo. — 34) Item, quod alia vice in dicto loco de Salis XIIII animalia bovina que erant nobilis Michaleti Symondi et in bovali reposita existebant, similiter capuerunt ac ad locum de Raco postea reduxerunt, dicto nob. Michaleto inscio et invito cujus erant. — 35) Item, quod hiidem delati predicta facinora et crimina perpetrando et alia infra scripta, in comitatu Valentin. et Dyensi, vice comitatu Ucesie et alias in regno Francie et imperio eorum fecerunt imprezias pertinaces, congregationes et uniones ac se in illis reduxerunt presencialiterque reducunt una cum personis predict., averibus et aliis bonis raptis post inthimacionem salvegardie et protectionis predict. ac inhitarum et penas factas hacthenus et inflictas. — 36) Item, quod dicti et infra scripti delati plurima alia similia et pejora fecerunt et perpetrarunt ac sunt perpetrare et facere assueti, fieri et perpetrari sciverunt et concenscierunt tam in dict. locis et territoriis de Montilio, de Salis, de Greynhano quam aliis adjassentibus sub. protectione, dominio et jurisdictione selcitudinis et exellencie predict. — 37) Item, quod ipsi delati de premissis omn. et sing. et aliis

criminibus sunt publice diffamati, illaque sunt vera, notoria et manifesta et de eisdem est publica vox et fama in locis predict. et aliis circumvicinis, maxime inter habentes notissiam de premissis. — Unde, etc. — Igitur, etc. — Super quibus advertendum est quod constat de salvagardia... — *Suit l'interrogatoire des témoins :* Stephanus Superii, Raymundus Symondi, Michaletus Symondi, Guillelmus Cilvi sartor, Bauctius de Luperia, Camberien. dyocesis clericus, Johannes Solerii alias Cucheto, Bertrandus Fogeti, Poncius Alardi alias Malarea, nobilis Petrus de Fontaynis, habitator Graynhani, Arnaudus Remusati, Richardus de Plano, Guillelmus Sabrandi, Petrus Fabri faber, nobilis Johannes Rovilhi, nobilis Guillelmus de Pino, Stephanus Mengonis, nobilis Petrus de Turnone, Johannes de Sabaudia, dom. Raymundus Simonis presbiter.

Arch. de l'Isère, reg. *Alter liber copiar. Vallen. et Diensis, Gratia plena* (B. 294), f° 97, ss.

LXXIII*. *15 février 1381.*

Petrus de Altovilari, domicellus baylivusque Montilii Adhemarii et ressortorum totius Valdayniæ pro dom° nostro comite Valentinen. et Diensi, Henrico Benedicti, præconi et servienti dicti d. n. comitis.., salutem. Cum, ut nobis constat legitima informatione cum fide dignis testibus super infra scriptis recepta, ad requisitionem nonnullorum hominum et personarum dicti loci etiamque pro utilitate totius rei publicæ ejusdem loci Mont., quand. trabem esse interpositam in platea loci Montilii præd., tangentem ab una parte quartonem hospicii Guilhermi Perroti quondam et ab alia parte quadrantem hospicii heredum Alberti de Fonte, ibidem stantem in transata, ut aquæ descendentes et obvenientes de carreria recta Alamanderiæ et a partibus castri Montilii venientes per carreriam Sabateriæ recte currerent et ceciderent, suos faciendo meatus absque carreriam Pratorum Comitalium, quo tendere poterant minori dampno : quod si transirent seu alibi suos facerent meatus vel aliàs per aliam carreriam effluere haberent, tunc cum trabes prædicta bassata fuit, ob quod aquæ prædictæ [absque] effluxione transiendo et meatus suos faciendo alibi præterquam per prædict. carreriam dict. Pratorum Comitalium, multa dampna irreparabilia causa præmissa faciendo, quæ cadunt in totius rei publicæ dampnum, ob quod etiam requisiti fuerimus quod dict. trabem ibidem [curaremus] facere, quod facere de præsenti di-

lati sumus nisi pridem vocatis evocandis; propterea cupientes prædictis ut tenemur occurrere, instantibus prædict. hominibus et personis, vobis [injun]gendo [mandamus] quatenus ad trivia et loca Montilii supra talibus destinata accedentes, ibi voce tubæ præconia præconisetis, ad finem ne quis de ignorantia se valeat excusare, si fuerit aliquis qui præmissis se opponere velit seu aliquod [impedimentum proferre] vel allegare cur trabes prædicta in loco prædicto bassata ibidem [remanere] non debeat vel aliquid aliud erga ea dicere et opponere voluerit, diem martis proximam apud Montilium Adhemarium, in ressortorio curiæ, hora [vesperorum assignetis. Datum Montilii Adhem., in consistorio] curiæ nostræ, die xª vª mensis februarii, anno Domini M° CCC° octuagesimo. Jarenthonis Grasse.

(*) Recueil B (n° 40), copie imparfaite du n° 252 des arch. de Mont. (*Invent.* de 1662, f° 56). Cette lettre de Pierre d'Arvillars, bailli de Montélimar, est insérée dans la sentence prononcée par lui, le mardi 5 mars 1380 (a. s.), pour le placement de la susdite poutre.

LXXIV. *10 juillet 1381.*

Pro universitate Montilii, de retrovallato porte Fusti*.

In nomine Domini, amen. Univer. et sing.. indubitanter appareat manifestum quod, anno Incarnationis ejusd. M°CCC° octuag° primo et die xª mensis julii, spectab. principe et dom° nostro d. Ludovico de Pictavia, comite Valentinen. et Dyense excistente.., cum questio, lis et controversia verteretur et major de die in diem verti speraretur inter magniff. et potentem virum Giraudum Adhemarii, Montilii et Granhani dominum, nomine suo proprio, ex una parte, et discretos viros Guillelmum Barnaudi, Ludovicum de Monte Luello, Jacobum Atgerii, Raymundum Arnaudi et Esmidonem Saramandi, consules et rectores universitatis dicti loci Mont., nomine dicte universitatis, ex altera parte, super et ex eo quia bone memorie dom. Giraudus Adhemarii, condam pater dicti nob. Giraudoni, concessit et auctoritatem et licenciam dedit predict. consulibus dicti loci, ut ipsi nomine dicte universitatis et ad opus ejusdem per imperpetuum et pro fortiffication dicte ville possent facere et deberent quoddam retrovallatum sive fossatum in quod. prato suo scito juxta portale Fusti, quod confrontatur cum alio fossato ville qui ambit villam et cum aqua Robionis, et quod dict. retrofossatum sic factum... in vita dicti cond. d. Giraudi et ipso volente, vidente... ac opus et concensum dante, perinde sit aquisitum et

remanere debeat per imperpetuum dict. consulibus, nomine dicte universitatis, ac si fuisset legitime aquisitum, et perinde voluit esse... dicte universitatis..; pro quo quidem fossato dicti consules, in reconpensatione dampni quod inde posset dari in dicto prato, voluerunt et concesserunt eidem dom. Giraudo cond. et ad hoc per expressum se astrincgerunt facere quod. murum et claudere quemd. arcum pontis Fusti prope aquam Robionis et a parte ejusdem prati, ita quod si fluxus aque vel inundatio aliquo casu fortuito eveniret, sicut sepe contingit, quod non posset dict. pratum dampnifficari, dicto d. Giraudo se de et pro premissis tenente pro pagato et contento. Dictoque nunc nob. Giraudo ejus filio, domino dicti loci, in contrarium dicente et allegante quod dict. cond. pater suus premissa facere non potuit nec sibi licuit, cum premissa sapiant quodam modo alienationem et quod ipse est et fuit a longo tempore citra emancipatus per dict. cond. patrem suum tempore quo vivebat in tota terra* imperii sua aquisita et aquirenda.., et quod in eadem mancipatione dict. condam pater suus non retinuit nisi tantummodo usumfructum dicte terre, et promisit et convenit aliquas proprietates, jura vel dominia non alienare in prejudicium ipsius Giraudoni emancipati, et quia predicta... facta fuerunt in ipsius... prejudicium... debebant viribus carere.., dictisque consulibus dicentibus et asserentibus premissa non obstare, cum premissa cederent in maximum comodum et utilitatem dicti nob. Giraudoni et fortifficationis dicti loci in quo suam partem habet, et etiam pluribus aliis rationibus loco et tempore proponendis. Tandem dicte partes de comuni concensu earumdem.., mediante tractatu amicabili ven[lis] viri dom. Petri Beguini, utriusque juris periti, transegerunt, convenerunt et ad pacem et concordiam finalem... in modum et formam sequentem, et primo transegerunt... quod dict. retrovallatum sic... factum... sit et esse debeat et perpetuo remaneat dicte universitatis cum suis juribus et pertinentiis, ita quod dict. nob. Giraudonus nec sui successores de cetero nullam inquietationem seu controverciam vel questionem movere possint contra dict. universitatem seu consules ejusdem.., et si contingeret quod... moverent aliq. questionem occasione premissorum.., quod omnis vox, fides et audiencia eidem et suis succ[bus] penitus casu pred. denegetur tanquam temere venienti contra factum proprium et suum temerarium juramentum; item transegerunt... quod dicti consules, nomine jamd. universitatis, pro predicto muro quem facere convenerant et debebant et ita, ut fertur, atendere promiserant ac etiam pro complacendo dicto nob. Giraudo et ut de cetero aliq. questionem seu querelam

movere non possit... et etiam in reconpensatione dicti fossati... dent et dare debeant et teneantur dicto nob. Giraudo... LX^{a} florenos auri, quemlibet valentem XXIIII soludos monete dom^{i} nostri pape, et quod... se debeat tenere pro contento et etiam pro pagato..; item transegerunt... quod si... controvercia... super dicto fossato moveretur contra dict. universitatem, quod dict. nob. Giraudus eandem deffensare debeat... propriis sumptibus..; item transegerunt... quod, quia pro premissis dict. nob. Giraudus sayzierat et sayziri fecerat et mandaverat emolumenta socheti quod percipitur ab hominibus suis in dicto loco, ad opus dicte universitatis et pro solvendis debitis ejusdem, sint ab inde in anthea desayzita et debarrata, et quod sayzina et impedimentum appositum nulla et nullum sint..; item transegerunt... quod dict. nob. Giraudus jurare et promitere debeat per fidem sui corporis more nobilium et per juramentum suum ad S^{a} Dei Euvangelia quod... non sayziet nec barrabit, sayzire nec barrare mandabit nec permitet dicta emolumenta dicti socheti... Quam quidem transactionem, pacem et concordiam finalem dicte partes... ratam, gratam et placabilem plenarie habuerunt... et ratifficaverunt, emologav. et confirmaverunt.., juraverunt.., supposuerunt... cohercioni curiarum et sigillorum dom^{i} nostri comitis Valentin. et Dyensis, dom^{i} dalphini Viennensis, Cabeoli, S^{i} Marcellini, Gratianopoli curiisque regiis Ville Nove de Berco, Bocey, parvi sigilli Montispessulani camereque dom^{i} nostri pape, auditoris et vice auditoris ejusdem, Carpentorate.., renunciantes..; de quibus... Acta Montilii, ante domum Garini Adhemarii, testibus present. dicto Garino Adhem., Raymundo de Audefredo, Guillelmo de Pina, domicellis, magg. Guillelmo de Manso et Johanne Raynardi, notariis habitatoribus Montilii; et me Petro Bocherii, clerico dicti loci Mont., auct. imp. notario publ...

(*) Original parch., coté n° 50 (*Invent.* de 1662, f° 16 v°).

LXXV*. *20 octobre (1383).*

Dilecto filio nobili Giraudo Ademarii domicello, domino Montilii Ademarii et Grahynani.

Clemens, etc. Dilecte fili, cum dudum ut nosti inter nonnullas gentes nostras et te, super excambio castri nostri de Grilhone, in comitatu Venaycini, ad partem quam habes in villa de Montilio Ade-

marii, Vivarien. diocesis, et castrum tuum ejusdem loci, cum juribus et pertinenciis eorumdem locorum habita fuit colloquium et tractatus, et novissime inter nos ex una parte et dilectum filium magistrum Ludovicum Pigueti, legum doctorem, pro te tractantem ex altera fuerint certa capitula super eodem negocio concordata, prout nobilitati tue ex ejusdem mag. Ludovici, qui ad te propter hiis revertitur, relatibus plenius innotescet, et quia pro dicti commissione negocii dilectos filios magistrum Franciscum, sacri palacii appost. auditorem, et Guillelmum Roverati, canonicum Rothomagensem, cappellanos nostros, latores presencium ad partes illas presencialiter destinamus, eamdem nobilitatem affectuose rogamus quatenus, juxta prolocuta et concordata inter nos et ipsum mag. Ludovicum, partem et castrum predicti Montilii Adem. prefatis gentibus nostris pro nobis et Romana ecclesia tradas et realiter assignes : nos enim prefat. castrum de Grilhone cum territorio, juribus et pertinenciis univ. tibi per rectorem comitatus nostri predicti tradi et realiter assignari mandamus, et litteras opportunas super ipsius translatione dominii et ceteris concordatis indilate tibi mictere et sine difficultate qualibet promictimus bona fide. Iteratis affectatisque precibus te rogamus quatenus in premissis, que ad tui utilitatem cedere credimus, pro parte tua non sit negligencia vel deffectus : in hoc enim, fili dilecte, nobis plurimum complacebis et ad tuis annuendum precibus exnunc fortius nos constringes. Datum in castro Lercii, Avinionen. dyocesis, sub anulo nostro secreto, die xx[a] octobris. Ceterum, fili dilecte, quo ad compensationem per nos ulterius faciendam, scias quod juxta prolocuta et concordata semper indubie faciemus quitquid fuerit rationis.

(*) Arch de l'Isère, reg. *Secundus liber copiarum de novo factarum II* (B. 265), f° IX. Cette lettre fut invoquée par le destinataire le 2 novembre suiv. et transcrite par notaire A la fin : « In dorso autem dict. litterarum hic insertarum erant descripta talia verda : Dil... ani. » Acta fuerunt in castro dom[i] nostri pape, quod olim fuerat dicti nob. Giraudi, in magna camera ejusdem castri, presentibus... nob[bus] viris d. Guillelmo de Morgiis milite, domino Castellarii, Raymundo de Andefredo, Johanne de Litone et Petro de Fontanis, habitatoribus Graynhani, et me Guillelmo de Manso, clerico Anicien. diocesis, publ. imp. auct. notar.

LXXVI. *24 octobre 1383.*

De facto Montillii Adhemarii, domini Granyani*.

In nomine Domini, amen. Per hujus publ. instrumenti tenorem omnibus notum fiat anno a Nativitate Xpisti M° tercent° octogesimo ter-

cio, die xx^{a} iiii^{a} mensis octobris, inditione sexta, pontificatus SS^{mi} in X^{o} patris et domini nostri dom. Clementis, divina providencia pape VII^{i}, anno v^{o}, personaliter constitutis ven^{bus} et discr. viris dd. Francisco de Laudo, utriusque juris doctore, sacri palacii appostol. causarum auditore, Nicosiensis, Coronen. et Montonensis, ac Guillelmo Toverati, Rothomagensis et Gebennen. ecclesiarum canonicis, collectoreque appostol. in Ebredunensi, Aquen. et Aralaten. provinciis, procuratoribus ut dicebant ejusdem dom^{i} nostri pape et Romane ecclesie et ad infrascripta speciale mandatum habentibus, ex una parte, et magnif. et pot. viro Giraudo Ademarii domicello, domino Graynhani et Montilii Ademarii, Valent. dyoc., pro media parte, ex altera, prefati dd. Franc. et Guil., dicentes et asserentes quod pro complemento, perfectione et validatione certi contractus de et super excambio castri de Grilhone, in comitatu Venayssini, ipsorum d. n. pape et Rom. ecclesie, ad castrum ac mediam partem medie ville Montillii Ademarii, ejusdem nobilis, cum... juribus et pertinenciis.., per eumdem d. n. papam fuerant specialiter destinati, interrogaverunt eumd. nobilem an ad complementum, perfectionem et validacionem dicti contractus et excambii... vellet intendere et vacare, qui nob. respondit quod... volebat; et tunc... ego... notarius ipsa capitula... pausate altaque et intelligibili voce in liga callicana, ut tam ipse nob. quam alii astantes non literati ea plenius et clare capere possent et intelligere, recitavi. Quibus sic factis, prefati dd. procuratores... interrogaverunt eumdem nobilem, an predicta capitula et contenta in eis sibi placebant et an faciebat, promictebat ac excambiabat, transferebat et cetera adimplebat..; qui... respondit quod sibi placebant, *etc*. Et vice versa, eodem nobili interrogante dict. procuratores an eciam premissa eis placebant et an *etc*., iidem dixerunt et responderunt quod ita eis placebant... Subsequenter vero et in continenti, sepedict. dominus Graynhani, volens... supradicta... realiter exequi et efficaciter adimplere, dominium, proprietatem et omne jus reale et personale predict. suorum castri et medietatis ville Montilii Adem., cum ipsorum territoriis, hominibus et subditis, tam propriis quam communibus.., juridictione, feudis, retrofeudis, homagiis, censibus, redditibus, emolumentis, terris, prediis, fundis, pratis, possessionibus, fluviis, aquis, piscariis, nemoribus, pascuis, garenis, portubus, passagiis, districtibus, vectigalibus, pedagiis, juribus, proventibus, obventionibus, franchesiis, libertatibus, deveriis, furnis, molendinis, lapidis fondinis, metalli fondinis, deppendenciis, pertinenciis, et... in eumdem d. n. papam et Rom. ecclesiam in perpetuum transtulit et transmisit,

et se et heredes et successores suos... devestivit et... investivit, et... per tradicionem realem clavium dicti castri et serarum porte principalis ejusdem... tradidit et realiter assignavit... Similiter eciam dd. procuratores... dominium, proprietatem et omne jus... predicti castri de Grilhone... in eumdem nob. Giraudum Adem. cesserunt, transtulerunt et eciam in perpetuum transmiserunt. — Hiis autem sic actis, prefati dd. procuratores... nob. virum d. Guillelmum de Morgiis militem, dominum de Castellario, constituerunt et ordinaverunt ballivum dict. castri et ville Mont. Adem. clavesque... eidem realiter tradiderunt et custodiam commiserunt..; qui miles baillivus... statim et illico Johannem Galhardi, alias Carcant, dicti loci preconem ad faciendum proclamationes... constituit, et incontinenti dicto preconi precepit quatenus per computa... ville ex parte SS^{mi} d. n. pape cum tuba publice proclamaret quod quilibet vendens ad pondus vel mensuram in eadem villa justa et legalia pondera et mensuras haberet, sub pena xxv librarum.

Tenor vero dict. capitulorum talis est : Sequntur capitula extracta de pactis et comventionibus inhitis et habitis inter dominum nostrum Clementem septimum ex parte una et nobilem virum Giraudum Ademarii, pro duabus partibus Montilii Ademarii dominum, ex altera, super excambio dict. duarum parcium cum terris Ecclesie faciendo. Primo et ante omnia dict. Giraudus tenetur dare et realiter tradere racione dicti excambii possessionem castri sui Montilii Ademarii, cum suis juribus et pertinenciis, dom° nostro pape vel ejus mandato ; 2) Item tenetur assignare et dare in scriptis omnes homines suos, tam proprios quam communes cum suis paribus dicti loci Montilii, cum homagiis, fidelitatibus, juramentis et ceteris obligationibus quibus eidem Giraudo tenentur et obligantur ; 3) Item tenetur dare in scriptis omnes redditus et emolumenta dicti loci Montilii ; 4) Item tenetur dare omnia instrumenta predict. duas partes suas dicti castri tangencia ; 5) Item tenetur idem Geraudus inferius descripta, sibi assignanda ratione supra dicti excambii, recognoscere in feudum a prefato dom° nostro papa et ecclesia Romana ; 6) Item tenetur se et suos in posterum successores obligare de expressa evictione assignandorum per ipsum Giraudum in dicto excambio faciendo ; 7) Item, vice versa prefat. dominus noster papa tenetur dare et realiter tradere possessionem castri sui Grilhoni, cum omnibus juribus suis et pertinenciis, eidem Giraudo vel ejus mandato ; 8) Item idem dom. noster papa tenetur dare in scriptis omnes homines suos dicti loci Grilhonis prefato Giraudo ; 9) Item tenetur dare in scriptis omnes redditus et

emolumenta dicti loci Grilhoni; *10*) Item, omnia instrumenta dict. locum quoquo modo tangencia; *11*) Item tenetur eidem Giraudo de expressa evictione; *12*) Item per predicta pacta et convenciones dict. locus Montilii sic excambiatus extra manus Ecclesie non debet poni seu allienari; *13*) Item traditiones predict. duorum castrorum mutuo debent, quantum in facto est possibile, uno contractu fieri et expediri; *14*) Item predictus dom. noster papa tenetur eidem Giraudo de minori valencia supradicti excambii, de valore ad valorem equalem assignare in terris Ecclesie prope Graynhainum in loco minus dampnoso eidem Giraudo; *15*) Item tenetur idem dominus noster dare predict. excambium cum simillibus pactionibus quibus idem Giraudus tenet dict. locum Montilii; *16*) Item teneantur predicte partes supradicta, quantum ad traditionem predict. castrorum, adimplere infra octo dies a die vicesima instantis mensis octobris; *17*) Item, quoad assignationem utiliorem dict. reddituum excambii supradicti, heedem partes tenentur infra mensem a tempore adeptionis possessionis locorum predict.; *18*) Item una pars alteri parti tenetur reddere magis valenciam predict. duorum castrorum, quoad ediffìcia, munitiones, provisiones et utensilia, juxta estimationem proborum in locis expertorum; *19*) Item fuit actum inter dict. duas partes quod si plura feuda ratione alterius predict. locorum ab alia parcium quam ab alia teneantur, alia pars in equivalenti tenetur recompensare; *20*) Item tenentur dicte partes hinc inde bona fide premissa adimplere; *21*) Item renunciaverunt partes; *22*) Item assumentur persone super dicta majori valencia; *23*) Item jurabunt partes, etc.

Acta fuerunt hec in aula seu tinello inferiori predicti castri Montilii Ademarii, parum ante solis occasum, anno, die, mense, indit. et pontif. predictis, presentibus ven[bus] viris d. Ludovico Pigueti, utriusque juris doctore, nob[bus] Raymundo de Albergia, Guillelmo de Pinu, Esmideo Saramandi, Raymundo Arnaudi, Jacobo Argerii, Petro de Turnone, Guillelmino de Marsana, notario, Jacobo Comitis, Raymundo Corenchi, hospite Campane dicti loci Montilii, Bertrando Richardi de Graynhano, Johanne Monachi, dyocesis Constantinensis, mag. Augerio de Fortuneto, notario habitatore de Nionis, nobili Ysnardo de Audefredo, condomino de Salis, Dyensis dyocesis, et me Guillelmo de Manso, notario...

Eisdem anno et die, ven[les] viri dd. Franciscus de Laudo et Guillelmus Toverati, procuratores dom[i] nostri pape.., attendentes quod redditus et emolumenta Grilhonis non valent tantum quantum redditus, emolumenta ac obvenciones castri Montilii Ademarii et

medietatis ville ejusdem loci, voluerunt et expresse consencierunt... magn. et pot. viro Giraudo Ademarii, Graynhani domino, quatenus non obstante excambio... idem nob. Giraudus et sui mandati ac officiarii recipiant ac recipere debeant... emolumenta, fructus, redditus, proventus et obvenciones provenientes in dicto loco Montilii.., donec... equivalencia dict. castri et ville reddituum, jurium et emolumentorum in dicto loco percipi... fuerint recompensata. Acta *ut supra*, presentibus... Guillelmo de Morgiis milite, domino Castellarii, et mag. Johanne Mureti, notario habitatore Avinionen...

(*) Même registre que pour la ch. précéd., f^os ij à xj.

LXXVII. *1er août 1385.*

Innovationis consulatus Montilii Adhemarii*.

In nomine Domini, amen. Noverint univ. et sing... quod orta aliqualis discencionis materia inter universitatem loci de Montilio Adeymarii, Valentin. dyocesis, seu procuratores ejusdem ex una, et sapientes et discretos viros Guillelmum Barnaudi, Ludovicum de Monte Luello, Esmidonem Saramandi, Jacobum Atgerii, Johannem Audoardi et Reymundum Arnaudi, consules perpetuos loci predicti, et eciam nonnullos alios de inibi ut et tanquam heredes nonnullorum consulum deffunctorum, partibus ex altera, pretextu et ex causa redditionis computorum de gestis et administratis de bonis et rebus universitatis predicte tam per consules predict. modernos quam per alios deffunctos a XXIIII annis citra et restitutionis reliquorum si que essent, cum hoc ipsi consules heredesque pred. licet pluries super hoc requisiti facere renuerent et eciam contradicerent, et inde suplicato dom° nostro summo pontiffici seu ejus camerario pro parte universitatis predicte. *Suit une lettre de commission:* « Franciscus, miser. div. Gracionopolitanen. episcopus, domi pape camerarius, revdo in X° patri dom. Henrico, ead. mis. episcopo Maurinensi, comitatus Venayssini ad Rom. ecclesiam nullo medio pertinentis rectori... Dat. Avinioni, d. XIII mens. januarii, an. a Nativ. Domi M° trecent. octuag. V°, indict. VIIIa, Clementis VIIi a. VII. » Accesso itaque per preffat. dom. rectorem et comissarium personaliter ad locum predict. Montilii Adeym. et convocatis coram se nob. viro Petro de Insula, bayllivo dicti loci Montilii pro spectab. et magnif. dom. d. Ludovico de Pictavia, comite Valentinen. et Dyensis, ac venbus et circumsp. viris dd.

videncia Ruthinensem episcopum, rectorem comitatus Venayssini pro parte domini nostri pape, et nobilem virum Petrum de Insula bayllivum protunc dicti loci Montilii pro ipso domº nostro comite, ac ven^les et circumsp. viros dd. Petrum Blayni et Vincencium Eschandolacii, in legibus licenciatos, procuratores dicti domⁱ nostri comitis et ejus nomine et pro interesse sui juris, super innovatione consulatus dicti loci Montilii, prout continetur in quodam instrumento publ. super hoc confecto per magg. Petrum Sabaterii, notarium publ. de Carpentoracte, et Johannem Raboti, notar. Criste Arnaudi, sub anno a Nativitate Domini MºCCCºLXXXºVº.., et que libertates et franchesie ac inmunitates in dict. instrumentis et publ. documentis contente et descripte, sunt per ordinem et capitulatim... effectualiter descripte in quodam caterno papireo nobis notariis per dict. consules... ante tradito et per me Jarentonum Grasse, notarium subscript., in presencia dicti domⁱ nostri comitis lecto et lingua laycali explanato, quarum quidem libertatum et franchesiarum et inmunitatum in ipso caterno descriptarum et que in dict. instrumentis continentur tenores sequntur seriatim et sunt tales : § I. In primis dicti domini Montilii, predecessores dicti dom. comitis, hominibus suis de Montilio present. et fut. dederunt et concesserunt libertatem et franchesiam quod de cetero non facient talhiam, toutam, questam vel aliam novam exactionem, vel prava usatica in eis facient vel aliquo modo fieri permitent nec dict. hominibus per vim vel aliquam forciam aliquod gravamen vel jacturam conabuntur inferre, nisi juris vel justicie debito ; quod si ipsi domini vel sui successores predict. donationem vel libertatem violare quomodocq. aptentarent, dict. homines suos et res eorum in villa Montilii sub eorum dominio... existentes ab omni juramento et fidelitate ac homacgio absolverunt, et contra non venire per juramentum promiserunt. § II. Item dederunt et concesserunt dicti domini Montilii... dict. hominibus sub eorum senhoria et dominio existentibus ac voluerunt, quod ipsi homines... predia sua urbana et rustica que sunt in villa Montilii intus et extra et in ejus tenemento et territorio existencia, que sunt vel erunt libera infuturum, videl. sine censu, possint dare et concedere ipsi homines... ad accapitum novum et perpetuum seu in emphiteosim sub censu et dominio et retento sibi censu et dominio et paydiamento, sine concilio dict. dominorum et suorum successorum, et quod predicti domini... in predictis occasione aliqua ab ipsis hominibus non possint aliquid petere, exigere seu habere. § III. Item concesserunt et donaverunt... hominibus suis... libertatem, franchesiam et inmunitatem, quod si aliquis fo-

rensis seu extraneus injuriam alicui dict. hominum vel dampnum dederit vel intulerit, daret vel faceret, sine guerra ipsum capiendo vel percuciendo vel vulnerando vel res suas sibi vel certo nuncio vel familiaribus aufferendo, quod ille qui injuriam vel dampnum vel jacturam passus fuerit possit per se et auctoritate sua propria, licencia domini vel alterius cujuscq. persone non spectata seu eciam non petita, vel cum amicis suis vel vicinis, ex quo de dampno vel injuria seu jactura dict. dominis... seu bajulo vel judici eorum constabit, in villa Montilii sumere vultionem seu vindictam, nec propter dict. vultionem seu vindictam ille vel illi qui vultionem acceperint nec qui cum eo vel eis fuerint dict. dominis... in aliquo teneantur nec dampnum aliquod paciantur : et dicti domini... nec aliquis alius possit illum qui dampnum seu jacturam dederit guidare in villa Montilii nec deffendere sine licencia injuriati vel dampnum passi et amicorum ejusdem. § IIIJ. Item dederunt et concesserunt... plenam et liberam potestatem Bertrando Ricaudi, Andree Coyraterii, Bernardo Remusati et Petro Alexandri, Bonello de Licione et Bertholomeo de Crudacio,.. recipientibus pro se et nomine omnium et singul. hominum... et universitatis dicti loci Montilii, quod ipsi essent et sint custodes et rectores ville Montilii et universitatis ejusdem et omnium hominum habitancium dict. villam et ejus tenementum, tantum ad ea que inferius dicentur et exprimentur, videl. quod possint se congregare irrequisitis dominis Montilii seu eorum officiariis et eorum licencia minime interveniente, in quocumque loco quo voluerint et quoscienscumque voluerint, et jurare inter se pro comodo et utilitate ipsius ville sine pena et multa, et jurare ad sancta Dei Evangelia facere comodum et utilitatem dicti loci Montilii et omnium hominum habitancium dict. villam et ejus tenementum, et ea que essent inutilia et incomoda ipsius ville pretermitere. et recipere juramenta omnium hominum habitancium dict. villam et ejus tenementum a quatuordecim annis supra, ut ipsi salvent et deffendant ab omni homine et universitate villam Montilii et omnes habitantes in eadem. § V. Item dederunt et concesserunt... plenam et liberam potestatem omnibus hominibus ville Montilii.., ut ipsi possint jurare et jurarent sine pena et multa, vel juramenta prestare et prestent rectoribus ville Montilii, super eo videl. quod ipsi villam Montilii et ejus tenementum custodient et deffendent et salvabunt et omnes habitantes eandem ab omni homine et universitate, et quod pro deffencione ville Montilii ipsi possint se opponere et se opponant contra quamlibet personam secularem, regularem et ecclesiasticam, libertates *(leg.* liberantes) easdem ab omni pena

et multa si quam pro dicto juramento... ipsi comiterent seu ipsi domini de Montilio ab ipsis exigere possent. § vj. Item voluerunt et concesserunt ac dederunt dicti domini plenam et liberam potestatem dict. consulibus et rectoribus et suis successoribus, ut ipsi possint ordinare et ordinent super hiis que ipsis expedire videbitur ville Montilii et hominibus habitantibus eandem et tenementum ipsius, et esse ad salvum et securitatem et custodiam ville supradicte et... habitancium eandem.., et cizas seu collectas pro comuni utilitate ville... facere et homines et mulieres et omnes habitantes dict. villam et tenementum ipsius in dicta ciza seu collecta vel tallia juxta eorum arbitrium talliare, et si aliqui essent... qui in dicta ciza seu collecta nollent conferre id quod per ipsos taxatum esset, ipsos possint compellere et compellant ad id solvendum in quo taxati essent.., et supradicta possint facere et faciant tosciens quosciens eis videbitur expedire, et penam usque ad summam lª solud. possint apponere et apponant tosciens quosciens opus esset, et una pena imposita, comissa et exacta alia nichilominus possit imponi et exigi ab eisdem.., et dict. penam si eam comiti contingerit ab aliquo... possint exigere et levare et exigant et levent ab omn. illis et sing. qui rebelles seu inhobediantes essent eisdem seu alteri eorumdem super hiis que ad salvum et comodum et custodiam ville... esset seu esse posset vel ipsis esse videretur, et pro predicta pena ipsos possint pignorare sua auctoritate propria per se vel per alium et compellere et compellant ad solvendum dict. penam, et contra inhobediantes... possint procedere.., et pignorare et pignora distrahere... et penam ponere in utilitatem... ville.., prout eis videbitur expedire : si vero contingeret quod dicti consules seu rectores nollent seu non possent predictos eis inhobedientes pignorare, quod bajulus vel cursores seu servientes dict. dominorum, ad simplicem requisicionem dict. consulum seu rectorum vel alterius ipsorum, inhobedientes pro predict. penis pignorent et dict. consulibus... incontinenti pignora apportent. § viij. Item dederunt et concesserunt... plenam et liberam potestatem consulibus seu rectoribus supradict. et suis successoribus infuturum, quod si contingeret aliquem ipsorum seu plures decedere, quod alii superstites seu superviv, entes possint loco mortui seu mortuorum alium seu alios ponere seu eligere de parte illa qua essent mortuus seu mortui. § viiij. Post hec, domini Montilii predecessores dicti domⁱ comitis promiserunt quod ipsi custodient, salvabunt et deffendent pro posse suo villam Montilii et ejus tenementum et omnes habitantes in eadem ab omni homine et universitate, et quod ipsi non inmitent nec inmiti facient

nec pascientur inmiti in dicto loco Montilii nec infra clausúram Montilii seu infra alium locum aliquam personam seu personas contra homines Montilii et habitantes dict. locum, nec procurabunt aliquid mali contra homines Montilii... nec aliquid facient quod sit seu esse possit... contra dict. locum seu ad incomodum vel destructionem dicti loci, sed villam supradict. et habitantes in eadem et universitatem ejusdem fovebunt, juvabunt contra quamlibet personam, et omnia illa que super deffencione seu custodia ville Montilii ac universitatis ejusdem erunt seu esse poterunt pro posse suo facient ac fieri procurabunt. § IX. Item dederunt et concesserunt... predict. suis hominibus... et promiserunt.., quod ipsi domini nec sui successores non... possint nec debeant compellere aliquem hominem de Montilio directe vel indirecte... quod eis... faciat homacgium seu prestet fidelitatis juramentum, nisi de sua procederet voluntate spontanea, sub pena c marcarum argenti comitenda tosciens quosciens contra predicta per ipsos dominos vel per suos officiarios venire contingeret. § X. Item, quod non... possint nec debeant homines seu mulieres habitantes in dicto loco Montilii compellere ad matrimonium contrahendum nec impedire quominus contrahant matrimonium cum quibus voluerint, dictisque hominibus et mulieribus... concesserunt quod quilibet et quelibet ipsarum possit contrahere matrimonium cum quo voluerit pro suo libito voluntatis, nec ipsi domini... impediant seu impedire faciant dict. homines seu mulieres nec penas seu multas eis imponent... nec minas inferent eisdem aut... cognatis vel agnatis... de nubendo alteri quam ipse velit seu voluerint, cujuscumque sit juridictionis, sub pena c marcar. argenti *ut supra*. § XJ. Item voluerunt et concesserunt... singulis hominibus et mulieribus... Montilii, quod si aliquis... ipsorum ab intestato... decederet, nullo condito testamento vel ultima voluntate in quo vel qua de suis rebus disposuisset, quod bona... illius... ad filios seu filias, filium vel filiam si haberet vel alios inferiores decendentes... pervenirent, et si decendentem non... haberet ad... assendentes vel ad collaterales, consanguineos vel cognatos et agnatos secundum quod essent proximiores in gradu, eciam alterius juridictionis quam dominorum predict... vel ejus cujus hereditas pervenerit, secundum quod juris ratio hoc dictaret et juxta juris dispositionem, et quod heredes ab intestato libere possint hereditates adhîre seu se inmissere et corporalem pocessionem et quasi aprehendere et intrare, non spectata nec petita licencia seu auctoritate dict. dominorum... aut officiariorum suorum, et quod ipsi domini nec sui successores vel officiarii... non possint aliquid exigere a succedentibus ab intestato directe

vel indirecte ratione adhicionis hereditatis vel aprehencionis vel racione mutacionis vel investiture hereditatis obvente. § XIJ. Item voluerunt et concesserunt... quod omnes homines et mulieres qui in dicta villa Montilii sub eorum senhoria et dominio morantur seu infuturum morarentur possint libere condere testamentum et codicillos, et donaciones facere in suis testamentis et codicillis, epistola seu in quibusvis aliis ultimis voluntatibus seu inter vivos de bonis suis disponere et ordinare et bona sua quibuscq. personis voluerint jure institucionis vel substitutionis, legati, fidei comissi vel donationis causa mortis seu inter vivos relinquere, et heredes univers. vel singulares, legatarios, fidei comissarios et donatarios quos voluerint, eciam alterius juridictionis quam ipsorum dominorum, facere et instituere pro suo libito voluntatis, et quod hereditatem, legatum vel fidei comissum vel donationem causa mortis vel inter vivos ipsi heredes, legatarii vel fidei comissarii seu donatarii suo liberali arbitrio possint adhire, acquirere et aprehendere corporalem possessionem seu quasi, non spectatis seu requisitis voluntate, consensu, auctoritate seu licencia ipsorum dominorum seu suor. successorum aut eorum officiariorum.., et quod pro predictis dicti domini nec sui successores imposterum vel sui officiarii... non possint nec debeant aliquid petere, extorquere vel exigere a predict. heredibus, *etc.* ratione usus, mutationis, investiture aut alio jure quocq., et quod in aliquo contra eorum disposicionem non venient... nec sustinebunt quod aliquis disposicionem seu ultimam voluntatem dict. hominum... impediat. § XIIJ. Item dederunt et concesserunt... quod ipsi homines et eorum successores in villa Montilii comorantes... libere possint et secure et absque impedimento et contradictione et licencia ipsorum... quandocumque et quosciencsq. voluerint in villa Montilii inmitere res aliquas vel extrahere vel extrahi vel inmicti facere, inferri, portari et reportari per se vel per alium, quod hoc facere possint non spectatis nec requisitis voluntate, consensu, assensu, auctoritate vel licencia dict. dominorum... et quod bannum, devetum seu interdictum ipsi domini... non possint facere seu apponere in dicta villa Mont. de non inmictendo vel non extrahendo in et de dicto loco aliquas res tempore pacis vel guerre, sed predicta dimitenda seu facienda cujuslibet suor. hominum proprio arbitrio relinquantur; et si contingeret per ipsos dominos.., circa predicta facere prohibitionem, devetum, interdictum vel bannum ponere universaliter vel singular. cum pena seu multa vel sine, ex nunc pro tunc... voluerunt quod... sint cassa, irrita atque nulla et quod nullam habeant firmitatem, et quod aliqua occasione predicta

multa s. pena non possit comicti neque comissa exigi, ymo predicta inteligantur pro non factis, et quod homines predicti inmictentes vel extrahentes ut supra per terram, juridictionem et districtum ipsorum dominorum sint et esse debeant sub speciali conductu, custodia et protectione dict. dominorum eundo et redeundo cum dict. rebus et cum animalibus seu quadrigis, cum quibus predicta inmicterentur vel extraherentur. § xiiij. Concesserunt eciam et voluerunt ac donaverunt... libertatem et franchesiam, quod omnia bona extraneorum mobilia que inmicterent vel alio modo haberent tempore pacis infra villam Mont. salva et secura remaneant omni tempore pacis et guerre illis hominibus quorum erunt.., quamvis ipsi domini... guerram, discordiam vel dicencionem haberent cum quibuscq. personis, et quod illi quorum erunt res possint per se vel alium.., non obstante quolibet interdicto gener. vel speciali, ipsas res inde extrahere et dicta bona vel si maluerint in dicto loco ipsas res vendere vel alias alienare et pretium vel aliud quod pro ipsis haberent secure habere et tenere in villa vel extrahere et exportare.., et quod ipsi domini... tempore pacis vel guere predict. res sayzire, occupare vel accipere non possint.., ymo dict. res... salve et secure remaneant in dict. dominorum... custodia, protextione et conductu quam diu fuerint in Montilio vel alibi in districtu, juridictione seu dominio ipsorum... § xv. Item dederunt et concesserunt... quod in curia sua de Montilio pro debitis seu creditis confessatis cujuscq. summe pecunie vel alterius rey de plano... ipsi domini... occasione late seu decime seu expensarum curie nichil accipere seu levare possint.., et si aliquod jus sibi competebat seu poterat competere, illud... donaverunt et remiserunt. § xvj. Item promiserunt, sub obligatione suorum bonorum... et per suum proprium juramentum ad s. Dei Evangelia prestitum, quod alios homines aliorum condominorum Montilii in dicto loco habitantes et bona ipsorum salvabunt, ampparabunt et deffendent pro suo posse, quemadmodum et suos et bona sua atque suorum facerent, et quod non inmitent homines nec inmicti facient nec sustinebunt inmicti infra fortalicium Montilii vel villam seu castrum vel extra, ad dampnum hominum suorum vel... condominorum Mont..: quod si fieret et inde dampnum aliquod aufferetur, promiserunt illud dampnum infra x dies passis emendare ad ipsorum requisitionem et restaurare ad cognitionem consulum et rectorum Montilii... § xvij. Item voluerunt et concesserunt... quod universitas dicti loci Mont. nec aliquis de dicta univer^{te}... nec aliquis qui moretur... in dicto loco sub eorum dominio, non teneantur nec compelli possint aliquo tempore guachiare sive excubias

facere nec serchare in hospiciis fortaliciorum suorum, nec ire seu transmitere... ad boscum sive ad nemus animalia sua, nec ligna portare nec manobras ad murandum vel aliud opus faciendum mitere seu manobras facere, nec lecta pro ipsis facere nec hospites eorum recipere, nec alia prava usacgia seu servicia impendere; et si contingeret quod ipsi domini... ipsam universitatem seu aliquem... super predictis... mandaret, miteret sive requireret cum pena vel sine, quod ex hoc ipsa universitas vel aliquis... non teneatur ad predicta facienda... nec imposita eisdem ex hoc comiti possit.., et si... aliquid exactum fuisset... restituere promiserunt... § xviij. Item voluerunt et concesserunt libertatem et franchesiam quod ipsi nec eorum successores... non possint nec debeant stanchiam aliquam facere nec bannum seu penam imponere in loco Mont. bladi neque vini nec alicujus alterius rey, quominus homines et habitantes villam Mont. et extraney seu forenses undecumque sint et ubicq. voluerint vinum, bladum et res alias quascq. de Montilio extrahere seu apud Montilium adducere et apportare possint et vendere cuicumque voluerint et... de Montilio extrahere; et si contingeret stanchiam apponere et... pena aliqua comiteretur, quod... levari... non possit... § xix. Item voluerunt, dederunt et concesserunt... libertatem et inmunitatem quod nullus in dicta villa Mont. domicilium faciens compellatur seu compelli possit directe vel indirecte ad molendum in suis molendinis nec ad quoquendum in eorum furnis, sed quod sit licitum dict. hominibus... molendi in quocq. molendino... et quoquendi ubicq. voluerint, molendinis et furnis ipsorum dominorum dimissis. § xx. Item dederunt... libertatem, franchesiam et inmunitatem quod dicti domini... aut judex seu curia ipsorum possint tantum et debeant pro tutela seu cura danda aut confirmanda levare seu habere, quando contingeret dare vel confirmare, moderatas expensas nec inmoderatas possint habere seu levare; et si pro scripturis tutelarum et curarum vel inventariorum faciendorum seu pro interposicione decreti notarii vel judices aliquid inmoderatum exigerent vel exigere vellent, quod illud reservetur ad arbitrium consulum et rectorum Mont... § xxj. Item dederunt, voluerunt et concesserunt... quod ipsi homines possint arma portare et defferre infra villam Montilii et extra pro deffencione et thuycione dicte ville et ejus tenementi vel partis ejusdem; et si predicti homines... pro deffencione et custodia ville Montilii... intus vel extra seu foris arma portent insimul vel divisim, quod eos non possint dicti domini de fidelitate nec homacgio appellare nec in aliquo punire. § xxij. Item voluerunt et concesserunt ac dederunt...

quod quoscienscumque et quandocq. aliquem... de suis hominibus, mulieribus et subditis de Montilio ejusque territorio et districtu... decedere sive mori contingerit ex testamento vel ab intestato, quod ipsi domini non ponent nec poni facient nec permitent custodem aliquem seu servientem... vel aliquem alium... ex suis officialibus seu curialibus in hospiciis suorum subditorum moriencium seu decedencium vel mortuorum... ex testamento vel ab intestato nec sayzinam aliquam.., sequestrum... facient seu fieri facient vel permitent, nisi esset ad instanciam partis credentis se jus habere in bonis et hereditate sic decedencium, et de hoc fuerint seu sui officiarii requisiti, sed voluerunt et concesserunt quod bona et hereditates moriencium seu decedencium ad illos liberos perveniant ad quos de jure ex testamento vel ab intestato pervenire debebunt, omni impedimento cessante penitus et remoto. § xxiij. Item voluerunt, dederunt et concesserunt... franchesiam et inmunitatem quod nullus subditorum suorum tam marium quam mulierum sub sua juridictione Mont. ejusque territorio et districtu existencium et habitancium per bajulum vel aliquem alium curialem seu officialem... possit seu valeat arrestari, detineri sive capi pro aliquo forefacto nec per aliqua que comiserit seu fecerit, si tamen sufficienter bona inmobilia possideat, vel si non possideat, si cavere velit et fidejubere ydonee de juri parendo coram suo judice de delicto sibi imposito : dum tamen delictum non sit tale propter quod delatus notorie esset corporaliter puniendus; et si contingerit... aliquem... detineri, arrestari sive capi, voluerunt... quod... captus, prestita cautione ydonea, incontinenti relaxetur et liberetur... et quod dicti officiarii sui... dict. caucionem teneantur recipere nec eam possint seu debeant recusare. § xxiiij. Item voluerunt, dederunt et concesserunt... libertatem, franchesiam et inmunitatem quod consules seu rectores dicti loci Mont... ponant et eligant et ponere et eligere possint impune, licencia dominorum seu suorum officiariorum minime requisita, banneatores et porcherios, et probos viros eligere pro comissione bannorum comissorum et talarum seu dampnorum... et pro conservacione et refectione itinerum et riberiarum, prout eciam ipsi consules in pocessione pacifica et diucius observata fuerunt et steterunt, quod non erat memoria incontrarium, videl. tosciens quosciens opus fuerit, nec dicti domini... banneatores seu porcherios seu probos homines eligant nec eligere seu ponere possint ; qui banneatores et porcherii ac probi viri eligendi jurare debeant in manibus bajuli ipsorum dominorum... quod in eorum officiis excercendis bene et legaliter se habebunt, et quod per ipsos taxatum erit vel ordinatum fue-

rit ad simplicem requisicionem ipsorum vel consulum s. rectorum facient exequi et observare. § xxv. Item, cum esset consuetudo in villa Montilii et antiquitus obtentum per tantum temporis spacium quod memoria non stabat de contrario, quod homines Montilii debitores suos vel quemlibet erga quem aliquam rancuram haberent auctoritate sua propria possent pignorare sine pena aliquali, et si aliquem injuste pignorârent, licet pignus reddi opporteret, non inde penam aliquam incurrerent neque dampnum, voluerunt et concesserunt... dicti domini... quod sui homines de Montilio... per imperpetuum possint et valeant uti, frui eciam et gaudere libere et impune libertate predicta et franchesia prout... antiquitus faciebant et absque pena..: ita tamen quod si pignora... ab aliquibus forensibus... capiebant.., quod illa... curie Montilii... apportari seu adduci debeant vel fieri faciant pro justicia de ipsis forensibus recipienda coram curia prelib. § xxvj. Item, ut omnis materia infringendi et violandi franchesias et libertates... per officiales dict. dominorum... penitus amputetur dicteque libertates... inviolabiliter observentur, dicti domini Mont... dederunt et concesserunt dict. suis hominibus... libertatem et franchesiam quod bajulus, judices notariique curie, servientes et alii officiales dicti loci... in principio sui regiminis teneantur et debeant jurare et jurent, ad simplicem requisitionem consulum et rectorum.., se servaturos et inviolabiliter custodituros omnes et singulas libertates... et numquam quamdiu manebunt in officiis illas violabunt nec corrumpent.., quocq. colore quesito; et si ipsi... recusarent dict. juramentum prestare, dicti domini... illos compellant et compelli debeant.., et quod homines Mont... predict. officiariis parere vel obedire non teneantur quousque predict. juramentum prestiterint palam et publice coram consulibus seu rectoribus... § xxvij. Item dederunt et concesserunt... libert. et franch. quod homines Montilii... libere, quicie et sine contradictione aliqua, sub guidacgio, protectione, salva gardia et conductu dict. dominorum.., possint se et omnia bona sua quandocumque et quoscienscq. et ubicq. voluerint mutare a Montilio et alibi si velint suum domicilium facere et redire apud Montilium pro libito voluntatis. § xxviij. Item dederunt... libert. et franch. quod dicti homines... cursoribus sive servientibus vel bedellis dict. dominorum... non teneantur dare nec solvere pro sayzina seu dissayzina facienda infra villam Mont. nisi i denar. Viennen. tantum, et pro sayzina seu dissayz. facienda extra in territorio dicte ville vi den. dare et solvere teneantur. § xxix. Item dicti domini... dederunt et concesserunt ac pactum fecerunt validum et solempne dict. hominibus

suis... quod ipsi vel officiales eorum non possint nec debeant aliquem hominem vel mulierem habitatorem vel incolam dicti loci capere vel detinere seu captum vel detentum reducere in fortaliciis eorumdem, nisi solum in... casibus a jure permissis, videl. in casu... in quo... posset et deberet pena infligi corporalis; et ulterius voluerunt et concesser. quod in... casibus... in quibus pro criminibus atrossioribus vel publicis aliquis detineretur vel caperetur, quod in illis modus debitus observetur in custodia et in inquisitionibus faciendis contra tales delatos et captos, judices ordinarii dict. dominorum intersint et ante quam procedatur ad aliquam inquestam seu tormentum, vocentur consules dicte ville de dominio illius qui captus extiterit vel detentus, et quod in eorum presencia fiant dicte inquisiciones, et judicetur et cognoscatur si est ad tormentum vel questionem procedendum, et taliter quod illis de dicto loco Mont. non possit fieri injuria de predictis et illis reservetur omne beneffficium deffendendi et eciam appellandi, et quod inquisiciones faciende infra octo dierum spatium taliter compleantur quod capti et detenti non macerentur diucius in custodia carcerali, quia de jure carceres sunt inventi ad custodiam non ad penam, et quod in inquisitione facienda ille contra quem inquireretur possit habere, vel amici ipsius si voluerint, unum notarium qui sit presens in dicta inquisicione sumenda cum notariis dominorum : per hoc tamen noluerunt quod dicte universitati vel dict. consulibus ulla juridictio acquiratur, sed ad hoc presencia eorum requiratur ut si notarii vel scriptores inquisicionum in scripturis inde faciendis errarent dolo vel fraude vel negligencia vel aliquo modo scriberent quam veritas se haberet, per illos consules possit veritas comprobari, et idem servetur eciam si sine scripturis fierent inquisiciones predicte. § xxx. Item voluerunt, dederunt et concesserunt domini predicti quod, in inquisicionibus in quibus non debet infligi punicio corporalis faciendis vel terminandis, dicti domini non utentur nisi propriis judicibus ordinariis eorum, ita quod illas inquisiciones per illos judices criminum non faciant terminari; et ulterius concesserunt et voluerunt quod dict. inquisicionibus factis vel faciendis super criminibus publicis vel privatis fiat copia delatis et accusatis, et quod eorum deffenciones audiantur et recipiantur prout jura volunt, et quod dicti domini ... non possint partem facere vel assumere in inquisicionibus.., sed quod judices ordinarii eorumdem super dict. inquisitionibus justiciam ministrent secundum quod eis videbitur expedire. § xxxj. Item voluerunt et concesserunt... rectoribus et consulibus... quod ipsi homines... non teneantur nec possint per dominos antedict... compelli ad exeundum villam Montilii vel ejus districtum cum

vel sine armis contra aliquam personam... vel universitatem, collecgium vel conventum, nisi solum pro propria guerra dict. dominorum vel custodia terre ipsorum sine dolo et fraude. § xxxij. Item voluerunt et concesserunt... quod in... casibus in... quibus homines Montilii... hospicia que locant vicinis suis vel habitatoribus dicte ville clauserint quia inquillini nolunt solvere locgerium eorum, quod dicti domini vel eorum officiales non vocatis dominis dict. hospiciorum non possint nec debeant dicta hospicia facere apperire, sed quod dict. hospiciis existentibus in clausura vocentur partes et partibus auditis justicia ministretur ; et si contingat quod conductoribus et inquillinis detur terminus ad solvendum, quod de rebus inquillini vel conductoris tantum remaneat in clausura vel sayzina vel sequestro quousque dominis fuerit satisfactum. § xxxiij. Item voluerunt et concesserunt... et pro libertate dederunt...' quod ipsi domini... seu officiarii ipsorum... contra libertates predict... non possint penas seu multas modicas sive magnas indicere seu apponere ; et si de facto fuerint apposite seu indite, quod ipso jure sint nulle, casse, irrite et inhanes... § xxxiiij. Item voluerunt et concesserunt... quod consules seu rectores dicti loci.. possint seu valeant facere inter se comune pro dicta universitate, ita quod ipsi possint accipere et recipere pro comuni in quolibet molendino dicti loci et territorii ejusdem pro quolibet sestario i denar. et pro emina i obolum vel de blado usque ad valorem i denar. pro sestario et oboli pro emina, et hoc a quibuscq. personis ecclesiasticis et secularibus, privatis vel extraneis... § xxxv. Item voluerunt et concesserunt... quod homines Montilii... non teneantur in mutatione dominorum facere homacgium aliquod vel prestare fidelitatis sacramentum donec et quousque novus dominus ratificaverit, approbaverit, emologaverit et cum sacramento omnes et sing. libertates predict... de novo concesserit et ad illas... se astrinxerit... inviolabiliter observandas. § xxxvj. Item voluerunt et concesserunt... quod consules et rectores dicti loci nomine universitatis ejusdem possint constituere sindicos vel actores... qui possint agere et deffendere... pro certis capitulis... et ad certum tempus... cum pleno et sufficienti mandato.., irrequisitis dict. dominis... § xxxvij. Item dicti domini Montilii... dederunt libertatem et inmunitatem dict. suis hominibus... quod non teneantur solvere aliquod tabernacgium ad ipsos pertinentem de vinis vinearum suarum per ipsos homines vendendis ad menutum tempore banni vel extra bannum vel eciam de vinis quod emerint ab aliquo hominum suorum, sed a dicto tabernacgio dict. homines... liberaverunt et absolverunt ; et si esset aliquis ho-

mo qui non haberet dominum in Montilio et teneretur propterea solvere tabernacgium, et post infuturum homacgium faceret dict. dominis, quod incontinenti facto homacgio a tabernacgio sit liberatus prout alii homines sui. § xxxviij. Item, cum retro actis temporibus custodes et rectores... Mont. et singulares persone dicte universitatis consuevissent facere devesia de rebus suis, utpote de terris, vineis, pratis, pascuis, nemoribus, blachiis, ortis et aliis quibuscq., dicti domini... dederunt et concesserunt dict. hominibus... quod ipsi faciant et facere possint quandocq. et quoscienscq. voluerint res et pocessiones eorum devesium, et in devesio habere perpetuo et tenere et deffendere a pastoribus et aliis quibuscq. prout eis videbitur faciendum. § xxxix. Item, ut predicta omn. et sing. durent perpetuo et inviolabiliter perseverent, voluerunt et concesserunt dicti domini... quod si contra aliquem de casibus seu libertatibus supradict... fieri contingeret infuturum... vel ipsis libertatibus... non uterentur, quod predict. universitati nec hominibus... nullum prejudicium generetur, nec ipsi domini possint pocessionem, usum vel prescripcionem aut actus contrarios seu non usum alleguare, sed... repetunt et concedunt... libertates et franchesias... de novo... § xl. Item dict. quidem libertates, franchesias et inmunitates et alias que reperirentur... dicti domini... ratas et firmas perpetuo habere voluerunt et tenere, et contra non venire... promiserunt sub obligacione omnium bonorum suorum et ad s. Dei Evangelia juraverunt. — Qui quidem dom. comes Valentin. et Diensis, dominus Montilii, auditis supplicationibus et requisicionibus dict. consulum.., auditisque et diligenter intellectis franchesiis, inmunitatibus et libertatibus, promissionibus, conventionibus, penis, confirmationibus, renunciationibus et pluribus aliis per dict. olim dominos Montilii hominibus suis... concessis.., certusque et certificatus... volensque vestigia suorum predecessorum sequi et que per ipsos ordinata et promissa sunt adimplere et observare, igitur... per se et suos infuturum successores, omnes univ. et sing. libertates, franchesias et inmunitates predict... ratificavit, emologavit, confirmavit et renovavit, et ulterius... ad majorem securitatem dict. hominum... sub ejus senhoria.., de novo dedit, donavit et confirmavit... cum omn. capitulis, pactis et conventionibus... expressatis...; volens et concedens... quod capitulis continentibus libertates predict... detur tanta fides sicuti originalibus instrumentis...; promitens... se dict. franchesias et libertates... tenere, attendere, custodire et inviolabiliter perpetuo observare et nunquam contra facere... Porro voluit et concessit... quod ordinationes et innovationes dudum de

anno a Nativit. Domi MoCCCoLXXXoVo super facto innovacionis consulatus dicti loci Mont. tam per *(ut supra, p. 222, l. 40)*... Arnaudi et arestata per ipsos... in sui eciam remaneant firmitate, ipsasque ordinaciones... ratificavit, confirmavit et emologavit..; et renunciavit... Acta et ressitata fuerunt hec omnia apud Sauzetum, diocesis Valentin., infra hospicium dicti d. n. comitis, supra quand. aleam retro cameram suam, presentibus testibus.. voc. et rog. nobbus viris d. Aynerio de Podio milite, domino de Audefredo et Gluracio, Bertheto Senhoreti, Johanne Roncholi, Michaleto de la Pra, scutifero dicti... comitis, et nobis notariis... — Quibus ita peractis, prefat. d. n. comes.., volens, cupiens et affectans ac intendens predict. libertates, *etc*... observare.., requirentibus dict... consulibus.., voluit et precepit d. Aynerio de Podio militi predicto, baylivo suo dicti loci Mont., et nob. Bertheto Senhoreti, clavario ejusdem loci pro ipso... comite, ibidem presentibus et audientibus, et per presentes mandavit... aliis officiariis suis dicti loci.., quathinus predict. libertates, *etc.* observent et inviolabiliter custodiant et promitant eorum bona fide et ad s. Dei Evangelia jurent... Postque dicta die, paulo post dict. d. Aynerius... et Berthetus... juraverunt *ut supra*. Acta... *ubi supra*, in quad. alea sive aleya anteriori ante cameram dicti... comitis, testibus present... dicto nob. Michaleto de la Pra, mag. Petro Perroti, notario habitatore Sauseti, et me Jarentono Grasse, clerico dicti loci M., publ. auct. imp. not.., et me Petro Bocherii, dicti loci... clerico, auct. imp. not. pub. †

Subsequenter vero, anno Domi MoCCCoXCoVIo et die xxa mens. januarii,.. Benedicti XIIIi an. iiio.., Petrus Bergondionis, baylivus Montilii Adem... pro domo nostro dalphino et de ejus mandato, prov. vir. Bertholomeus Jeongii, clavarius dicti loci... pro dicto d. n. dalphino, certi et certificati ad plenum de franchesiis et libertatibus ac immunitatibus supradict.., ipsas.., ad requisitionem nob. Rostagni de Prato Comitali, consuli dicti loci.., actendere, tenere et observare... promiserunt et... juraverunt... Actum Montilii, in curia dalphinali, testibus present. Bonthosio Alvernhacii, Johanne de Rivo, Poncio Guiberti notar., Petro Ruffi filio Petri R. de Crista, habitat. dicti loci, et me Jarentono Grasse... †

(*) Original formé de 8 peaux de parch. réunies, coté no 80; au dos: *Instrumentum libertatum confirmatarum et de novo donatarum per dom. comitem Valentin. et Diencem, Le libertas e confirmacions de libertas, Consulum ville Montillii.* — Copies a) aux arch. de l'Isère, reg. 1us *liber copiarum comitatus Valentin. et Diensis* (B. 288), fo IIc xlvj (fo xx): « Libertates concesse per dominum nostrum comitem Valentinen. et Diensis » (d'après l'origin.); b) dans le *Cartul.* (fo 12 vo-26 vo): même titre; c) falsifiée dans le recueil B (no 45): extr. des arch. de La Garde Adhémard.

LXXXVIII*. *2 février 1404.*

In nomine Domini, amen... Cum portus Robionis sive emolumentum ejusdem nuper venditus et deliberatus fuerit ad inquintum publ. præsentis loci... ad et per unum annum futurum,.. incipiendo die hodierna, Mondono Laurentii alias Pupeyre dicti loci, tamquam ultimo offerenti et ad extintionem unius candelæ ardentis ut moris est, et hoc de voluntate et consensu provid. virorum Guioneti Grossi et Johannis Revelli, consulum et rectorum dicti loci Montilii, et hoc pro pretio... xx^ti floren. auri monetæ nunc currentis.., sub anno Dom^i M^oCCCC^oIII^o et die penult. mens. januarii; hinc est quod anno prædicto... et die II^a mens. februarii.., Benedicti XIII^i an. x^o.., supradict. Mondonus Laurentii... promisit... dict. xx florenos auri ratione pretii dicti portus solvere.., videl. die ultima cujuslibet mensis XXI gros. et XVI den... Actum Montilii Adhem., in opperatorio appothecariæ quod tenet Guionetus Grossi, testibus præsent. Giraudo Remusati, Stephano Chardonis, Hugone de Sperone, Nicolao Fornay, Humberto Fabri et me Benedicto Fabri, clerico dicti loci, auct. imp. not. pub...

(*) Recueil B, n° 46 (2 ff.), copié sur l'origin. parch. en 1817.

LXXXIX. *19 février 1404.*

(Concessiones Ludovici de Pictavia universitati).*

In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen... Cum ita esset quod lis, quæstio et debatum verteretur et in futurum major verti speraretur inter nobilem virum Berthetum Senoreti, clavarium et procuratorem Montilii Adhemarii... pro magn. et pot. viro dom. d. Ludovico de Pictavia, comite Valentin. et Diensis.., ex una parte et discr. virum Joannem Pevelli mercatorem, consulem dicti loci Montilii Adhem. et universitatis ejusdem pro parte dicti d. n. comitis, p. ex altera.., super eo *etc.* Hinc est quod anno Incarnat. M^oCCCC^oIII^o et die XIX^a mensis februarii,.. Benedicti XIII^i anno x^o.., dom. Ludovicus de Pictavia, comes Valentin. et Diensis.., gratis et ex ejus certa scientia et spontanea voluntate.., dedit, donavit, remisit, cessit et concessit... hominibus suis Montilii Adhemarii etetiam communibus... omne jus omnemque actionem... quod et quam... habet, habebat habereque potest... et debebat... in et supra portu Robionis dicti loci... seu

ipsius pretio ac emolumento, ita... quod consul... dicti loci pro parte universitatis hominum ipsius d. n. comitis et communium possit et valeat dict. portum vendere seu vendi et distrahi seu arrendare... facere, et pretium inde habendum... de emolumento dicti portus in utilitatem et commodum universitatis præd. convertere.., et quod nullum dict. d. n. comes seu ejus successores aut officiales... apponent impedimentum quominus.., prout... temporibus retroactis fuit assuetum..; item dedit... quod ipsi homines seu consules nomine universitatis dicti loci... possint et valeant indicere impositionem vini vocatam *sochet* et ipsam levare facere aut vendere, prout temporibus retroactis fuit consuetum in dicto loco levari et exigi tam a forensibus quam privatis, et mensuram vini de octava parte diminuere et cum mensura diminuta ad menutum vendere et mensurare, ut fuit temporibus retroactis factum et usitatum, et emolumentum seu pretium exinde proveniens... dicti consules... possint recipere et in utilitatem universitatis convertere.., et quod... nec ejus successores aut eorum officiales... impedient... quod nullus inmittat vinum vel vendemiam infra locum Montilii quod extractum esset in aliis territoriis quam Montilii, nisi esset extractum in propriis vineis habitantium in dicto loco Mont., et sub pœna quam consules.. statuent et apponere voluerint..; item dedit plus... dict. hominibus suis... muraliam et jus quodcq. quod ipse... habet... et visus est habere in muralia fortalitii quod fuit domini de Garda, tam nova quam antiqua integra et quæ facit mœnia et clausuram dicti loci, scil. a cadefalco vocato de Mica usque ad portale domi Gaucherii juxta fortalicium diruptum, quod fuit domini de Garda præd., et ipsam muraliam dict. suis hominibus... quitavit et remisit, et hoc quantum tangit dict. homines suos et communes seu universitatem dict. hominum..; item, cum dict. suus claverius Mont. Adhem. nomine suo voce præconia... præconisare fecerit, quatenus sub certis pœnis quisque reciperet et recipere deberet monetas regias delphinales et domi comitis Sabaudiæ, sic et prout recipiuntur per terram et patriam dicti d. n. comitis Valent. et Dien., per contra facientes comitendis et dicto d. n. comiti applicandis, et propter hoc possent subditi d. n. comitis... trahi ad inquestam vel aliter.., hinc est quod dict. d. n. comes... bene in hoc avisatus ipsas multas, præconisationes et pœnarum impositiones... usque ad præsent. diem revocavit et annullavit.., quidquid committere potuerint... remittendo.., mandans et præcipiens... Dedit, inquam.., et remisit dict. res, jura et actiones ac franchesias... ad habendum, tenendum, fruendum, utendum... mandans et præci-

piens.., promittens..; pro quibus quid. donationibus, cessationibus et remissionibus seu franchesiis... confessus fuit et publ. recognovit se habuisse... per manus nob. Bertheti Senhoreti, claverii sui.., nomine Joannis Pevelli, consulis.., centum escutos auri currentis, de quibus... renunciavit... Acta et recitata fuerunt hæc apud Granam, infra hospitium dicti d. n. comitis, videl. in aula, testibus præsent... ven^bus et rel^sis viris dd. Amedeo Martini, priore prioratus Sancti Marcelli prope Sauzetum, Valentin. diœcesis, fratre Arnaudo Jauberti, ordinis Prædicatorum de Dya, dicto nob. Bertheto Senhoreti, claverio dicti d. n. comitis, Antonio Petit; et me Jerentono Grasse, notario dicti loci Mont. Adh. auct. imp. publ.

(*) Recueil B, nº 47 (7 ff.), d'après l'origin. coté nº 228 (*Invent.* de 1662, fº 51 : « instrument contenant deux peaux »). Les griefs du clavier contre les habitants de Mont. et la défense de ceux-ci offrent qq. passages à noter : « Quisque vinum inmittens in loco Montilii extractum in alienis territoriis.. solvat.. pro qualibet saumata vini VI grossos universitati..; dom. comes indigebat de lapidibus in muralia existentibus et ipsos lapides recipere intendebat et volebat, et sic clausura et mœnia loci Mont. destrueretur, et insuper passagium existentem in fortalitio a portali dom^i Gaucherii usque ad cadefalcum vocatum de Mica, claudere fecit dicendo ibidem non esse... Virtute franchesiarum.. portus ad universitatem pertinet et consules sunt in possessione.. a transeuntibus.. emolumentum levandi... a tanto tempore quod de contrario memoria hominum non existit, quia antequam pons qui destructus est fieret erat portus et ad manum villæ levabatur et aliquoties per consules vendebatur.. ; nec debet (d. n. comes) recipere lapides muri antiqui.. quia sunt mœnia villæ et clausura, neque passagium.. claudere quia est et fuit necessarium pro custodia villæ et universitatis.. ; non debuit facere præconisationes... quia dom. n. papa habet partem suam in dicto loco ubi sua moneta habet cursum et sui subditi non recipiunt monetam alienam pro tali cursu sicut recipitur papalis, quia non est nec reperitur per assuetos in talibus de tali lege. »

XC. *5 juin 1404-24 février 1405.*

(Fundatio Hospitalis pauperum Sancti Anthonii)*.

In nomine Domini, amen. Noverint... quod ego Pauletus Ruffi, loci Montilii Adheymarii, Valentin. dioc., publ. appost. et imper. auctoritt. notarius, substitutus et subrogatus in notis et protocollis... mag. Guillermi de Marsana, notarii pub. cond. dicti loci, actestor me reperisse in notis et protocollis predict... quamd. notam... sanam et integram.., continentem testamentum Juvenonis Chayni et Petronille ejus uxoris, comdam habitatorum ipsius loci Mont... sub anno Incarnac. MºCCCCºIIIIº et die v^a mensis junii, in quo quid. testamento inter alia legata... fecerunt unum tale legatum sic dicendo : « Item legamus,

damus et constituimus per presentes ambo simul et nostrorum quilibet pro uno Hospitali pauperum per nos ordinato ad honorem beati Anthonii quodd. hospicium nostrum, cum quod. cazale de retro a duabus partibus, videl. ab oriente et borea, scitum infra locum Montilii loco dicto in carreria recta prope portale Sancti Martini, quod cum dicta carreria recta ab occidente et cum cazale Hugonis et Jacobi de Sperono fratrum ab oriente et cum hospicio dict. Hugonis et Jacobi fratrum a vento et quod. alio hospicio Juvenonis et Petronille conjugum testatorum, quod fuit comd. Bertrandi Botini alias Loupion, a borea confrontatur, una cum septem lectis munitis de pannis et aliis rebus que ibidem de presenti fieri fecimus et ordinavimus ; item magis... ordinamus quod post mortem nostrorum duorum testatorum dicto Hospitali legamus et donamus quamd. vineam quam habemus, scitam in territorio Montilii, loco dicto in Costa Calida, que cum itinere publico per quod itur ad nemus de Laus a duabus partibus, vid. ab occidente et borea, et cum vinea Mondoni Morardi de Savassia ab oriente et cum vinea herma Filipi Hugonis a borea confrontatur, que quid. vinea est franchia ab omni censu et domino quocq. : quam quid. vineam ille qui tenebit et gubernabit dict. Hospitale regere debeat et gubernare ac agricolare de opperibus necessariis quolibet anno dandis ad comodum et utilitatem dicti Hosp. bene et sufficienter..; item magis legamus dicto Hospitali, pro vino proveniendo ex dicta vinea et ipsum reponendo, quodd. vas de sapo tenens circa octo saumatas vini et duas mosterias, tenentem quamlibet circa tres saumatas vini, necnon et unam arcam de nuce tenentem circa v^e vel vi sestarios bladi et unam aliam arcam tenentem circa IIII sestar. bladi..; item volumus et ordinamus... quod, cum hospicium Hospitalis pauperum per nos supra ordinatum ad honorem b^i Anthonii serviat annis singulis Girardo Barnaudi, filio cond. Johannis Barn. dicti loci Mont., IIII grossos censuales cum dominio directo anno quolibet in festo Natalis Domini solvendos, quod dicta Boneta filia nostra et heres dict. IIII grossos cens. c. dom. de suo proprio emere debeat et teneatur vel concordare cum dicto Gir.., taliter quod dict. hospicium Hosp. sit perpetuo francum et liberum.., et ulterius quod dicta Boneta facere debeat et teneatur de suo proprio ad hopus dict. VII lectorum existencium in dicto Hosp. XIIII linteamina de tela nova bona et sufficiencia, quolibet linteamine de tribus ulnis cum dimidia... » In quad. vero alia parte dicti testamenti supradicti Juvenonus et Petronilla conjuges et testatores eorum heredem universalem fecerunt et ordinaverunt Bonetam eorum filiam, uxorem Petri Vaucherii.., excequtorem ve-

ro... dict. Petrum Vauch... Acta fuerunt hec in Montilio Adhem., videl. in hospicio dicti Petri Vouch., vid. in hospicio Servi in quo dict. Petrus tenet hostelariam, testibus present... Micheleto Arnaudi, Johanne Menescalli, Petro Laurencii alias Guichon, Ludovico Arnaudi, Francisco Picardi charaterio, Henrico Bartolo, Nicholao de Grando Ruto lapicida.., et me Guillelmo de Marssana.., imp. auct. notar. publ.

Item ego Pauletus Ruffi... actestor me reperisse... in eod. cartulario notam continentem affranchisamentum dict. IIII grossorum censualium a dicto Girardo Barnaudi : Permutacio Juvenonis Chayni, habitat. Montilii Adhem., et Girardi Barnaudi, filii cond. et heredis univers. Johannis Barn. dicti loci, *sub data* anno Dom. M°CCCC°IIII° et die XXIIIIª mens. febroarii... Act. Montilii, in hospicio Guillelmi Premonis, testibus... Bonthozio Alvernhacii, Poncio Guiberti not., Petro Michalis alias Burreydo.., et me Guil. de Marsana.

(*) Original parch. (90 lig.) du *parte in qua*, coté n° 109.

XCI*. *1er février 1407.*

In nomine Domini, amen... Cum emolumentum imposicionis vini vocatum *sochet* loci Montilii Adhemarii... venditum et deliberatum fuerit ad [inquantum] publ. dicti loci ad et per unum annum futurum incipiendum die crastina... ad extinctum unius candele ardentis, ut moris est, in platea publica dicti loci per Mondetum Palherii, servientem et inquantatorem dicti loci, vid. Anthonio Barnaudi, dicti loci Mont., tamquam plus et ultimo in eodem emolumento offerenti, precio... CCC et IIIIxx floren. auri.., et hoc de voluntate et consensu discret. virorum d. Hugonis Peyroli et Nicholay Fornay, consulum et rectorum pro nunc dicti loci; de quibus quid... florenis pertinent dicto Anth. Barnaudi et Armandeto Perroti XX flor. pro exita per eos facta in dicto emolumento de IIIIxx flor. ad quartam partem exite, et sic restant quietii dicte universitati... CCC et LX floreni... Hinc est quod anno Incarnac. M°CCCC°VI° et die Iª mens. febroarii,.. Benedicti XIIIi an. XIII°.., supradicti... consules et rectores moderni... dict. vendicionem et deliberacionem... laudaverunt, approbav., emologav., ratifficav. et confirmav.., et hoc cum voluntate et consensu discret. virorum Anthonii Sextoris, Hugonis de Aygalnechio, Johannis Thome alias Chauchadent, Berthoni Ferenchii et Johannis Sabaterii, consiliariorum pronunc dict. consulum..; predict. vero emolumentum... prefati consules... prenom. Anthonio Barn... salvare,

amparare, tlueri, custodire, deffendere et disbrigare promiserunt... Quibus premissis... dict. Anthonius Barn. emptor ut principalis et ad ejus preces et requisicionem discr. viri Raymundus Barnaudi, filius Stephani Barn. cond. fraterque pred. Anthonii B., nob. Petrus de Turnone, Armandetus Perroti, dicti loci Mont., Petrus Barnaudi alias Coste, habitator dicti loci, et... Johanneta ejus uxor... promiserunt... solvere... dict. summam CCC et LX flor.., vid. in die ultima cujuslibet mensis... XXX flor... Acta fuerunt hec Montilii Adhem., in appotheca hospicii Hugonis de Aygalnechio, testibus present. mag. Anthonio Coterii not., Durono Bernardi, Petro Laurencii alias Guischo, Bonthosio Alvernhacii, Stephano Armandi clerico.., et me Benedicto Fabri, clerico dicti loci M., auct. imp. notar. publ.

(*) Original parch. de 96 lig., coté n° 102; analyses au dos.

XCII*. *19 avril 1410.*

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti, amen. Anno Incarnat. Dominice M° quadringent° X°, indict. IIª et die XIXª mens. aprilis, revdo in X° patre et dom° nostro d. Johanne Dei Pictavia et sancte sedis apostol. *(sic)* Valentinen. et Dyensis episcopo et comicte presulante,.. nob. vir Berthetus Senhoreti de Montilio Adhem., receptor generalis egregii et pot. viri d. comictis Valentin. et Dyensis.., recognovit discr. viro mag. Benedicto Fabri notario, consuli et rectori universitatis dicti loci Mont.., nomine dicte universitatis et... Hugonis de Sperone, eciam consulis dicte univers.., se... realiter recepisse... C francos auri boni, legalis ponderis et justi, quos... dicta universitas nuper predicto d. comicti donavit.., et renunciavit.., promictens... Actum Montilii Adhem., in platea publica ante operatorium Duroni Auricule, testibus present. nob. Petro de Turnone. Petro Noyareti, Mondono Laurencii alias Emperayre, Matheo la Grangia, filio St. la Granja,., ac me Baudeto de Opere, de Ancona.., auct. imp. notar. publ...

(*) Origin. parch. de 62 lig., coté n° 183; analyses lat. au dos.

XCIII. *24 décembre 1412.*

(Johannis XXIII pape commissio contra spoliatores)*.

Johannes episcopus, servus servorum Dei, venerli fratri episcopo Valentinen. et dilectis filiis archidiacono Ruthenen. ac preposito

16

Carpentorat. ecclesiarum, salutem et apostolicam benedictionem. Licet ad cunctos populos sub religione Xpistiane fidei militantes, tanquam universalis pastor gregis dominici, pro eorum statu salubri actente mentis aciem extendamus, tamen ad comitatum Venayssini, ad nos et Romanam ecclesiam nullo medio pertinentem, eo precordialius intuemur que nostro pectori noscuntur sincerius inherere, desideriis optantes intensis quod persone comitatus predicti et aliorum circumpositorum locorum ad nos et memoratam Ecclesiam spectancium sub cultu fidelitatis et justicie, expressis eorum injustis oppressionibus, quietis et sinceritatis ubertate letentur. Sane ad nostri apostolatus audienciam pervenit, quod nonnulle tam ecclesiastice quam seculares persone, tam comitatus predicti, castrorum Montilii Adhemarii et Avisani, Valentinen. et Tricastrinen. diocesium, quam aliarum diversarum parcium suis juribus et terminis non contente occuparunt et occupari fecerunt terras, domos, possessiones, jura et juridictiones, necnon fructus, census, redditus et nonnulla alia bona mobilia et imm-a tam infra comitatum predict. quam extra consistencia, ad clerum, vassallos, nobiles et populares hominesque nostros et dicte Rom. ecclesie incolis comitatus et castrorum predict. communiter vel divisim spectancia, et ea detinent indebite occupata seu ea detinentibus prestant auxilium, consilium vel favorem; nulli eciam, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, eisdem hominibusque aliis... ac per capciones, arrestaciones, predaciones et spoliaciones ac detenciones personarum, rerum et bonorum vexare, opprimere multipliciter contra justiciam trahendo, eosdem eciam.., ut ab ipsis aliqua extorqueant vel... redimere compellantur..., multiplices molestias et injurias inferunt et jacturas : quare dicti clerus, vassalli, nobiles, populares, incole et singulares persone nobis humiliter supplicarunt ut, cum eis reddatur difficile pro singulis querelis ad apostolicam sedem habere recursum, providere ipsis super hoc paterna diligencia curaremus. Nos igitur adversus occupatores, detentores, presumptores, molestatores et injuriatores huj[di] illo volentes de remedio eisdem subvenire per quod talium compescatur temeritas et aliis aditus committendi similia precludatur, quocirca discrecioni vestre per apostol. scripta mandamus quatenus... predict. clero et vassallis, nobilibus, hominibus, populo, incolis et singularibus personis efficacis deffensionis presidio assistentes non permitatis eosdem... indebite molestari, vel eis gravamina seu dampna aut injurias irrogari, et de commissis satisfactionem eis debitam impendi faciatis, *etc., etc.* Datum Rome, apud Sanctum Petrum, VIIII kalendas janua-

rii, pontificatus nostri anno tercio. Gratis de mandato domi nostri pape, Diethelinus.

* Inséré dans l'acte du 16 juin 1439.

XCIV. *3 juillet 1417.*

(CAMERARII PAPE COMMISSIO) SUPER MACELLO*.

FRANCISCUS, miseracione divina archiepiscopus Narbonensis, se Romane ecclesie camerarius et pro eadem in civitate Avinionensi et comitatu Venayssini ac aliis locis et terris... adjacentibus, ad ipsam ecclesiam pertinentibus.., vicarius generalis auctorte apost. specialiter deputatus, venbus viris dd. Thome de Lamerlia, archidiacono ecclesie Ruthenensis, ipsius comitatus thesaurario, et Petro Dalphini, licenciato in legibus, judici Valriaci pro Rom. ecclesia, salutem in Domino. Noveritis quod hodie due supplicaciones, videl. una pro parte macellariorum et alia pro parte consulum et universitatis loci Montilii Adhemarii, Valen. dioc., nobis porrecte fuerunt, quarum tenores sequntur... prout ecce : « REVERENDISSIME pater, vestre revme paternitati pro parte macellariorum loci de Montilio Adhemarii, Valen. dioc., exponitur quod, cum ipsi sint de terra ecclesie et immediate Romane ecclesie subditi et nulli alteri persone, nichilominus gentes domi comitis Valentinen. super facto macelli seu animalibus, alias carnibus in dicto macello vendendis certam imposicionem seu certum onus imponere nituntur, quod cedit in magnum prejudicium, dampnum atque gravamen ipsorum macellariorum et rei publice, presertim cum super aliis denayratis seu mercanciis imponere non velint nec consules gencium partis pape in hoc non consenserint nec consentire voluerint, et dicti macellarii sint omnes de dominio ecclesie et non comitis, nec debeant plus opprimi quam alii; unde pro parte dict. macellariorum e. v. r. p. humiliter supplicatur, quatenus pro bono rei publice dict. gentibus et aliis quibuscq. dict. onus imponere volentibus inhibeatis ne dict. onus imponant, nec imponi permictatis cum redundaret in magnum prejudicium dict. macellariorum et rei publice; et si quas licteras eis super hoc concessistis, dignetur e. v. r. p. eas revocare et ad statum debitum reducere, cum non sit dignum quod sint plus onerati quam alii mercatores, et ipsi pro v. r. p. et statu Ecclesie Deum rogabunt »... « REVERENDISSIME pater, cum menia loci Montilii Adhemarii, Valen. dioc., cujus una pars est seu

pertinet ad s. Rom. ecclesiam et alia pars est seu pertinet ad spectab. virum dom. Valentin. et Dyensem comitem, hactenus eguerunt et de presenti egeant pluribus et variis reparacionibus et fortificacionibus ad magnas pectuniarum summas ascendentibus, cumque universitas dicti loci seu ejus pars sanior in unum propterea congregata, ad habendum pectunias unde dicte reparaciones et fortificaciones fieri possint pro utiliori via et minus dampnosa, ordinaverit seu indixerit unum subsidium c[om]une super macello dicti loci durantibus v^e^ annis proxime futuris percipiendum, videl. super carnibus ibidem aut alibi causa vendendi interficiendis ut ecce : primo super et pro [quolibet] capreto vel agno occidendo et vendendo in dicto macello vel extra in loco predicto seu ejus mandamento viii denar., et pro quolibet mutone, ove, capra, menono et irco i grossum, item pro quolibet vitulo i gros. et viii den., it. pro quolibet porcho sive porcha in macello vel extra causa vendendi recenti vel salso occidendo i gros. et viii den., it. pro quolibet bove ii gros., beneplacito, voluntate et consensu v. r. p.. et dicti d. Valentin. et Dyensis comitis in hiis salvis semper et reservatis; eapropter eidem v. r. p. pro parte consulum et universitatis dicti loci humiliter supplicatur quatinus indictionem et imposicionem subsidii huj[di] ratas habentes et gratas, illas ex certa sciencia vestri camerariatus et vicariatus officiorum auctoritatibus confirmare dignemini, necnon dom[o] baylivo dicti loci pro s. Rom. ecclesia commictere et mandare ut indictum huj[di] faciat per quorum interest sibi subditos precure viribus inviolabiliter observari.., actento quod premissa reparacionem et fortificacionem dicti loci concernunt, vestras super hiis benignas licteras eisdem si placet concedendo ».. Quia scimus dom. rectorem dicti comitatus adeo in aliis negociis fore occupatum quod in presenti vacare non posset, vobis... commictimus et mandamus quatinus... partibus... de plano... auditis, confirmacionem per consules et universitatem predict... petitam vel aliam debitam provisionem... faciatis... Datum Avinioni, sub sigillo nostri camerariatus officii in testimonium premissorum, die iii[a] mens. julii anno a Nativit. Dom[i] M[o]CCCC[o]XVII[o], indic. x[a], sede apostolica vacante. Jo. Doici.

(*) Original parch. de 28 lig., coté n[o] 189; au bas sceau ovale en cire rouge sur lemnisque : en haut, la sainte Vierge tenant l'enfant Jésus, au milieu saint Pierre et saint Paul en pied, au bas l'archevêque avec deux écus à ses côtés, légende : **S·FRANCISCI·DNI·PAPE CAMERARII.** — Sur papier un ordre de comparaître adressé aux intéressés par les commissaires, à Carpentras le 6 juil. 1417; au dos attestation, en date du 8, par le curé de Montélimar, J. Dumans, d'avoir cité les bouchers de cette ville.

XCV. *22 juin 1419.*

La clausula dou testament dou comte de Valantines*.

In nomine Do]mini, amen. Noverint... quod[anno Incar]nationis M° CCCC°XIX°, inditione xii^a cum eodem anno sumpta et die jovis xxii^a mensis junii.., magnif. vir dom. Ludovicus de Pictavia, comes Valentin. et Diensis, existens in sua bona et sana memoria, licet infirmitate corporali ali[qua detentus], suum fecit et condidit testamentum ultimum nuncupativum et suam ultimam voluntatem nuncupativam et dispositionem extremam ac de se et [suis bonis dispos]uit et ordinavit per modum et formam contentos et descriptos in nota de et super huj^{di} testamento... sumpta..; in quo siquid. testamento ultimo idem d. comes plures ordinationes, voluntates suas atque legata fecit, ordinavit et disposuit... Et inter ceteras clausulas ordinationum, voluntatum et legatorum... continentur clausule que sequntur, tangentes plures in universo et singulariter de singulis universitatum et hominum, incolarum ac habitancium in locis et castris terre et patrie dicti d. testatoris et facientes pro hominibus et personis loci Montilii Adhemarii prefati d. testatoris..: § *1)* Item volumus et ordinamus quod omnia et singula debita et legata facta per quoscumque nostros predecessores, ad que solvenda nos teneri possumus, solvantur, compleantur et attendantur per exequtores nostros infrascrip., in ea parte in qua deberi possunt et completa non fuerunt. § *2)* Item, omnes et singulas vesciziones seu investituras et mutagia que per mortem nostram de consuetudine patrie seu locorum nostrorum deberi possent... heredi nostro universali per quoscq. subditos nostros in terra et castris nostris propriis mantionem facientes pro quibuscq. rebus quas a nobis tenent, eisdem subditis... remittimus, quitamus et donamus pro illa vice tantum, nec volumus ymo expresse inhibemus quod aliquid levetur seu exhigatur de et pro eisdem... § *3)* Item volumus et ordinamus fieri in singulis locis terre nostre et alibi ubi exequtoribus nostris videbitur faciendum, preconizationem quod quecumque persona que voluerit conqueri de nobis faciat et proponat querimoniam suam coram exequtoribus nostris seu quatuor aut tribus ex ipsis, et quod omn. et sing. personis terre nostre fide tamen dignis et aliis, de quibus tamen videbitur dict. exequtoribus nostris esse faciendum, adhibeatur plena fides de et super hiis que juramentis eorum affirmabunt nos sibi debere et fore fecisse, et quod dicti exequtores nostri ipsis personis satisfaciant, solvant et esmendent de bonis nostris mo-

bilibus..; et non solum solvant ea que debebimus et fore fecerimus personis sic asserentibus, ymo et alia... debita nostra et forefacta, helemosinas et legata simpliciter et de plano et sine strepitu et figura judicii. § *4)* Item remittimus, cedimus et quittamus quibuscq. feudatariis et subditis nostris tam nobilibus quam innobilibus quascq. commissiones et apperturas nobis pertinentes et quas erga nos incurrere potuerunt seu incurrerunt usque ad tempus nostri decessus ex quacq. causa.., preterquam ex felonia, quoniam huj[di] commissiones nobis pertinentes propter feloniam remitere nec quitari intendimus... § *5)* Item remittimus, cedimus et quittamus ac etiam legamus quoscq. clamores, latas sive decimas factos et expositos contra quoscq. subditos terre nostre inmediate contra quos fuerunt expositi et quos debere reperientur tempore nostri decessus, necnon et quecumque laudimia per eosdem subditos... nobis debita tempore dicti nostri decessus eisdem subditis nostris remittimus... § *6)* Item, quascq. inquestas formatas et pendentes in curiis nostris et nondum terminatas tempore nostri decessus, volumus et jubemus... esse abolitas, irritas, nullas et invalidas, et quoscq. delatos contra quos pendebunt volumus esse quitios et liberatos ab et de eisdem, facta tamen per eos esmenda et satisfactione partibus lesis prout de jure convenit; etiam quoscq. presonerios et incarceratos in nostris carceribus tempore nostri decessus volumus relaxari et deliberari... necnon quittios, inmunes et liberatos esse ab et de offensis et delictis pro quibus reperientur incarcerati, quas offensas et delicta eisdem... remittimus... quantum ad nos pertinet, salva tamen esmenda et satisfactione partibus lesis. § *7)* Item, quascq. libertates, privilegia, franchesias et inmunitates acthenus datas et concessas tam per nos quam per quoscq. nostros predecessores hominibus, subditis, universitatibus et comunitatibus locorum, villarum et castrorum tocius terre et patrie nostre tam mediate quam inm-e et quascq. alias de quibus utuntur et usi fuerunt... eisdem... et eorum cuilibet et tam conjunctim quam divisim laudamus, approbamus et confirmamus, et si et inquantum opus est et indigent eas et ea... damus, concedimus et elargimur libere ac eciam benivole. § *8)* Item volumus et ordinamus quod dicti nostri subditi et homines tam nobiles quam innobiles, comunitates et universitates locorum, villarum et castrorum tocius terre nostre in imperio costitute et tam mediate quam inm-e habeant, utantur et gaudeant perpetuis temporibus eisdem et similibus libertatibus, graciis, privilegiis, franchesiis et inmunitatibus quas habent subditi Dalphinales Viennenses et que fuerunt eis date et concesse retroactis tempo-

ribus per dd. dalphinos Viennenses ; quas quidem libertates, gracias, privilegia, franchesias et inmunitates eisdem subditis terre nostre et singulariter singulis eorum damus et concedimus ac eciam libere et benigne elargimur, et volumus et ordinamus quod heres noster et sui inposterum successores in dict. terris et comitatibus nostris dict. libertates, *etc.* eisdem subditis hominibus. comunitatibus et universitatibus terre nostre et eorum cuilibet manuteneant, custodiant et observent de puncto ad punctum promitantque et jurent ad s. Dei Euvangelia eas observare, complere et manutenere.., et ad hoc faciendum dict. heredem nostrum et suos... successores astringimus et obligamus.., et ulterius nolumus ymo expresse prohibemus quod dict. heres noster possessionem dicte terre nostre accipiat per se vel per alium nec dicti subditi et homines nostri eidem obediant et sic consequenter sui successores.., donec et quousque dict. franchesias, libertates, privilegia et inmunitates eisdem confirmaverint et juraverint se servaturos et manutensuros. § *9)* Exequtores autem hujus nostri pres. et ult. testamenti nuncup... facimus, instituimus et ordinamus rev^{mum} in Xpo patrem et dom. nostrum d. camerarium apostolicum, necnon rev^{dos} in X^{o} patres et dom. dd. episcopum Vivariensem et abbatem Crudacii, qui nunc sunt seu pro tempore fuerint, et ulterius dilectos et fideles nostros Anthonium de Claromonte, dominum Monteysonis, et Dalmacium de Flandenis, de Saone, de quibus exequtoribus nostris plenam gerimus confidenciam ; per quos quid. exequtores nostros aut IIII aut III ex eis, dum tamen dicti dominus Monteysonis et Dalmacius sint semper et continue.., volumus, ordinamus, precipimus et jubemus solvi, sopiri, cedari, paciffìcari et esmendari omnia et sing. debita nostra, helemosinas et legata, rancuras et forefacta simpliciter et de plano et sine strepitu judicii et figura, complerique et perfici omnia et singula per nos in nostro pres. testamento fieri ordinata, videl. ea que ad officium eorum exequtionis pertinent facienda et ex potestate per nos eis attributa, et hoc de bonis nostris infrascr., vid. de quinquaginta milibus scutis auri eis tradendis per alterum ex dictis dd. dalphino Viennensi, duce Sabaudie ac sancta Romana ecclesia, qui heres noster fuerit, necnon et de auro, argento, vaycella aurea et argentea, jocalibus, bladis, vinis, animalibus grossis et minutis, utensilibus, garnimentis, folriis creditisque et nominibus ac aliis bonis nostris mobilibus : que omnia, aurum et argentum et alia mobilia volumus propterea per eosdem exequtores nostros... exhigi, recipi et levari, et in et sub eorum potestate teneri et haberi et eadem omnia... distribui et expendi volumus et

ordinamus per dict. nostros exequtores... in dict. debitis, legatis, helemosinis rancurisque et fore factis nostris solvendis, cedandis et esmendandis et non in aliis usibus quibuscumque. Et predict. omnibus debitis, legatis, helemosinis et forefactis sic persolutis, cedatis, pacifficatis et esmendatis, si aliqua de predict. bonis mobilibus nostris supersint, volumus et ordinamus dict. superas omnes dari, distribui et erogari Dei amore in helemosinis et piis causis per dict. exequtores nostros... prout eis videbitur faciendum... Si vero predicta... bona nostra mobilia non sufficiant ad solucionem, satisfactionem et esmendam omnium et singulorum... predict., volumus et ordinamus ea solvi, suppleri, satisfieri et esmendari que defficerent... de emolumentis et obventionibus pedagiorum nostrorum Banii in regno et Criste Arnaudi... Quibus siquidem exequtoribus nostris... damus, concedimus et attribuimus potestatem plenariam, licenciam et auctoritatem ac mandatum speciale... predicta... et quecq. alia in et circa premissa neccessaria et opportuna faciendi, dicendi, gerendi, excercendi et exequendi... ipsisque exequtoribus quamdiu vaccabunt in et pro dicta exequtione facienda volumus de dict. bonis nostris propriis in expensis decenter et juxta eorum statum provideri, eisdemque exequtoribus... jubemus ac etiam rogamus.. ab omnibus obediri parerique et intendi, auxiliumque, consilium et juvamen prestari... De quo quidem testamento et omn. et sing... clausulis in eo contentis, idem dom. testator fieri voluit cuilibet legatariorum de eorum legatis eis factis publ... instrumentum ; et eciam rogavit testes in dicto testamento descriptos... ut de... in eo contentis et recitatis memores sint, et dum locus affuerit et requisiti extiterint veritatis perhibeant testimonium de eisdem. Quod quid. testamentum et... contenta in eodem acta et recitata fuerunt apud Banium, Vivarien. diocesis, in fortalissio subteriori dicti d. testatoris, videl. in camera sua vocata ou Miralh, presentibus... testibus nob. et pot. viro Anthonio de Claromonte, domino Monteysonis, Dalmacio de Flandenis, Anthonio de Mota, Glaudio Chatberti, Colineto Tudayna, Eynardo Cornilhani, scutiffero dicti d. testatoris.., necnon nob^bus^ Hugone domino Petre Gorde, Guilhermo de Vaesco, domino Espeluchie, hon^bus^ viris dd. Matheo Gervasii, Anicien. diocesis, licenciato in legibus et bacallario in decretis, mag. Johanne Senglaris, licenciato in medicina, de Albenassio dicte Vivar. dioc., et me Bertrando Raboti clerico, imp. auct. notar. publ., loci Criste Arnaudi habitatore, qui grossavi...ad opus incolarum et habitancium ville Montilii Adhemarii, subditorum prefati d. testatoris olim... †

(*) Origin. parch. *parte in qua* de 93 lig., coté n° 312 ; trace de sceau. Copie dans le recueil B (n° 48) d'après le précéd., avec notes histor.

XCVI*. *15 mai 1421.*

In nomine Domini, amen. Anno Incarnac... M°CCCC°XXI° et die xv^a mensis maii,.. Martini pape V^i an. IIII°,.. discr. viri Nicholaus Fornay et Johannes Mirabelli, consules, custodes et rectores universitatis Montilii Adhemarii, Valen. dyoc.,.. de voluntate... et ex ordinacione facta ipter ipsos et discr. viros Michaellem Arnaudi, Rostagnum Ruffi, Jacobum de Aygahnchio, Berthonum Ferrenchi, Petrum la Granga et Petrum la Garda, consiliarios, de qua constat in computis et ordinacionibus ipsorum consulum,.. assensaverunt et ad novum accapitum et emphiteosim perpetuam tradiderunt... Nezete relicte Johannis Leveti, Petro et Stephano Alixent, Johanni Audeffredi, Guillermo Bessoni, Anthonio Benedicti, Johanni Balbi et Mondono Boc, dicti loci.., et michi notario... nomine Johannis Bonerii alias dous Floris, absentis.., quod. charnene sive alveum dicte universitatis, in quo debent fieri inter ipsos octo homines octo pede terre et quilibet ipsorum debet habere unam, scitum in territorio Montilii, loco dicto extra portale Ayguni, prout confrontantur ab oriente cum itinere publ. tangente de longitudine arcas pontis fracti Ayguni et ab occidente cum itinere quo itur a passu facto prope molendinum d. Bidonis tendente versus Robionem, et a borea cum retrovallato et a vento cum quod. itinere dimisso de longitudine Robionis in quo pertransire habeant gentes, prout termini ibi affixi hec divídunt, ad habendum, tenen., venden., possiden. et alienandum... salvo tamen et retento perpetuo per dict. consules... dominio directo jureque laudandi, investiendi et profferendi, laudimiaque et confesiones percipiendi et habendi.., et censu annuo super qualibet... pedarum terre I grossi censualis... in festo Natalis Domini, et sub intratgiis et novis investituris pro qualibet... pedarum IIII floren. monete papalis currentis, que... confessi fuerunt... recepisse... Et primo fuit actum quod predicti emphiteote relinquant a parte meniorum retrovallata, prout est eis limitatum..; item... quod... conducere habeant aquam bedalis aut toute que egreditur de villa desubtus portale per dict. charnene prout labitur de presenti ; item quod a parte Robionis relinquant.. iter publicum de longitudine riperie, latitudinis quod gentes, animalia, quadrige possint eundo et redeundo debite pertransire ; item.. quod.. teneantur claudere comunibus sumptibus iter de longitudine archiarum diruptarum pontis et eciam a parte occidentis de longitudine bono boyssono vivo ; item quod si contin-

geret flumen Robionis apropinquare ipsis pedis et dampnificaret unam vel plures, quod unus dict. emphiteotarum juvare debeat aliis circa deffencionem aque... Acta fuerunt hec Montilii, in operatorio mei notarii, testibus present. Bertrando Fabri, Petro Roberti, Petro Coterii, Ignoscente la Rocha, nob. Petro Rostagni, Theolmone d'Arbonis, Michaelle de Blacheria, notar. dicti loci, et me Petro Branthonis, notario dicti loci auct. imp. pub.

*) Origin. parch. de 77 lig., coté nº 172.

XCVII. *1er juillet 1422.*

(SENTENTIA SUPER COMITATIBUS VALENTINEN. ET DIENSI)*.

KAROLUS, regis Francorum filius, reg[num regens], dalphinus Viennênsis, dux Biturricensis, Turonensis et comes Pictavensis, notum facimus... quod, cum lite mota coram nobis inter dilectum consanguineum nostrum dom. Ludovicum de Pictavia, militem, dominum Sancti Valerii, ex una parte et procuratorem nostrum,.. nomine nostro, ex alia.. ratione comitatuum Valentinen. et Diensis, quos quelibet ipsarum partium.. asserebat.. ad eam spectare et pertinere.., tandem die date presentium... presentibus revdo in Xpo patre dom. Johanne de Pictavia, episcopo Valentin. et Diensis, procuratore.. dicti d. Ludovici ejus fratris, nec non mag. Guillelmo Labat, procuratore nostro, ad sententiam profferendam.. duximus procedendum.. ipsamque.. per organum dil. consiliarii nostri mag. Johannis de Troissy, bayllivi Silvanaten. protulimus in modum qui sequitur : Quia ex visione et diligenti inspectione testamenti dom. Aymari de Pictavia, condam comitis Valentinensis, filii d. Guillermi de Pictavia abavique paterni d. Ludovici de Pictavia, Sancti Valerii domini ac comitatuum Valentin. et Diensis comitis moderni, nec non testamenti d. Aymari de Pictavia, ejus nepotis et avi paterni ipsius domi Si Valerii, ac etiam testamenti d. Ludovici de Pictavia, ejusdem domi Si Valerii patrui, condam comitis Valentin. et Diensis, nec non etiam testamenti d. Aymareti seu Aymari, filii d. Amedei de Pictavia pronepotisque dicti d. Aymari primi testatoris et consanguinei dicti domi Si Valerii, ac etiam cujusd. donationis inter vivos per eumdem d. Aymaretum futuris comitibus in dict. comitatibus successoribus facte, nec non etiam ex visione et diligenti inspectione divers. transactionum super dict. comitatibus tam cum d. Karolo de Pictavia quam cum antedicto d. Ludovico Si Valerii domo, ejus filio, celebrata, precipue transactionis ultimo Grane facte inter d. Ludovicum de Pict.,

pro tunc comitem Valen. et Diensis et ipsorum comitatuum pocessorem ultimo vita functum, et dominum S[i] Valerii.., visis etiam et dilig. inspectis... habitisque... deliberacione et consilio..; nos... predicti cond. d. Ludovici comitis et ultimo deffuncti heres univers. in suo testamento institutus judexque... competens et legitimus.., per hanc nostram diffinitivam sententiam... pronunciamus... dict. comitatus Valentin. et Diensis et eorum terras et ad eos pertinentia... tam in imperio quam in regno, qui ad dict. testatores substituen. pertinuerunt... una cum postea per d. Aymarum Grossum et dict. d. Ludovicum... quesitis et adjunctis,.. ad d. Ludovicum S[i] Valerii dominum et agentem pertinere et spectare.., salvis tamen legitimis et rationabilibus expensis tam pro custodia castrorum et locorum quam alias.., mandantes et districte precipientes gubernatori nostro Dalphinatus nec non senescallo Bellicadri et Nemausi... Datum et actum Bituricis, in domo archiepiscopali quam inhabitamus de presenti, nobis assistente consilio nostro, die i[a] mensis julii anno Domini M°CCCC°XXII° ; per dom. regentem dalphinum in suo magno consilio, Le Piquart.

(*) Inséré dans l'acte du 18 juillet 1422 (ch. XCIX).

XCVIII. *3 juillet (1422).*

(LETTRE DU RÉGENT AUX HABITANTS DE MONTÉLIMAR)*.

A nos chiers et bons amiz le chastelen et habitans du Montelh Aymar et a chescun d'eux, le Regent le realme, dalphin de Vienois. Chiers et bons amis, nous avons donné en le cause dez contez et terres de Valentinois et Dioys, pendant par davant nouz entre nostre procureur, pour et au nom de noz come heretierz de feu nostre chier et amé cosin messire Loys de Poitiers, jadis conte dez dites contes, d'une part et nostre chier cosin messire Loys de Poitiers, conte de present d'iceulx contez et seigneur de Sant Valier, d'autre, sentence et ordenance pour le partie dudit nostre cosin de Sant Valier, si come plus a plein porres veoir pour nous autres letres patentes contenans nostra dite sentence et ausi l'execution d'icelle ; si vous prions et neantmoins par vertu du seremant que vous aves feit et presté es mains de messire Guillaume de Meulhon, come conservateur de l'apointement pris a Chabuelh entre lez gens du consoilh de nostre Dalphiné et le desus dit de Sant Valier apres le deces du dit feu nostre cosin, mandons et comandons que totez et quantes fois que vos seres

requis pour le partie du dit nostre cosin de Sant Valier ou par le dit conservateur, vous bayllies et deslivres incontinant et sant delay et sen opposition et contradit ou autre enpachement quelcunque a ysseluy nostre cosin de Sant Valier ou a son procureur par luy le chastel et ville du Montelh Aymar, et a nostre dit cosin respondez et obeisses quant a ce come a vray conte et seigneur des dites contez et terres de Valentinois et Diois, et en ce ne faites alcune difficulté ou contradit, si chier come vous nous desiries feire pleisir et service, et que par vostre honeur et descharge aves a tenir et aconplir le serement que en ceste matiere promis et jure vous aves. Nostre Seigneur soit garde de vous. Script a Borges, le tiers jorn du mois de julhet. CHARLES. Piquart.

(*) Inséré dans l'acte du 18 juillet 1422 (ch. suiv.)

XCIX. *18 juillet 1422.*

INSTRUMENTUM RATIFFICATIONIS LIBERTATUM FACTE PER DOMINUM SANCTI VALLERII*.

IN NOMINE Domini, amen. Anno Incarnat... M°CCCC°XXII° et die XVIIIª mensis julii,.. Martini pape Vⁱ an. v°.., cum mortuo bo. me. cond. d. Ludovico de Pictavia, comite Valentin. et Diensis, orta questionis materia inter serᵐᵘᵐ principem dom. Karolum, d. regis Francorum filium, regnum regentem et dalphinum Viennensem, ducem Biturricen., Turonen. et comitem Pictavien., heredem univers. institutum dicti d. comitis deffuncti,.. et magnif. et pot. virum dom. nostrum Ludovicum de Pictavia, dominum Sancti Valerii, pretendentem se debere succedere post mortem dicti d. comitis deffuncti in comitatibus antedict., et convenissent... stare omnimode cognitioni... dicti d. dalphini... et sui consilii, et donec... sentenciam... protulisset... ordinassent conservatorem dict. comitatuum, vid. magn. et pot. virum d. Guillelmum de Medulione militem, dominum Vallis Barre[ti], senescallum Bellicadri et Nemausi; hinc est quod die supra intitulata venit in loco Montilii Ademarii, Valen. dioc., cujus loci certa pars spectat et pertinet ad comitatus antedict., d. Guillelmus conservator, et evocatis coram se in claustro Fratrum Minorum dicti loci nobᵇᵘˢ et disc. viris Pontio Cheylarii et Anthonio Juliani, consulibus, rectoribus et custodibus dicti loci Mont. [et] una cum eis eorum consiliariis et pluribus hominibus et personis notabilibus dicti loci, in presencia revᵈⁱ in X° pat. et dom. d. Johannis Dei

gra. episcopi et comitis Valentin. et Diensis, ac etiam d. Ludovici domi Si Valerii.., ipse... habuit explicare, exponere et signifficare quod... d. dalphinus non est dyu suam pro[tulit] sententiam in causa supradicta... patentibus literis in pergameno scriptis et sigillo magno dicti d. dalph. sigillatis *(ch. XCVII, p. 250-1)*. Qua quid. lectura dict. literarum... facta, idem ... conservator et comissarius precepit... consulibus et rectoribus... et ceteris hominibus dicti loci, partis dicti d. comitis Valen. et Dien. ut eidem spect. dom. d. Ludovico de Pictavia, domino Sancti Valerii et comiti dict. comitatuum.., juxta tenorem dict. literarum... obedientiam prestent ipsumque pro d. comite et vero eorum domino de cetero tenere habeant.., hostendens ulterius... alias clausas literas dicti d. dalphini.., ejus parvo sigillo sigillatas *(ch. XCVIII, p. 251-2)*. Et dicti... consules et rectores... cum aliis plur. hominibus, audito tenore dicte sententie et literarum claus... habitoque consilio super eisdem, responderunt... quod pars loci Mont. Adem. ad d. comitem Valen. et Dien. pertinens fuit, hujdi lite pendente, apposita ad manum dom. nostri pape, domini superioris dicti loci, per rev. in X. pat. et dom. d. Franciscum, miser. div. archiepiscopum Narbonensis, d. n. pape camerarium et vicarium in temporalibus civitatis Avinionis et comitatus Venayssini, seu d. thesaurarium Venayssini, ejus in hac parte comissarium depputatum, quapropter nisi primitus esset amota manus papalis et haberent licentiam a dicto d. camerario, non auderent prout nec debent obedienciam dicto d. comiti prestare..; et incontinenti idem d. conservator requisivit... d. episcopum et comitem Valentin. et Diensis, rectorem comitatus Venayssini superiorem, ut manum papalem velit et dignetur removere et licentiam... prestare, et dict... d. episcopus et comes.., audita hujdi requisicione, dixit quod d. camerarius sibi misit per venlem et circumsp. virum d. Anthonium Virronis, legum doctorem Avinionis, quasd. literas credulencie quas ibidem hostendit..: « Reverendo in Xpo patri et domo d. Johanni, Dei gra. Valen. et Diensis episcopo et comiti comitatusque Venayssini pro domo nostro rectori. Revde pater et domine, recepi cum gaudio literas vestras et copiam sententie pro d. fratre vestro late, que utinam jam esset plene execucioni demandata! sicut et scio erit, dante Deo, mediante vestra diligencia bona, cum ut teneo bonos executores habeatis, qui sicut et justum est mandatum de et super hoc eis factum realiter exequentur; propter hoc non apparet michi quod in aliquo indigeatis literis meis pro premissa executione fienda, prout plenius dixi d. Anthonio Virronis, harum portitori : nulla enim villa seu castrum tocius comita-

tus per aliquem officiarium d. n. pape vel sub ejus manu tenetur, quod sciam. Altissimus vos conservet feliciter. Scriptum Avinioni, die XIII julii. F. archiepiscopus Narbon., dom[i] pape camerarius, vicarius etc. »... Et incontinenti dicti consules requisierunt quod dict. d. Anthonius publice coram eis suam credulenciam super hiis denunciet; qui... publice dixit quod pridie dum venit de Avinione ad partes Valentinen. ipse... ivit dictum dicto d. camerario si volebat aliquid mandare ad partes superiores; qui d. camerarius sibi tradidit literas credulentie supradict. et sibi dixit quod diceret dicto d. episcopo Valentin. et rectori comitatus Venayssini, quod ipse nesciebat nec intendebat quod manus papalis esset apposita in aliquo loco dicte terre et comitatus Valen. et Dien., et si que reperiretur esse apposita quod ipse d. rector tamquam superior tolleret et amoveret. Qua credulencia audita.., idem d. comissarius requisivit d. rectorem..; qui... manum papalem si que apposita esset in dicto loco Mont. tollit et amovit, jure d. n. pape salvo, licentiam inpertiendo dict. consulibus et ceteris hominibus partis dicti loci dicti d. comitis... de prestando obedienciam... Qua quid. amotione manus facta... et licentia obtenta,.. consules... se obtulerunt requisita et precepta... adimplere.., dum tamen ipse d. comes laudet, aprobet, ratifficet et confirmet ipsi universitati Montilii libertates et franchesias et inmunitates ac institucionem sive creationem consulatus dicti loci... per dd. predecessores... datas et concessas et per bo.me. d. Ludovicum de Pictavia... ultimo deffunctum confirmatas; qui quid. spectab. d. Ludovicus de Pict., dom. S[i] Valerii et comes Valen. et Diensis, hoc se facturum gratis et sponte ipsis consulibus presentavit et promisit. Qui quid. consules et rectores, nomine omnium hominum dicti d. comitis dicti loci Mont. dumtaxat, gratis et sponte hobedientiam humiliter ut convenit eidem... tamquam vero comiti et eorum domino prestiterunt et pro vero domino habuerunt et habere voluerunt, humiliter suplicando quatinus eorum libertates... ratifficet..; qui quid. d. Ludovicus... ipsas franchesias, libertates et inmunitates per suos predecessores... concessas... et que fuerunt per suum predecessorem ratifficate, confirmate et concesse, ratifficavit, emologavit et confirmavit.., ipsasque actendere et observare per se et suos heredes et successores, et per suos officiarios... facere observari et jurari... juravit, cum omni juris et facti renunciacione... Acta fuerunt hec Montilii, in claustro Fratrum Minorum dicti loci, testibus present. nob[bus] et pot[bus] viris dd. Giraudo Basteti, domino de Crusoliis, Hunberto de Bellomonte, domino Pelafolli, militibus, nob[bus] Petro de Sanhis, Anthonio Moreti, Antho-

nio de Urro, Bertrando Aloysii, Girando Bolanhie, condomino Alansonis, d. Jaucerando Silvi, mag. Petro Bernardi, notario Valencie, d. Durono Dumans, curato Montilii, et pluribus aliis; et me Petro Branthonis, notario habitat. dicti loci Mont. auct. imp. pub.

(*) Original parch. de 121 lig., coté let. Et : Bina instrumenta...

C. *7 août 1422.*

(EXECUTIO SENTENTIÆ PRO HUGONE ADEMARII DOMINO)*.

IN NOMINE Domini, amen... Cum lis, questio et debatum dudum forent inter magnif. et pot. dom. d. Ludovicum de Pictavia, cond. Valentin. et Diensis comitem, ex una et magn. virum d. Hugonem Ademarii militem, cond. Montilii et Garde dominum, occasione et ex causa partis quam habebat et habere solebat ac visus erat.. in loco ipso Montilii Ademarii, partibus ex altera, de et super quibusd. debatis, litibus et questionibus fuerit per dict. partes in fel. rec. dom. nos. Clementem papam VII^m compromissum, et deinde per eumdem d. n. papam... pars ipsa dicti loci Mont. prenom. d. cond. Hugoni Adem. petenti sentencialiter fuerit adjudicata tradendaque, reddenda, restituenda et assignanda, una cum fructibus inde perceptis, prout in literis apostolicis.., sub data Avinionis II° kalend. marcii, pontificatus dicti d. n. pape an. III°, latius continetur; quam quid. partem preffat. cond. d. Ludovicus comes eidem d. Hugoni Ademarii nec(non) post eum nob. et egr. viro Ludovico Ademarii, domino Montilii et Garde, ejus filio et heredi univers., juxta dicte sententie et ordinationis tenorem reddere, restituere, assignare et expedire, licet de et super hoc sepe et sepius fuerit debite requisitus, numquam voluit sed eam semper usque ad mortem suam inclusive tenuit et occupavit. Hinc siquid. fuit et est quod anno a Nativit. ejusd. Dom^i M^oCCCC^oXXII^o, indit. XV^a et die VII^a mensis augusti,.. Martini pape V^i an. V^o,.. prenom. d. Ludovicus Ademarii... eumd. d. Ludovicum comitem instanter petiit et requisivit quatinus sibi huj^di partem dicti loci Montilii, dicto cond. d. Hugoni patri suo... expediri ordinatam,.. nec non etiam partem suam castri et burgi Savassie, per dict. cond. d. Ludovicum comitem usque ad tempus sue mortis inclus. occupatas et detentas et nunc per dict. d. comitem pocessas, reddere, restituere, assignare et expedire dignaretur, offerens se... pro premissis et aliis pro quibus tenetur facere eid. d. comiti homagium litgium et fidelitatis sacramentum, prout... ejus predecessores facere consueverunt..;

qui quid. d. Ludovicus de Pictavia comes, certus et certifficatus.., nolens aliquid alienum indebite retinere vel occupare, supradict. partem Montilii... necnon partem castri, fortalicii et burgi de Savassia... eid. nob. Ludovico Ademarii.., in quantum potuit et debuit, reddit, restituit, assignavit et expedivit.., dans et concedens... auctoritatem realem et corporalem pocessionem... apprehendendi... Acta fuerunt hec apus Stellam, Valentin. diocesis, videl. in deambulatorio prope portam introitus logie magne domus seu fortalicii dicti d. comitis, presentibus ibidem egreg. viris dd. Hunberto de Bello Monte milite, domino Pelafolli et Bastide Rolandi, Anthonio Virronis, legum eximio proffessore, Giraudo Valloze, in legibus licenciato, relso viro d. Raymundo Bastonis, priore de Gigorcio, Diensis diocesis, ordinis Cluniascensis, nobbus viris mag. Petro Bernardi, procuratore Valentie, Philipo de Rodemont, Petro Masset, Petro Nicholay, habitatore Montilii, Petro Germani de Petralapta, Tricastrinen. dioc., Petro de Polengin, domicellis et pluribus aliis testibus..; et me Johanne de Engereyo, Tullen. dioc., publ. apost. et imper. auctbus notar... Ego vero Augerius Sobeyrani de Garda Ademarii, Tricastrin. dioc., auct. imp. not. pub.,.. dum... per me in lingua layca recitabantur...

(*) Inséré dans l'acte suivant.

CI. *15-16-29 septembre 1422.*

(Confirmatio libertatum per Ludovicum Adhemarii)*.

In nomine Domini, amen. Anno Incarnac... MoCCCCoXXIIo et die mercurii que fuit d. xvia mensis septembris,.. Martini pape Vi an. vo,.. cum nob. et pot. vir Ludovicus Adhemarii, dominus de Garda, inpetrasset cert. patentes literas (in pergameno scriptas)... tenoris subsequentis : « Ludovicus de Pictavia, comes Val[lentinen.] et Diensis, dil. et fideli nostro d. Hugoni Peyroli jurisperito, bayllivo et judici Montilii Ademarii, salutem. Cum nuper... domino Garde partem suam loci Montilii et etiam loci Savassie... reddiderimus, restituerimus et expedierimus, cum potestate plenaria pocessionem corporalem... recipiendi.., eapropter... vobis... comitendo mandamus quatinus dict. nob. Ludovicum dominum de Garda... in... pocessionem partium suarum... ponatis et inducatis.., percipiendo... Datum Stelle, die xva mens. septemb. anno Domi MoCCCCoXXIIo, sub nostro proprio sigillo et cum subscripsione manus nostre proprie. Loys de Poitiers » ; tradens ulterius et exhibens instrumentum... cujus tenor

talis est : « In *(ch. præced.)*... » ; et idem d. Hugo Peyroli preceptum hujdi et comissa sibi... deduxisset execucioni, ponendo ipsum dominum de Garda in realem et corporalem pocessionem partis sue dict. locorum per traditionem unius instrumenti quod in suis manibus tenebat, et precipisset consulibus et hominibus suis, si qui forent de parte sua loci Montilii, ut eidem... obedienciam prestarent... Hinc est quod... nob. Poncius Cheylarii et discr. vir Anthonius Juliani, consules et rectores comunes dicti loci Mont., requisierunt instanter supradict. nob. Ludovicum, dominum de Garda et Montilii, quatinus velit et dignetur, antequam homacgium ac fidelitatis juramentum sibi prestetur, ratifficare, approbare, emologare et de novo dare omnes univ. et sing. libertates et inmunitates olim datas et concessas hominibus suis dicti loci et universitati per olim dominos de Garda et Montilii predesessores suos.., quoniam secundum tenorem libertatum dicti loci..; et dict. nob. Ludovicus Ademarii, dominus Garde et Montilii, volens hominibus suis et universitati ad eo que facere tenetur complascere et vestigia predecessorum suorum sequi,.. omnes univ. et sing. franchesias, libertates, inmunitates... eisdem consulibus nomine hominum suorum ac universitati... emologavit, ratifficavit, gratifficavit, confirmavit et donavit de novo, ipsasque... non infringere... sed eas... actendere, tenere, servare inviolabiliter et adimplere... promisit... et... juravit, promitens... ipsas... facere actendi, observari et juramentum observationis prestari per officiarios suos... Acta fuerunt hec Montilii, in platea publica dicti loci, testibus present. nob. et pot. viro d. Hunberto de Bellomonte milite, domino Pelafolli et bastide Rolandi, nob. Johanne Ronchelini, capitaneo Narbone, nob. Arnaudo Audoardi de Marsane, dd. Durono Dumans curato, Pontio Reynaudi, prebiteris Montilii, Armandeto Perroti, Stephano de Marsana, Jacobo de Ayguafnechio, mercatoribus dicti loci, et pluribus aliis ; et me Petro Branchonis notar. Postque anno premisso et die penult. mens. septemb., ad quam diem evocati erant homines dicti loci Montilii, partis dicti domini de Garda, in domo sive hostaleria Servi, in quo erant nobiles Rostagnus de Pratocomitali, Alzeatius de Pratocomitali, Gaspardus Alamandi, Bertrandus Ginberge, Johannes Bonerii, Guillelmus Grangerii, Maronus Celumbeatoris, Guigo Dutis, Poncetus Renerii, Reynaudus de Capella, Odinus Moterii et plures alii, et idem magnif. Ludovicus Ademarii, dominus de Garda, requireret dict. homines suos et alios plures ibidem presentes de recognoscendo et prestando sibi homagium et fidelitatis juramentum prout tenentur, et dicti homines dicerent habere plures libertates, franchesias et inmunitates olim sibi conces-

sas per predecessores suos dominos de Garda et Montilii tam in generali quam in particulari ; hinc est quod supranom... dominus de Garda et Montilii,.. ad requisitionem dict. hominum et... nob. et discr. virorum Poncii Chaylarii et Anthonii Juliani, consulum Montilii,.. omnes... libertates, franch. et inmunit... ratifficavit, *etc.* Acta fuerunt hec Montilii, in dicta hostaleria Servi, testibus present. nob. Petro Nicholay, mag. Jarentono Grasse, notar., Petro Bernardi, apothecario et pluribus aliis dicti loci ; et me Petro Branchonis, notario dicti loci habit. auct. imp. pub...

(*) Origin. parch. de 102 lig., sans cote (réuni au précéd.)

CII*. *11 janvier 1425.*

In nomine Domini, amen. Noverint... quod anno Domin. Incarnac. M°CCCC°XXIIII° et die xi^{a} mens. januarii,.. Martini pape V^{i} an. viii°, existentibus et ad invicem congregatis... provid. viris Guillelmo Ferrenchii et Stephano Baubi, consulibus universitatis Montilii Adhem., dioc. Valen., una cum nob^{bus} Francisco Burgensi, Rostagno de Pratocomitali, Stephano de Marsana, Michaleto Arnaudi, Jacobo d'Eygalmechio et Guillelmo Bovini, consiliariis eorumdem, qui quid. consules dict. eorum consiliariis exposuerunt quod universitas present. loci Mont. multum indiget lapidibus pro fortificatione dicte universitatis, ideo pecierunt eidem universitati provideri de aliqua peyreria aut alio loco ubi accipere possint lapides pro murando et fortificando dict. universitatem ; quocirca visa et inspecta utilitate et comodo.., providerunt et coram eis evocari fecerunt Gonetum Alardi, ejusd. loci Mont., qui dicitur habere unam bonam peyreriam scitam in mandamento Savassie, loco dicto a Cossia ; qui quid. consules tractaverunt cum dicto Goneto dicte universitati vendendi lapides in dicta sua peyreria existentes et eid. univ^{ti} necessarios perpetuis temporibus. Quibus ita peractis,.. prefat. Gonetus Alardi... vendidit... consulibus dicti loci Mont... ad opus universitatis... licenciamque et auctoritatem.. dedit et actribuit... capiendi et accipiendi... de lapidibus.. sue... peyrerie... pro edificatione, fortificacione et constructione murorum meniorumque et negociorum universitatis dicti loci, precio.. sex floren. et ii grossor. monete papalis, quod.. recepisse confessus fuit.., cedens perpetuo... Acta fuerunt hec Montilii, in domo suprad. Steph^{i} Baubi, testibus present. Petro Novelli barbitunsore et Guillelmo Reynaudi, dicti loci Mont...

(*) Original parch. de 81 lig., coté n° 184; au dos: *Pro universitate Montilii, [de quad. peyreria] empta a Goneto Alardi.*

CIII. *8 février 1424-5.*

(DONATIO LUDOVICI ADHEMARII GONONO FILIO SUO)*.

IN NOMINE Domini, amen. Anno Incarnationis ejusdem M° quadringent° vicesimo quarto et die octava mensis februarii, pontifficatus SS^mi in Xpo patris et dom^i nostri Martini permis. div. pape V^i an. VII°, existens et personaliter constitutus... magnifficus et potens vir Ludovicus Adhemarii, dominus Garde et loci Montilii Adhemarii, recolens se a nobili Gonono Adhemarii, domino de Viridibus, ejus filio quam plurima laudabilia et innumerabilia servicia, amores, honores et curialitates recepisse et dietim recipere copiosius non cessat neque desinit, volens ideo sibi de premissis aliqualem retributionem facere et alias ad dict. nobilem Gononum juvandum et supportandum de sumptuositatibus et expensis quas dietim facit et sustinet se gratiose habere, idcirco dict. magnifficus..., non vi nec dolo malo... inductus.., sed... spontanea voluntate, ut dicebat, per se et suos heredes et in posterum successores, dedit et donavit et ejusdem donationis titulo cessit, concessit, gripuit, quitavit et remisit donatione... irrevocabili et sollempni que dicitur inter vivos... dicto nob. Gonono ejus filio.., videl. omne jus omnemque actionem... et aliud quodcq. interesse petitionemque et demandam, quem, quam et quod habet... adversus et contra consules universitatemque.. dicti loci Montilii, vid. de, pro et super et ad causam petre et lapidum ac aliarum materiarum per dict. universitatem seu per condam consules et singulares personas ejusdem in fortalicio suo vocato *de monssieur Gauchier* in loco presenti scituato, olim derupto per condam dom. comictem Valentinen. et Dyensem dismolutoque et destructo captorum, et tam in meniis et vintenis dicti loci Montilii quam aliis muris singularium personarum ejusdem loci conversorum et eorum audacia presumptiva, ipso domino inscio et dum scivit invito, expositorum;... dans et concedens... auctoritatem, licenciam et mandatum... possessionem corporalem predictorum... apprehendendi et adipiscendi.., et.. juravit.. super Dei Evangeliis SS. per ipsum manu sua dextra... tactis.., supposuit, submisit et obligavit se et omnia bona sua viribus et vigoribus sigillorum et curiarum dominorum Montilii Adhemarii, Criste Arnaudi, Valentie, Cabeoli, Ville-

nove de Berco, Carpentorate camereque appostolice domi n. pape ejusque auditoris, vice auditoris..; et renunciavit... juri dicenti donationem sive cessionem excedentem summam D aureorum vel solid. non valere si sine presidis vel judicis insinuatione fuerit facta jurique dicenti donationem factam de patre ad filium in ejus potestatem constitutum non valere... De quibus... Acta fuerunt hec Montilii, videl. in aula de retro hostaleriam Falconis, testibus presentibus nob^bus viris Ynardo Adhemarii, domino de Raco, ven^bus viris dd. Giraudo de Vallosis, utriusque juris bacalario, Anthonio de Spina monacho, priore de Condorcesio, Petro Nycholay, dicti magniffici bayllivo; et me Guillelmo de Fabatera clerico, auctor. imper. notario publ... †

(*) Original parch. de 79 lignes, coté n° 104.

CIV. *24 décembre 1425.*

De concessione eligendi consules facta universitati Montilii per dom. Ludovicum Adhemarii*.

In nomine Domini, amen. Noverint... quod, cum olim per comissarios tam per dominum nostrum papam, dominum pro medietate loci Montilii Adhemarii, quam bo. me. spect. et pot. viri dom. comitis Valentinen. et Diensis ultimo deffuncti, tunc aliam medietatem dicti loci tenentis et possidentis, in et circa consulatum jamdicti loci, qui secundum libertates ejusdem erat perpetuus, fecerint et egerint certas ordinaciones, statuta in instrumento super hoc confecto contenta et specificata, videl. inter cetera quod singulis annis eligeretur unus probus et legalis homo dicti loci partis d. n. pape et alius probus pro alia parte dicti d. comitis.., et sex consiliarii de hominibus notabilioribus ejusdem loci, quorum medietas eorumdem esset de juridictione unius ex ipsis dominis et alia de juridictione alterius, aut quod eligerentur comunes et de hominibus comunibus ejusdem loci *(ch. LXXVII)*; verum cum ex post dom. comes modernus, alio prenomin. d. comite vita functo, nob. et pot. viro Ludovico Adhemarii, Garde et in parte jamdicti loci Montilii domino, quartam partem ejusdem loci cum omnimoda juridictione alta et bassa meroque mixto imperio, una cum pedagiis, vetigalibus, serviciis et servitutibus quibuscq. ac hominibus, que et quas olim predecessores dicti nobilis Ludovici habebant, tenebant et possidebant in dicto loco

Mont. restituerit et in possessionem realem et corporalem premissorum reintegraverit, sic quod ipsi d. comiti moderno non restavit neque restat nisi dumtaxat quarta pars dicti loci Montilii, et per consequens ordinata et statuta per supradict. comissarios.. minime dict. nob. Ludovicum ligari potuisse, sic quod opporteret de presenti quod sicut sunt tres domini, quilibet habens juridictictionem omnimodam in sua parte dicti loci, quod eligerentur singulis annis tres consules, scil. unus de qualibet juridictione aut quatuor, videl. duo pro parte d. n. pape cum habeat medietatem in eodem loco et unus pro qualibet parte dict. dd. comitis et Ludovici, et sex consiliarii prenominati ad iddem, vel eligerentur de hominibus comunibus dominorum ejusdem loci, quod esset dicte universitati multum onerosum sive odiosum, actenta paucitate gencium que non bene reperiuntur habiles sive ydonei pro regimine ipsius universitatis excercendo : ob quod fuerit pro parte Stephani Balbi et Guillelmi Ferrenchii, pro anno presenti consulum dicti loci Montilii, pro parte ipsorum et eorum universitatis ac consulatus magnif. et pot. viro Ludovico Adhem., dicti loci in parte et Garde domino, supplicatum, postulatum et requisitum quod ipsi consules et sui inposterum consulatus successores possint et valeant eligere et deputare unum ex hominibus partis tam dicti d. comitis quam sue seu de illa parte ipsorum comitis et Garde unum hominem ydoneum et sufficientem in consulem eligere et deputare, prout eisdem videbitur fore fiendum, quod sit consul pro parte ipsius magnifici sicuti et dicti d. comitis, et adjuncto cum alio consule qui erit et deputabitur pro parte dicti d. n. pape, ad eo ne divisio ipsius universitatis fiat et indempnitatibus ac inconvenientibus que premissorum occasione infuturum occurrere potuerint obvietur, suum excellens dominium ejusdem magnifici in premissis quatenus opus est et necesse humiliter inplorando ; cum tamen et sub protestacione sequenti sollempniter facta et per dict. magnificum admissa, quod ipsi consules supplicantes pretextu huj[di] supplicacionis non intendunt in quocumque infringere neque prejudicium generare libertatibus, privilegiis et inmunitatibus per dominos condam dicti loci eorum predecessoribus datis et collatis... Et dict. magnificus, audita et intellecta supplicacione sive postulatione... tenoreque ejusdem una cum suo consilio perpensa et avisata indeque informatione summaria... recepta.., cum sit de consuetudine et semper fuit usitatum de eligendo dumtaxat duos consules et non plus, ad majores expensas et sumptuositates ipsi universitati evitandas et parcendas..; habens atque cordigerens ipsi universitati et suis consulibus et singularibus

plebeis ejusdem singularem affectionem et dilectionem pretextu nonnullorum serviciorum per eamdem universitatem et singulares personas ejusdem retroactis temporibus sibi inpensorum et que de die in diem inpendere non cessant, ut dixit, et eciam volens suos subditos ejusdem loci esse de comunione ac societate aliorum plebeorum dicti loci et ipsos suos subditos de bono in melius cum eorum universitate pacifice tenere et servare. Hinc siquidem fuit et est quod anno Domini M°CCCC°XXV° et die xxiii^{a} mensis decembris, Martini pape V^{i} an. ix°,.. prelibatus magnif. et pot. vir Ludovicus Adhemarii, Garde et Montilii dominus, gratis et ex ejus certa sciencia et spontanea voluntate, per se et suos heredes et inposterum successores, voluit et expresse concessit ac licenciam et libertatem dedit contulitque et donavit dict. Steph° Balbi et Guillelmo Ferrenchi, consulibus present. et suis.. successoribus, ac universitati dicti loci et singularibus personis ejusdem, auctoritatem et mandatum speciale ac plenariam et omnimodam potestatem de abinde perpetuo et in perhempnis temporibus de eligendo, deputando ac creando unum consulem, videl. de hominibus dicti d. comitis pro uno anno et pro alio anno inde sequenti de hominibus ipsius magnifici quando non eligerentur duo comunes, sic et prout eis videbitur fore fiendum; qui consul tam de hominibus suis quam dicti d. comitis deputandus et eligendus sit et esse debeat consul et rector plenarius partis suorum hominum et dicti d. comitis et econtra, videl. illius anni quo electus fuerit consul, et circa regimen ipsius universitatis se habere sic et quemadmodum continetur et fuit ordinatum in jamdicto instrumento innovacionis consulatus et per dict. dd. comissarios... fuit arrestatum et ordinatum : que omnia... idem dominus de Garda, in quantum ipsum et suos homines tangit ac tangere poterit infuturum, ratificavit, emologavit pariter et confirmavit, et ea omnia tenere et de puncto in punctum observare promisit et convenit...; promictens... et juravit tactis suis manibus SS. Scripturis, cum et sub omni juris et facti renunciatione ad hec necessaria pariter et cauthela. De quibus... Acta fuerunt hec Montilii, in albergaria Canpane, testibus presentibus ven^{li} et circumsp. viro. d. Giraudo de Vallosiis, in legibus licenciato, nob^{bus} Petro Nicholay, Rostagno de Pratocomitali, Stephano de Marsana, Jacobo d'Eygaluechio et Symoneto Chalonis, dicti loci Montilii...

Et me Petro Gronhi, clerico de Sauzeto, habitatore Montilii Adhem. dioc. Valen., publ. auct. imp. notario, qui una cum mag. Guillelmo de Fabrica, notario publ. habit. Montilii...

(*) Original parch. de 89 lig , coté n° 130. Recueil B (n° 53).

CV. *24 juillet 1426.*

(Commission pour prise de possession du Valentinois)*.

Charles, par la grace de Dieu roy de France, dauphin de Viennois, comte du Valentinois et du Diois, à tous ceux qui ces présentes lettres veront, salut. Comme certain traité et accord ait été fait et passé entre nous et notre cher et feal cousin l'éveque de Valence, tant en son nom (que) comme procureur et au nom de notre cher et feal cousin Louis de Poitiers, chevalier, seigneur de Saint Valier, son frère, sur le transport a nous fait par led. de Valence es noms que dessus de tous les droits que led. de St Vallier et lui pouvaient avoir esd. comtés de Valentinois et Diois, par lequel transport notred. cousin de Valence esd. noms nous a baillé, ceddé et transporté tous les droits que sond. frère de St Vallier et lui ont ou peuvent avoir esd. comtés de Valentinois et du Diois et les places d'icelles comtés qu'il tient a présent et autres qu'il a tenues, baillées et délaissées en quelque manière que ce soit, depuis le trépassement d'un dernier feu comte, lesquelles il a promis nous ballier ou a nos gens sur ce par nous commis et députés ; et parmi ce nous lui avons baillé, cédé et transporté la somme de 5000 florins de rente ou revenus annuels et perpétuels, a conter 15 sols tournois par florin, a asseoir ainsi que s'ensuit : c'est a sçavoir 1650 fl. 11 gros et 4 quints de gr. en notre pays de Dauphiné, en et sur les chateaux, chatelenies et mandements de Val et Chevrieres au bailliage de Viennois et de Valentinois en notre partie ou veyne, ensemble le peage de Gapençois dit Destrez assis en la jugerie et bailliage de notre comté dud. Gapençois, avec toute la justice haute, moyenne et basse, rentes, revenus, profits et emoluments a iceux chateaux, lieuxs et peages appartenants ; et outre lui avons baillé les lieux, villes et chateaux d'Aramont et de Vallabregue, assis en notre pays de Vallabregue, pour la somme de 483 fl. 4 gros et demi, et sur les greniers a sel desd. pays lui avons assigné 1265 fl. 7 gr. et 3 quarts ; et en tant que touche 1600 fl. restants de la somme de 5000 fl. lui avons promis et balliés et assignés le plus brief que bonnement pouront icelle somme de 1600 fl., et jusqu'a ce qu'icelle somme lui soit assignée lui avons laissé en gage et surетté de lad. somme en l'Empire les chateaux et ville d'Estelle avec le péage appellé Parpallon, ensemble le reachapt de la Vache sans estimation, et de la partie du Royaume Privas, Tournon et St Vincent, et outre ce en lad. partie de l'Empire le chastel et baronnie de Clerieu qu'il tient en lieu de Chalancon, incontinent

qu'il aura la possession dud. Chalancon qu'il dit lui appartenir accause de son partage : comme tout se peut clairement apparoir par la teneur dud. traité et instrument sur ce fait et passé. Nous désirant l'accomplissement et perfection desd. traités et transport, confiant a plein des sens, loyauté et diligence de nos amés et feaux le gouverneur de notred. Dauphiné ou lieutenant, Jean Girard, maître des requettes de notre hotel, Guilhaume de Meulhon, notre senechal de Beaucaire, Pierre de Thoulon chevalier, président, Jean de la Barre, trésorier de notred. Dauphiné, Louis Portier, docteur en loix, M[e] Jean de Marueil, auditeur des comptes, et M[e] Jean Dury, prevost de l'église de S[t] Andrieu de Grenoble, notre conseiller en notre pays du Dauphiné, iceux avons ordonné et commis... et leur avons donné... plein pouvoir, authorité et mandement... pour faire l'assiete des choses dessus dites, de ballier et délivrer par nous aud. de S[t] Vallier... la possession et saisine desd. choses par nous a lui transportées, *etc.* ; de prendre et recevoir pour et au nom de nous la possession et délivrance des villes et chateaux et places, autres lieux et revenus que tient notred. cousin de S[t] Vallier, c'est a sçavoir la ville et chateau de Crest, Chateaudouble, Pontaix et Quint, Sauzet, Marsanne, Auriple, Rochefort, Laine et Savasse, *etc.* Donné à Mehun sur Yevre, le 24[e] jour de juillet, l'an de grace 1426 et de notre regne le quart. Par le roy dauphin en son conseil, où la reine de Sicile, les comtes de Foix et de Vendome, vous l'archevêque de Toulouse, le maréchal de la Fayette et plusieurs autres étaient. Le Picart.

(*) Inséré dans l'acte du 22 mars 1427 (ch. CVIII).

CVI*. *19 mars 1427.*

Lois de Poitier, seigneur de Saint Vallier, a nos tres chers et bien amés les consuls et conseillers et autres bons hommes de Monteils, je me reccommande a vous. Vueilles sçavoir que par le traité fait entre le roi notre sire et monseigneur le dauphin et nous, sur les transports des comtés et terres de Valentinois et Diois, nous avons transporté aud. mgr le dauphin le chastel de Narbonne du lieu de Monteil de susd. ains sa partie dud. lieu, partenances et dependances dud. chastel de Narbonne, et mhr le gouverneur se soit transporté aud. lieu de Monteil pour recevoir au nom de mond. sgr le dauphin la possession dud. chastel et ville et partenances d'icelle.., vous mandons et commandons... que aud. mhr le gouverneur ou autres commis et députés

vallies, incontinent vues ces présentes, au nom de mond. shr le dauphin donner et pretter obediance et faire homage et sermens de fidélité et toutes autres choses que a dreturier senheur par hommes et ses sugiets se doivent faire, et ainsin qu'en fîtes a nous quand primes la possession dud. lieu du Monteil et chastel de Narbonne.. ; nous... vous... quittons de tout hommage, serment et autres choses que pour ce vous nous eussies fait. Et par plainiere fermeté des choses dessus dites, je me suis subscript a ces presentes de ma propre main et scellées de mon propre scel. Donné et scrit à Valence, le dis et neufvième jour de mars, l'an de grace mil IIII^{c} et 26. Lois de Poitier.

(*) Inséré dans l'acte du 22 suiv. (ch. suiv.)

CVII.* *22 mars 1427.*

In nomine Domini, amen. Noverint.. quod anno Incarnat. ejusd. Dom. M^{o}CCCC^{o}XXVI° et die XXII^{a} mensis martii, ser^{mo} principe domino nostro dom. Carolo, Dei gra. Francorum rege ac delphino Viennensi, comite Valentinen. et Diensi, regnante, cum ita sit quod magn. et pot. vir d. Matheus de Fuxo, Convenarum comes, gubernator Delphinatus et comitatuum Valentin. et Diensis, venerit in loco Montilii Adhemarii, una secum ven^{li} viro d. Ludovico Porterii, doctore, necnon mag. Joanne de Marolis et nob. Joanne de Barra ac certis aliis dominis ven^{lis} consilii Gratianopolis, pro accipiendo possessionem realem castri et fortalitii Narbonæ dicti loci Montilii, una cum jurisdictione et aliis pertinentiis et dependentiis dicti castri, pro et nom^{e} dicti dom. nos. regis delphini et comitis Valentin. et Diensis, sicque ita quod adepta possessione per eundem.., idem d. gubernator præceperit discr. viris Nicolao Fornay et Joanni Mirabelli, consulibus et rectoribus dicti loci Montilii, quatenus eidem d. gubernatori, pro et nom^{e} dicti dom. nos. delphini et comitis, dare et prestare velint obedientiam et sacramentum fidelitatis...; verum dicti consules et eorum consiliarii, iis auditis, tanquam veri et fideles obedientes prompti et parati se obtulerunt, in quantum tangit partem comitalem,... habita prius deschargia quittanciaque et desoneratione sacramenti fidelitatis et homagii... factorum magn. et pot. viro d. Ludovico de Pictavia, domino Sancti Valerii, in adeptione dict. comitatuum Valentin. et Diensis... Hinc est quod... nob. vir Joannes Ronchelini, scutifer præfati d. Ludovici de Pict.., eisdem consulibus tradidit et præsentavit quasd. patentes litteras in papiro descriptas... ac sigillo..

in earum pede cera rubea affixo sigillatas *(ch. præced.)*. Quibus quid. litteris per dict. consules et consiliarios cum honore et reverentia quibus decet receptis auditoque tenore earumdem.., parati se obtulerunt... facere et complere.. contenta... Acta fuerunt hæc Montilii, in hospitio albergariæ Cervi, in aula dicti hospicii, testibus præsent. nob^bus^ viris Antonio de Hosteduno, baillivo Valentinen. et Diensis, Joanne Genevesii, castellano Ponteysii, Guilhelmo de Vaesco, domino Espeluchiæ, discr. viris mag. Pauleto Ruffi, notario et baillivo papali dicti loci Montilii, Bertrando Raboti, Joanne Ruffi, notariis Cristæ Arnaudi, Ludovico Melionis, mercatore dicti loci Cristæ.., et me Michaele de Blacheria, not. pub. dicti loci Mont.

(*) Recueil B, nº 54, d'après l'origin. nº 226 (*Invent. de* 1662. fº 51).

CVIII. *22 mars 1427.*

(Confirmatio libertatum per dom. gubernatorem)*.

Matheus de Fuxio, Convenarum comes, gubernator Dalphinatus et comitatuum Valentinensis et Diensis, comissarius in hac parte per ser^mum^ principem dom. nostrum d. Carolum D. g. Francorum regem, dalphinum Viennensis, comitem Valentinen. et Diensis et dominum Montilii Adhemarii, una nobiscum viris hon^bus^ Joanne de Barra, thesaurario dalphinali, d. Ludovico Porterii, legum doctore, et mag. Joanne de Marolio, computorum dalphinalium auditoribus, consiliariis dalphinalibus specialiter deputatis,.. notum fieri volumus quod, accepta per nos... possessione reali castri Narbonæ et villæ Montilii Adhemarii, existentes in nostra præsentia, in dicto loco Montilii, dilecti nostri Nicolaus Fornay et Joannes Mirabelli, consules et rectores villæ et universitatis dicti loci.., ipsi... nobis exhibuerunt et præsentaverunt duo publ. instrumenta *(ch. LXXXVII et LXXVII)*, suplicantes humiliter et requirentes nobis... quatenus... ipsas franchesias, libertates et immunitates laudare, approbare, ratificare, confirmare... dignaremur.., una cum libertatibus generalibus patriæ Dalphinatus... Et nos gubernator, visis dict. libertatibus... et habita consilii matura deliberatione, dictæ supplicationi favorabiliter annuentes, actentis beneplacito et liberalitate præfati d. n. regis dalphini, domini dicti loci Mont., virtute potestatis nobis attributæ, dict. franchesias, libertates et immunitates... laudamus, approbamus et rattificamus.., promittentes (et) ad s^a^ Dei Evangelia jurantes dict. franchesias et libert. cum singulis capitulis earumdem ac etiam liberta-

tes generales Dalphinatus dict. hominibus et habitantibus Montilii manutenere, observare et custodire.. ac observari et manuteneri facere per quoscq. officiarios dicti loci.., mandantes propterea et precipientes... Tenor vero nostræ commissionis talis est *(ch. CV)*. Datum Montilii Adhemarii, die xxiiª mensis martii, anno Domini MºCCCCº XXVIIº a Nativit. sumpto. Per dom. gubernatorem, præsentibus Joanne de Barra, thesaus. dalphin., d. Ludovico Porterii, leg. doct., mag. Joanne de Marolio, comput. Dalphin. auditoribus, et mag. Mathæo Thomassini, procuratore generali dalphin. P. Guiffredi.

(* Recueil B, nº 56, d'après l'origin. nº 81 (*Invent.* de 1662, fº 24).

CIX*. *? mars 1427.*

In nomine Domini, amen. Noverint.. quod anno Incarn. Mº CCCCº XXVIº (....) mens. martii,... discr. vir mag. Bertrandus Raboti, notarius Cristæ Arnaudi, Diensis diœcesis, pro nunc notarius scribaniæ officii curiæ delphinalis loci Montilii, per eandem curiam hoc die præs. accepti virtute litterarum delphinalium, qui certus et certificatus ad plenum de franchesiis et libertatibus ac immunitatibus per dd. comites Valentinen. et Diensis... dudum hominibus dicti loci Mont. datis et concessis,... ipsas franchesias, libert. et immunit.., ad requisitionem discr. virorum Nicolay Fornay et Joannis Mirabelli, consulum et rectorum dicti loci,.. attendere et observare... bona fide sua promisit et.. juravit... Acta.. Montilii, in curia delphinali dicti loci, testibus præsent. Stephano Chardonis, Armando Davidis, macellariis, Petro Gronhi notario, Joanne Bellandi sabattario dicti loci.., et me Michaele de Blacheria notario.

(*) Recueil B, nº 55, « Extr. tiré du livre D des nottes de Mº Blacheria, fº 75, au pouvoir des héritiers de M. l'Empereur. »

CX. *23 décembre 1430.*

(QUICTACIO ET ARRESTUM PRO MURALHIA VILLETE).*

In nomine Domini, amen. Noverint... quod anno Incarnac. Mº CCCCºXXXº et die xxiiiª mens. decembris,.. Martini pape Vⁱ an. xiiiᵗᵒ,.. Johannes Mirabelli et Pontius Chartrosse, de Montilio Adhemarii, Valen. dioc.,.. confessi fuerunt... discr. viris Anthonio Pecolli et Johanni Meynaudi, consulibus et rectoribus modernis dicti

loci Mont. Adh.., se recepisse... quingentos et xxii floren. monete papalis nunc currentis.., vid. de emolumento imposicionis vini sive sochet predicto Joh. Mirabelli dicto anno ad inquantum publ. vendito et deliberato CCC et xiiii flor., item in emolumento farnacgii per manus Armandi Davidis et Johannis Jordani alias Galho, solventis pro Petro Roberti, quibus dict. emolumentum farn. dicto anno fuit ad inquantum venditum et deliberatum, VIII[xx] flor., item plus pro quad. cessione et insolutum dacione eidem Pon. Chart. per dict. consules die hodierna facta de xlviii flor. contra Arm. Davidis et Joh. Jordani al. Galho..; ex causa computi et arresti inter eosdem.. facti et calculati, vid. pro muralhia et costructione ac edifficacione per dictos J. et P. hoc anno lapso, durante tempore officii ipsorum consulum modern., facta et constructa pro dicta universitate et in menibus dicti loci, vid. de portali Villete usque ad marrellum vocatum Alberti de Fonte..; de quibus... Actum Montilii Adhem., in domo predicti Anth. Pecolli, testibus present. nob. viro Guillelmo de Vaesco, domino Speluchie, ven[li] viro d. Hugone Peyroli jurisperito, Johanne de Lugduno, habitat. dicti loci Mont., et me Benedicto Fabri, auct. imp. notar. pub...

(*) Origin. parch de 50 lig., coté n° 171 ; analyse lat. au dos.

CXI*. *24 avril 1432.*

In nomine Domini, amen. Anno Incarn. M°CCCC°XXXII° et die xxiiii[a] mens. aprilis, inter discr. Berengarium de Crudatio et Albertum Grasse, consules et rectores Montilii Ademarii.., et Poncium Chartrosse, quadrigarium ejusdem loci, fecerunt pacta que secuntur..: et primo quod dictus P. promisit, convenit.. dict. consulibus.. de adducendo seu adduci faciendo cum quadriga sua in portali Sancti Martini, ad causam recepti ibidem construendi, vid. CC quadratas lapidum de lapidibus peyrerie Savassie, hinc ad proximum festum s[i] Johannis Babtiste, et dicti consules sibi promiserunt et convenerunt dare pro qualibet quadrata iii gros.; que CC quadrate ascendunt l[a] flor., quos... solvere promiserunt... dum adduxerit.. C quadratas xxv flor. et inde adductis aliis C quadratis alios xxv fl... Acta... Montilii in tabulario mei not., testibus present. Petro Auris, Petro Roberti, dicti loci, et me Petro Branchonis, notario...

(*) Original parch. de 35 lig., coté n° 170.

CXII*. *(Circ. 1433).*

Excellencie ven[lis] consilii dalphinalis, pro parte consulum et rectorum ville Montillii Adhemarii, exponitur supplicando quod, cum ipsi consules indigeant magnis peccuniis pro fortifficacione meniorum ejusdem loci Mont. continuenda, que in multis partibus ejusdem minatur ruynam, quorum reparacio est multum neccessaria, actentis periculis guerrarum occurrencium diebus hodiernis, et ipsi consules convocata universitate hominum dicti loci super peccuniis habendis, unum subsidium fecerint et levari ordinaverint super carnes occidendas et vendendas in ipso loco, quod est tale : videl. quod carnes bovis et vache vendantur ad pondus, vid. libra vi denar., in quibus universitas recipiet i den.; item carnes mutonis et ovis similiter vendantur ad pondus, vid. libra mutonis viii den. et ovis vi den., et in qualibet libra universitas habeat i den.; item carnes porcorum et vitulorum similiter vendantur ad pondus, vid. libra viii den., et universitas super qualibet libra recipiet i den.; item carnes ircorum, caprarum et menonorum non vendentur ad pondus, sed super.. quolibet irco, menono et capra occidendo et vendendo xii den. per universitatem exhigantur ; item similiter carnes caprinorum et agnorum non ponderabuntur, sed de quolibet vi den. exhigantur ; item quod venditores et revenditores carnium salsarum in ipso loco solvant universitati pro libra i den. Actento premaxime quod in dicto loco sunt alia subsidia super pane et vino, et nulla alia reperiri potuerunt majus commune ad habendum peccunias quam super carnes, et erit universitati comodosum : primo, quia dict. emolumentum sive subsidium valebit anno quolibet CCC floren., de quibus magne reparaciones poterunt fieri cum aliis emolumentis ; in loco secundo, quia habebunt melius forum de carnibus, quia carnifices sive macellarii plus vendunt in tercia parte carnes quam faciunt in Crista, Valencie ac Romanis et habent melius forum animalium, et ita utitur de emolumento huj[di] in civitatibus et villis circonvicinis, vid. in Carpentoracte, Valencia, Crista, Romanis et aliis multis. Quapropter, cum ipsi consules supplicantes et alii homines, majorem et saniorem partem universitatis facientes, pro ipsa fortifficacione que tantum est neccessaria continuenda emolumentum sive indictum huj[di].. pro communi utilitate rei publice levari nominaverunt, supplicant humiliter dominacionibus vestris, quathinus dignetur consules et rectores... gaudere facere et permictere de emolumento s. subsidio huj[di], precipiendo

si placet dd. officiariis.. quathinus compelli faciant et procurent macellarios ac carnes vendentes et revendentes ad solvendum summas supra impositas ... pro... obviendo caristiis pretactis. Item supplicant quod, cum argenterii et aurifabri utantur eorum arte argenterie in loco absque exprobando et signando argentum et aurum operatum, ut fit in aliis bonis villis, dignantur vestre dominaciones nominari unum commissarium et hominem expertum ad exprobandum aurum et argentum ipsorum dum fuerit operatum ipsumque signandum si fuerit bonum et nisi fuerit reprobandum, inhibendo ipsis argenteriis ne argentum operatum parti tradent quousque... fuerit exprobatum et signatum... vestras benignas licteras super premissis opportunas eisdem supplicantibus si placet concedendo.

(*) Inséré dans une patente de « Rodulphus dominus de Gaucourt, consiliarius et cambellarius regius. gubernator Dalphinatus et comictatuum Valentinen. et Dyensis ». qui « relatu nobb. virorum Pauleti Ruffi, baillivi pro d. n. pape, et Petri Cappellen., pro d. n. dalphino vicebaillivi in dicto loco Mont.,» concède pour dix ans l'objet de la supplique, avec qq. modifications dans le mode de perception. « Dat. Romanis, d. ult. men. octob. an. Domi M°CCCC°XXXIII°. Per d. gubernatorem, ad relacionem consilii quo erant dd. Johannes Girardi, electus Ebredinensis, locuntenens, Stephanus Guillionis, presidens, legum doctor, Stephanus Durandi et Jo. de Barra, thesaurarius. J. Guiffredi ». Origin. vélin de 31 lig., coté n° 195; trace de sceau.

CXIII. *22 avril 1434.*

(Confirmation des libertés par le roi Charles VII)*.

Charles, par la grace de Dieu roy de France, dauphin de Viennois, comte de Valentinois et Diois, a tous ceux qui ces présentes lettres veront, salut. De la partie des hommes, manants et habitants de la ville de Montelimart, en notred. comté, nous a été exposé que, environ sept ans et au temp que notre tres cher et amé cousin le comte de Comminge, lors gouverneur de notre Dauphiné, et aucuns nos conseillers en notred. Dauphiné allèrent en lad. ville de Montélimart, pour d'icelle prendre la possession de par nous et la mettre en notre obeissance, nosd. cousin et conseillers, considerants les bons et graves services que nous firent lesd. exposants et autres, et aussy la bonne affection qu'ils démontrerent en ce faisants avoir envers nous, accorderent à iceux exposants qu'ils ne payeraient dela en avant aucuns nos peages ny autres nos acquits en notred, comté de Valentinois et Diois, pour eux a pied ny a cheval ny aussi

pour leurs chevaux et montures, et les en exempterent et affranchirent alors..; sçavoir faisons que nous, ayant regard et considération a ce que dit est et mêmement à la bonne obéissance en laquelle lesd. exposants se sont toujours maintenus et maintiennent envers nous, ayant aussy agreable l'accord que fait leur a été par nosd. cousin et conseillers, a iceux exposants avons octroyé et octroyons de grace spécialle par ces presentes que cy en avant ils ne payent aucuns de nos peages et acquits *comme ci-dessus..;* si donnons en mandement... a nos amés et feauxs les gouverneurs ou son lieutenant, gens de notre conseil et de nos comptes en notred. Dauphiné, au baillif de Montélimart et a tous nos autres justiciers... En temoins de ce nous avons fait mettre notre scel a ces presentes. Donné à Vienne, le 22ème jour d'avril, l'an de grace 1434 et de notre regne le 12e. Par le roy dauphin, l'esleu d'Embrun, le marechal de la Fayette, les seigneurs de Gaucourt et de la Borde et autres plusieurs presents. Bude, Contentor, Duban.

*) Ces lettres, ainsi que l'entérinement par le gouverneur Rodolphe de Gaucourt (« dat. Viennæ d. 28 men. april. an. D. 1434, ad relat. consilii quo erant dd. Jo. Girardi Ebredinen. electus, locumtenens, Ste. Guilliodis, præsidens, doctores, Ay. de Bleteriis, Ste. Durandi, licenciatus in leg., Lud. Porterii, præsidens, leg. doctor, P. Bernardi, thesaur. regius, P. de Barra, thes. reg., et Jo. Bajuli, utr. jur. doc., advocatus »), furent signifiées le 31 mai 1434, « nob. et pot. viro Antonio de Hosteduno, domino Balmæ Hosteduni, Valen. diœc., delphin. consiliario ac bayllivo Valentin. et Diensi ac etiam bayllivo et judici Montilii Adhemarii et ressortorum Valdeniæ, » par « Petrus Nicolay et Gaspardus Alamandi, consules et rectores loci et universitatis hominum Montilii, assistentibus.. et volentibus hon. et circ. viro d. Hugone Peyroli jurisperito, Jacobo de Ayzalnecchio, Guilhermo Ferrenchi, Petro de Grangia drapperio, Guilhermo Laurentii alias Guicho, Ignoscente la Rocha, Petro Novelli berberio, consiliariis ac pluribus aliis notabilibus hominum dicti loci ». Recueil B, n° 58, d'après l'origin. let. R (*Invent.* de 1662, f° 4). — L'origin. des lettres du gouverneur était coté n° 78 (*ibid.*, f° 22 v°).

CXIV*. *12 avril 1437.*

In nomine Domini, amen. Noverint quod, cum universitas venlis ecclesiæ Vivariensis habeat infra villam Montilii Adhemarii, Valen. diœc., unum molendinum vocatum vulgariter domini Bidonis, inter portalia Eygum et Villetæ vulgata juxta mœnia scituatum, in quo molen. consueverunt per se et suos monerios uti et se explectare de aqua quæ emittitur de molendino dominorum ipsius loci, scito in portali dicto de Fusto, et inde labitur usque ad molendinum Hospi-

talis Sancti Joannis Jerosolimitani ipsius loci, et ab eodem molen. Hospit. usque ad molendinum dictæ universitatis domi Bidonis nuncupatum ; cumque.. ven. et circ. viri dd. Petrus Molim, in utroque jure baccalaureus, canonicus dictæ ecclesiæ commissariusque... per capitulum... deputatus, et Reymundus de Casali Martino, baccalaureus in utroque jure, capellanus corarius dictæ ecclesiæ et procurator ejusd. universitatis, significando exposuerint in præsentia.. hon. et prov. virorum Pauleti Ruffi, baillivi et judicis papalis, Petri Branchonis, Petri Gronhi, consulum, Petri Nicolay, Joannis Equi, Gaspardi Alamandi, Petri Gontardi, Jacobi Manferrii, Bertrandi Vilhonis, consiliariorum suorum, d. Hugonis Peyroli jurisperiti, Jacobi de Aygalnechio, Petri Novelli, Petri Roberti, Berthoni Ferrenchi, Armandeti Perroti, Antonii Juliani, Petri et Pontii de Grangia fratrum, Guilhermi Laurentii alias Guischo, Nicolai Fornay, dicti loci.., congregatorum in operatorio domus nob. Guilhermi de Vaesco, domini Espeluchiæ, quam domum habitat Stephanus Uxim drapparius,.. quod dict. molendinum domi Bidonis... a certo tempore citra cessavit molere et detrictare blada defectu aquæ culpaque relsi viri fratris Joannis Bajuli, præceptoris ejusd. loci Mont., qui de novo fecit reparari suum molendinum et ipsum altiari adeo et in tantum quod causa ipsius altiatus molendini aqua ipsa non potest labi nec percursum suum et fugam habere subtus molendinum ipsorum dominorum, imo quod rodeti ipsius molend. dominorum ex inundatione ejusd. aquæ impediuntur, sicque necessitas ocurrit monerio et rectori molendini dominorum, et cum oportet aquam ipsam conducere et labi facere per toutam suam tendens versus portale Eyguni, et sic hiis mediantibus perditur emolumentum molendini universitatis dictæ ecclesiæ, et licet ipse præceptor fuerit sæpissime requisitus de suo molendino beyssando et ad statum pristinum reducendo.., hoc tamen facere distulit.... in grande damnum.., et quia ipse præc. obstantibus suis privilegiis... cogi non potest... Hinc est quod, anno Domi MoCCCCo XXXVIIo, indict. xva, die vero xiia mens. aprilis,.. Eugenii papæ IV an. viio, congregatis *quibus supra ac* Colao Bracardi, locumtenenti.. nob... Antonii de Osteduno, domini Balmæ Hosteduni, baillivi et judicis delphinalis Montilii,.. ipsi dd. baillivus et locumtenens... voluerunt et consentierunt quod ipsi procuratores et commissarii... seu etiam monerii et rectores dicti molendini... possint et valeant dict. aquam capere et conducere.. de dicta touta per loca prædicta usque ad dict. molendinum prout.. antiquiter fiebat...: hoc tamen salvo... quod ipsi.. perpetuo tenere debeant dict. foramen, per quod dicta aqua

intrat infra mœnia sufficienter barratum et bonis et sufficientibus barris ferreis garnitum propriis sumptibus, sic quod nemo possit per ipsum intrare nec exire, et nec sinistrum aliquod possit intervenire communitati et universitati villæ Mont. ex apertione dicti foraminis et conductione dictæ aquæ dicti bedalis antiqui nova refectione; salvo etiam.. per dict. consules... quod ipsi de universitate.. possint et valeant dict. aquam capere pro conducendo in fossatis villæ et ad rigandum hortum Fratrum Minorum et alios hortos qui de ea rigari consueverunt.., et salvo etiam... dictæ universitati ecclesiæ Vivarien. jure suo... Acta fuerunt hæc Montilii, *ubi supra*, præsentibus hon. viro d. Vitali Sagueti, corario ecclesiæ Vivarien., Bartholomeo Ferrenchi clerico, Jacobo Ausini barberio, Guilhermo Laurentii Guischo, dicti loci testibus.., et me Petro Giraudi, notario publ...

(*) Recueil B, nº 59, d'après l'original nº 243 (*Invent.* de 1662, fº 54).

CXV. *(Env. 1438).*

PARTIS PAPALIS CONTRA PARTEM DALPHINALEM TRADITUR*.

DOMINIUM ville Montilii Aymarii in quatuor partibus solebat esse divisum, quarum unius Lambertus de Garda erat dominus, aliarum vero trium dom. Giraudus Adhemarii similiter dominus erat : sicque dicti Lambertus et dom. Giraudus erant domini soli et insolidum totius ville Montilii, et ipsam villam tenebant in feudum, videl. dictus dom. Giraudus tres partes ab episcopo Valentinen. et Diensi, et Lambertus quartam partem a comite Valentinen. [1].— Hinc fuit quod dictus dom. Giraudus, anno a Nativitate Domini Mº CCCº XLº et die VIª mensis octobris, unam de tribus partibus dicti loci Montilii, que est quarta pars totius loci predicti, cum omni jurisdictione, mero et mixto imperio, etc. vendidit fe. re. domº Benedicto XIIº[2].— Deinde successive post, defuncto dom. Benedicto XIIº predicto, de tempore fe. re. domi Innocentii VIti, pontificatus sui anno VIIIº ac de anno a Nativit. Domini Mº IIIc LXº, indict. XIIJª et die XVIJª mensis junii, dom. Petrus de Bosanis, legum doctor, archidiaconus et officialis Valentinensis, ut procurator revdi patris dom. Ludovici de Vilaribus, electi ecclesiarum Valentinen. et Diensis et comitis, et ut procurator ecclesiarum predict.. considerans non esse justum quod dominus noster papa nec ecclesia Romana sit vassalus episcopi et capituli Valentin. et Diensis, permutavit dict. feudum, quod pro tribus partibus loci Montilii Aymarii eisdem episcopo et capitulo faciebat et tenebatur dictus dom. Giraudus dum vivebat et protunc Giraudetus ejus filius et heres ac domi-

nus duarum partium Montilii Aymarii, cum domº Guillelmo de Ruffilhaco, rectore comitatus Venayssini, nomine pape et ecclesie Romane, volente, petente et consenciente domª Tacieta de Balcio, matre et tutrice dicti Giraudeti, pro castro et jurisdictione ac territorio de Condilhiaco, Valentinen. diocesis : prout hec latius patent ; et ibidem dicta domª Tacieta, tutrix predicta, fuit per dict. procuratorem a juramento fidelitatis quod olim faciebat ejus maritus et quod etiam tenebatur ejus filius Giraudetus liberata et quitata, et ibidem dicta tutrix fecit homagium ligium et recognovit prefato dom. rectori, nomine domⁱ nostri pape et ecclesie Romane, se tutorio nomine tenere quitquid habebat in castro, loco, mandamento, territorio et districtu Montilii Aymarii, etc.[3] — Sicque Giraudetus, filius condam domⁱ Giraudi tercii et domᵉ Taciete de Baucio conjugum, remansit verus dominus et solus et insolidum medietatis totius loci sive ville Montilii Aymarii usque ad tempus mortis sue. Qui quidem Giraudetus, nullo condito testamento per eum, decessit, superstitibus dicta dom. Tacieta matre et Sibilia sorrore ipsius Giraudeti, ab una parte, et etiam superstite Ludovico Adhemarii, patruo dicti Giraudeti, et inter istos fuit lis : nam mater et sorror pretendebant se debere succedere juxta ordinationes testamentorum predecessorum suorum ; tandem et finaliter dict. Ludovicus fuit per fe. re. dom. Gregorium XI, de anno a Nativit. Domini Mº CCC LXXIIº et die ixª mensis julii, in Avinione in palacio apostolico ad dict. homagium et fidelitatis juramentum admissus, etc.[4] — Postea vero, prefatus dom. Gregorius XIᵘˢ, pontificatus sui anno IIIIº, apud Villamnovam Avinionen. diocesis, xº kalend. aprilis, certis ex causis animum suum moventibus et expressatis in sua bulla, castrum et villam de Montilio Aymarii, Valentin. diocesis, et quitquid ibidem ipse et Romana ecclesia in hujᵈⁱ castro et villa et ejus mandamento et territorio et districtu, cum omnimoda jurisdictione alta, media et bassa, donavit in feudum nobile nobili viro Adhemario comiti Valentinen. et Diensi, mandavitque eidem Ludovico Adhemarii ut eidem comiti Valentin. et Diensi faceret homagium de dict. duabus partibus in forma etc., homagio ligio, fidelitatis juramento, superioritate ac ressorto eidem et successoribus suis Romanis pontificibus in eisdem retentis, et cum quibusdam aliis conventionibus et retentionibus, etc. [5] — Tandem isti Ludovico Adhemarii successit, licet non inmediate, Giraudonus Adhemarii, dominus Greinhani ; qui Giraudus Adhemarii, dominus de dict. duabus partibus castri et ville Montilii Aymarii, de anno Mº IIIᶜLXXXIIJ, die xxIIIJª mensis octobris, illas duas partes, que erant media pars totius castri et ville Montilii

Aymarii, permutavit cum fe. re. domº Clemente VIIº pro loco Grilhonis, sub certis pactis et modis hinc inde per utramque partem in scriptis datis et conventis instrumento publico ; et inter alia fuit pro parte domi nostri pape expresse conventum quod dom. noster papa pro minori valentia castri Grilhonis infra unum mensem tunc proximum recompensationem debitam et competentem faceret in terra Ecclesie dicto castro de Greinhano magis propinqua, et quia pro parte domi nostri pape non ita faciliter poterat fieri compensatio predicta, fuit actum quod dictus dom. Giraudus Adhemarii reciperet omnia emolumenta et fructus illarum duarum partium Montilii Aymarii sicut ante excambium predict. faciebat, donec et quousque pro parte domi nostri pape et ecclesie Romane eidem satisfactum esset de majori valentia, dominio et jurisdictione pape remanentibus et alias prout latius de premisiis et aliis capitulis constat instrumento, etc.[6] — Nunc vero, dom. dalphinus, qui loco domi comitis Valentinensis ut dicitur successit, virtute dicte infeudationis ac donationis factarum per dom. Gregorium XI dicto comiti Valentinen. et Diensi de eo quod tunc habebat in castro, villa, territorio et districtu Montilii Aymarii, cum retentione superioritatis etc., requiri facit dominum de Greinhano ut illas duas partes quas tenet in dict. castro et villa Montilii eidem recognoscat et prestet sacramentum fidelitatis in forma : pro parte domini de Greinhano replicatur, videl. quod ipse non tenetur quia ea que ipse in dicto loco Montilii Aymarii tenet non tenet nomine proprio sed nomine pape et ecclesie Romane, donec eidem satisfactum sit juxta pacta de majori valentia, etc.

(*) Arch. de l'Isère, reg. *Alter liber copiarum Valentin. et Diensis, Dominus tecum* (B. 295), fº xxxv. — (1) Voir pp. 40, 44, 51, 54. — (2) Ch. xlv, p. 103-8. — (3) Ch. lxii, p. 157-69. — (4) Ch. lxiv, p. 172-3. — (5) Ch. lxv, p. 173-4. — (6) Ch. lxxvi, p. 199 - 203.

CXVI*. *12 août 1438.*

In nomine Domini, amen. Noverint quod anno Incarnac. MºCCCCº XXXVIIIº et die xiiª mensis augusti... Eugenii pappe IIIIi an. viiiº et... Karolo D. g. Francorum rege ac dalphino Viennensis, comite Valentin. et Diensis, venientes et... constituti in presencia.. nob. et hon. virorum Pauleti Ruffi, bayllivi et judicis loci Montilii Adhem. [et to]cius ejus ressorti pro d. n. papa et S. Rom. ecclesia, et Anthonii de Osteduno, domini Balme Osteduni, bayllivi et judicis ejusd. loci Mont. et tocius ejus ressorti Valdanie pro d. n. dalphino et comite,

infra domum dicti d. bayllivi et jud. pappalis, vid. in aula.. super quod. scanno fusteo sedencium.., hon. et sap. viri mag. Benedictus Fabri, Petrus Robberti, consules et rectores universitatis Montilii Adhem., necnon Berengonus de Crudacio, Anthonius Martini, Jacobus Reynaudi, Vinsonus Bressaqui, Johannes Theni, Anthonius Laudonis, eorum consiliarii, et cum ipsis... Jacobus de Aygahnechio, mag. Petrus Branchonis notarius, nob. Petrus Nicholay, Guillelmus Laurentii, Anthonius Juliani, Armandetus Perroti, Berthonus Ferrenchi, mag. Petrus Gronhi, Guillelmus Ferrenchi, Johannes Meynaudi, Gaspardus Alamandi, Gaspardus Garlanderii, eisdem dd. bayllivis et judicibus... exposuerunt et signifficaverunt quod ipsi consules, ad expellendum inhonestas meretrices, ancillas et alias que longo tempore in hostaleriis hujus loci Mont. inhoneste habitaverunt, procuraverunt cum Jaqueto de Lespina, hostalerio Leonis, Raymundo Richardi, hostalerio Campane, Johanne Fornerii, hostalerio Servi, et Alberto Grasse, hostalerio signi Angeli, ut expellere habeant omnes ancillas meretrices habitantes in eorum hostaleriis, et ne de cetero aliquas receptare, ob reverenciam Dei et pro bono justicie et ad honorem tocius universitatis, cum talia pati non debeant; qui quidem hostelarii, videntes inhonestatem dict. meretricum mulierum, ad contemplacionem ipsorum consulum, consiliariorum et aliorum... ac tocius universitatis.., fuerunt contenti quod omnes eorum ancille expellantur in continenti et nullas promictunt et conveniunt de cetero receptare, dum tamen alie mulieres inhoneste existentes in aliis hostaleriis, scubis seu aliis locis, postibulo excepto, similiter expellantur et de cetero non interveniant : qua propter supplicant et requirunt... quathinus, ad evittandum tale enorme peccatum et ob reverenciam Dei et pro bono zelo justicie, pro utilitate rei publice, ad evitandum iram divinam que posset ville presenti evenire pasciendo tanta peccata et ad evitandum scandala que propter meretrices ipsas de die in diem veniunt, cum de jure ipse meretrices et lenones publici debeant a civitatibus et locis expelli, actento maxime quod supradicti hostalerii sunt contenti non tenendi inhonestas meretrices in dict. eorum hostaleriis, cum sint honorabilia hospicia hostelariarum dicti loci, providere dignemini quathinus ab aliis hostaleriis et scubiis ac aliis domibus in quibus meretrices existunt totaliter expellantur, et ordinare et inhibere ne de cetero revertantur, precipiendo eis si placet sub magnis et formidabilibus penis ut incontinenti vacuant locum hostaleriarum et domos, nisi velint permanere in publico postibulo... inhibereque. . considerando.. quod alias dicti consules obtinuerunt lic-

teras expulcionis ipsarum tam a d. n. rectore comitatus Venayssini quam eciam ab exellencia dalphinali, superioribus vestris... Et dicti dd. bayllivi et judices... precipuerunt quod dicte mulieres meretrices expellantur.. et prohiceantur extra dict. albergarias et eisd. mulieribus infra triduum et sub pena fustications, ita quod exeant a villa nisi in postubulo se velint reducere seu mancionem facere ; ordinantes ulterius quod de cetero albergarii... dicte ville nullas teneant nec reducant... pro serviendo.., sub pena pro qualibet vice Lª librar. Turonen. Catherine hospitisse Falconis statuunt..; quantum ad Catherinam hospitissam Servi... Ulterius ordinaverunt similia precepta facere concubinariis hujus ville, eciam hospitibus tenentibus scubas; item ordinaverunt preconisari quod quicunque existens in presenti loco, non utens aliqua arte et misterio et non commorans pro mercenario evacuat villam... sub ead. pena... Actum Montilii Adh., *ubi supra*, testibus present. discr. viris magg. Bertrando Raboti, notario Criste Arnaudi, Johanne Roy, Petro Boveti, notariis, Jacobo Maufferii,..; et me Stephano Freyderii, clerico dicti loci, publ. auct. imp. notario curieque pappalis jurato... ✝

Et me Michaele de Blacheria, habitatore dicti loci, notario...✝

Postque anno et die predict.,... fuerunt per nos notarios.., una nobiscum Enguarando de Sancta Bena, serviente papali, et Johanne de Bays alias Rossilho, serviente dalphinali, notifficata.. hostiatim... hospitibus et hospiticis ac eciam eorum ancillis meretricibus... in albergariis Leonis, Campane, Trium Regum, Falconis, Servi et Equi Albi, et sub pena L libr. Turon. per ipsos... comitenda... et ancillarum sub pena fustigationis.

(*) Original parch. de 80 lig., coté nº 175.

CXVII*. *16 juin 1439.*

Henricus de Jambes, juris peritus, prepositus ecclesie Carpentoract., judex et conservator privilegiorum, honorum, bonorum et jurium incolis et habitatoribus comitatus Venayssini per s. sedem apostol. concessorum,... univ. et sing... prioribus, rectoribus, vicariis cappellanisque, curatis et non cur.... Sedes apostolica, pia mater, actendens et considerans gravia dampna et dispendia per dev. s. incolas et habitatores dicti comitatus Venayssini... acthenus, occasione dampnati sismatis quod tempore preterito tandiu s. labeffetavit ecclesiam et tanta et irreparabilia dampna in terris ecclesie Rom. intulit, passa et substenta, volens eos ab injustis vexacionibus et oppressionibus malignorum

relevare parcereque volens eorum laboribus et expensis, eisdem... graciose indulcit ne quamdiu parati fuerint coram suis judicibus ordinariis et rectore dicti comitatus cuicq. conquerenti de eisdem, non possint extra dict. comitatum ad aliquod trahi judicium..; nobisque ulterius per apostol. scripta mandavit ut eisdem... deffensionis presidio assistendo non permittamus eos... molestari *(ch. XCIII, p. 241-3)*... Sane.. pro parte... sindicorum et consilii.. ville Montilii Adhemarii, incolarum dicti comitatus, nobis fuit cum gravi querela et summaria informacione expositum, *etc.*; nos autem.. vobis... virtute s^e obediencie et sub excomunicacionis pena... precipimus quatenus... moneatis... dd. cappellanos, curatos et non cur., clericos, notarios officiariosque temporales dicte ville Mont... et quascq. alias personas.., districtius inhibendo... Datum Carpentoracte, die xvi^a mens. junii anno Dom^i M^oCCCC^oXXXIX^o,.. Eugenii pape IIII^i an. ix^o.

(*) Original parch. de 83 lig., coté n° 6; trace de sceau.

CXVIII*. *12 mai 1444.*

In nomine Domini, amen. Noverint... quod anno Domin. Incarnac. M^oCCCC^oXLIIII^o et die xii^a mensis madii,.. Eugenii pape IIII^i an. xiii^o, existentes.. hora vesperorum discr. viri Gaspardus Alamandi et Guillelmus Perroti, consules, custodes et rectores universitatis Montilii Adhem.., in choro ven^lis ecclesie Sancte Crucis dicti loci, in quo erant congregati discr. viri dd. Poncius Reynaudi, Bartholomeus Grangerii, Johannes Carronis, Johannes Sartoris, Petrus Jordani, Johannes Chapolerii, Johannes Beassii, Giraudus de Pratocomitali, Guillelmus Cholverie et Petrus Gastonis, presbiteri et servitores dicte ecclesie S^e Crucis; qui quidem consules... eosdem dd. presbiteros... requisierunt quatenus calladare facerent ante Hospitale Sancti Anthonii dicti loci, actento quod quilibet facit calladare ante domum suam. Qui quid. dd. presbiteri.. duxerunt respondendum quod ipsi in eodem Hospitali S^i Anthonii nichil habent nec habere volunt, et casu quo haberent aliqua jura et actiones, omnia... cesserunt.. dict. consulibus... Acta fuerunt hec in dicto choro ecclesie S^e Crucis Mont., testibus present. prov. viris Petro Nobelli barbitunsore et Johanne Agni mercatore dicti loci.., et me Petro Gronhi de Sauzeto,.. publ. auct. imp. not. curieque Valencie jurato...

(*) Au bas de la ch. xc (17 lig.).

CXIX. *22 juillet 1446.*

Instrumentum actorie et procurationis universitatis Montilii*.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti, amen. Anno Incarnationis... M°CCCC°XLVI°, inditione ixa et die xxiia mensis julii, Eugenii pape IIIIi an. xvi°. Noverint... quod convocata voce preconia, ut moris est, universitate hominum Montilii Ademarii, Valent. dioc., partis dicti domi nostri pape, per Petrum la Glieyza, servientem et preconem publ. dicti loci, ad actum infrascript. in refectorio conventus Fratrum Minorum ejusdem loci, ubi acta talia comunia sunt fieri assueta; in qua evocatione vocis dicti preconis intervenerunt et comparuerunt in dicto refettorio hora prime sapientes et discr. viri Guillelmus Ferrenchi et Innoscencius la Rocha, consules et rectores ejusdem loci Mont., necnon Guillelmus Laurencii, Nicholaus lo Dur, Johannes Meynaudi et Johannes Ferrenchi, eorum consiliarii dicte partis hominum et comunium ejusdem loci Mont. papalis, una cum ipsis nob. Chealmone Darbonis, Anthonio Juliani, Perrineto lo Mernilhos, mag. Johanne de Werdos alias Lestot, in artibus magistro, Petro Rambaudi, Berthono Fabri, Anthonio de Marsana, Girardo de Leyssis, Rolando Gondatri, Glaudio de Malavalle, Petro Grienhour, Petro Alardi, Ebrardo de Preliis, mag. Stephano Freyderii notario, Johanne de Cherio, Giraudo Gualauroni, Hunberto Palharesii, Jacobo Bruneti, Guillelmo Lhauterii, Anthonio de Belrepayre, magistro Francisco Manatarii, Jacobo Gontardi, Johanne Fabri, Johanne Joliveti, Stephano Chardonis, Johanne Aymarii, Guillelmo Laurencii, Anthonio Alone, Petro de Ampura, Guillelmo Rodundi, Johanne Urcelli, Petro la Mura, Johanne Gontru juniore, Guillelmo Marelli, Johanne Robilhat, Bertrando Vilhonis, Anthonio de Serro, Stephano Molini, Petro Fabri, Johanne Philieyra, Johanne Raschassii textore, Poncio Pomerii, Johanne Fulconis, Johanne Alberti, Perrineto de Irigni, Petro Philoti, Petro Bernardi, Stephano Cardonis, Petro Fulconis, Jacobo Asterii, Johanne del Pas, Johanne Morzollas, Girardo Bocheti, Petro Gaucherii, Goneto Roche, Johanne Jarroti, Johanne Brecheti, Raymundo de Calnigris, Guichardo de Moneto, Guidone Arnaudi, Duranto Gontardi, Glaudio Chazaloni, Anthonio Grienhour, Johanne Lenzeti, Johanne Baroli, Poncio de Schalis, Anthonio de Monopra, Johanne la Blacha, Andrea Leracii,

Guillelmo Palherii, Johanne Paupilha, Francisco Grilli, nob. Petro Regis, Berthono Pagani, Guillelmo Riperti, Johanne Hunberti, Johanne Onzilii, Johanne Alivient, Stephano Alixent, Jacobo Selvi, Gonono Molaris, Nicholao Guastonis, Johanne Englois, Michaleto Michaloti, Johanne Bloquerii, Johanne Laurencii, Johanne Inheyas, Anthonio Radulphi, Jacobo Pascalis, Marineto Gardelli, Johanne la Tour, Blayo de Brotis, Gaspardo Garlanderii, Bertrando Ansi, Johanne Lorbati, Guillelmo Gontardi, Stephano Tenoti, Bertrando Regis, Pauleto Laurencii, mag. Petro Gronhi notario, Benedicto Basseti, Girardo Dot, Johanne Quolnerii, Johanne Genevesii, Petro Lhautardi, Guillelmo Servientis, Johanne Reynaudi, Anthonio Gontardi, Johanne Rivant, Davisio Foresterii, Rostagno Rossi, Jaquemino de Villanossa, Petro Arnaudi, Guabriele Colonelli, Glaudio Fabri, Francisco de Crista Arnaudi, Johanne Reynaudi, Johanne Morerii et Jacobo Bruneti notario ejusd. loci; quibus hominibus papalibus et comunibus sic evocatis et congregatis, supradicti Guil. Ferrenchi et Ignosc. la Rocha, consules, exposuerunt ibidem omnibus audientibus et intelligentibus, quod cum non est dyu supranom. dominus noster papa partem suam hujus loci Montilii transtulerit et transportaverit per suas bullas appostolicas magn^co^ viro Danieli de Arrigny, scutifero honoris ejusdem dom^i^ nostri pape, et suis liberis masculis post ipsum, non esse legitime informatus idem dom. noster papa quod in transportu sive transportibus factis dicti loci Montilii partis predicte d. n. pape, eidem d. n. tunc pape et S. Romane ecclesie fuit retentum expresse per pactum expressum quod pars illa dicti loci... per ipsum d. n. papam non debeat neque possit alibi in alienis manibus transferri, et cum sit necesse eundem d. n. papam et s. collegium Romanum informare qualiter pars illa non potest in alium transportari juxta pactiones et retenciones apositas in transportu facto.., et sit necesse constituere sindicos, procuratores, factores et negotiorum suorum gestores ad se... representandum in curia Romana coram supradicto d. n. papa collegioque s. appostolico S. Rom. ecclesie et ceteris dd. causarum auditoribus.., ad informandum de premissis et omnibus aliis actibus quibus sunt acturi... Hinc est quod ipsi consules et consiliarii et omnes homines supra nominati.., omnes simul pari animo et consensu, majorem et saniorem partem dicte universitatis... partis dicti d. n. pape facientes, nemine discrepante.., fecerunt, constituerunt, creaverunt et sollempniter ordinaverunt suos et dicte universitatis papalis veros, certos et indubitatos sindicos, procuratores, actores, factores et negotiorum gestores generales et speciales.., videl. ven^lem^

et rel[sum] virum d. Matheum Pecolli, priorem Beate Marie de Ayguno extra fores ejusdem loci Montilii, nec non discr. virum mag. Petrum Boneti, notarium habitatorem ejusdem loci.., quemlibet in solidum, specialiter et expresse ad se humiliter et devote representandum coram supradicto d. n. pape Eugenio et ejus collegio SS. Rom. ecclesie, auditoribus, vice auditoribus, legatis et subdelegatis, comissariis et ceteris dd. officiarium ejusdem d. n. pape et S. Rom. ecclesie, eumdem et eosdem cum humilitate, obediencia et reverencia quibus decet viva voce ac per suplicacionem seu alias informaciones et scripturas informandum qualiter pars ipsa Montilii d. n. pape et ecclesie Rom. transportari in alium non potest, causantibus pactis, convencionibus et retencionibus in acquisicione ejusdem loci appositis, et hoc per instrumenta publ. seu vidimus eorumdem, et demostrandum incomoda et dampna que possent evenire civitati Avinionis et toto comitatui Venayssini dicti d. n. pape si idem locus Montilii, videl. pars ejusdem d. n. pape, in alienis manibus quam ecclesie S. Rom. transportaretur, cum sit clavis et introitus dicti comitatus et notabilior villa dicti comitatus, civitate Carpentoratense exepta, et facta informatione debita requirendum humiliter quod ipsa bulla et transportus revocentur et bulle et litere revocationis inpetrentur a dicto d. n. papa et s. collegio et alie bulle necessarie, ne de cetero transportentur, inpetrentur cum velint semper permanere sub dominio ejusdem d. n. pape et S. Rom. ecclesie prout consueverunt, libellum... et alias peticiones, suplicationes vel requestas... faciendum, dandum et offerendum.., respondendum, litem contestandum, de calumpnia et veritate dicenda.. jurandum.., *etc*... Acta et recitata fuerunt hec Montilii, in refectorio conventus Fratrum Minorum dicti loci, testibus presentibus... rel[sis] viris fratribus Johanne de Marsana, gardiano, Humberto Alardi, Vinsono Donadei, Petro Fabri, presbiteris et fratribus dicti conventus ; et me Petro Branchonis, not. dicti loci auct. imp. pub...

(*) Original parch. coté n° 103, 61 lig. plus un *actestamur* de « Pauletus Ruffi, locumtenens susbtitutus nob. et pot. viri Danielis Arrigni, bailivi et judicis Motilii Adhem. » du 28 suiv. Au bas *Sigillum curie papalis Montilii* plaqué sur papier et pendant sur lemnisque.

CXX*. *29 décembre 1446.*

In nomine Domini, amen. Noverint... quod cum... universitas hominum loci Montilii d. n. papæ et S. Rom. ecclesiæ et communes

misissent in curia Romana Romæ apud d. n. papam suos procuratores.., ad informandum eundem *(ut in ch. præced.)*, qui procuratores adhita præsentia ejusdem d. n. papæ et informata sua sanctitate quod transportari non potest, huj^di donationem factam dicto nob. Danieli revocavit et de revocatione bullas suas concessit, et consequenter huj^di negotium plures pecuniarum summas exequavit usque ad sum. CLXVIII scutorum auri veteris, quam in cambio Romæ acceperunt mutuo, cum pacto et conditione infra III menses ipsos reddere, tradere, expedire realiter in banco Avenionis de Pas campsoris, et non discedere a dicto banco quousque assignatio huj^di facta extiterit, et dicti d. prior et mag. Petrus, procuratores, Dei gratia reversi fuerint de curia in Avenione et mandassent consulibus hujus loci Montilii quatenus incontinenti accederent in Avenione ubi sunt in dicto banco, ad solvendum dict. summam et ad exonerandum ipsos de eadem et de promissionibus, juramentis.. ; quibus ita peractis, discr. vir Guilhelmus Ferrenchii, consul anni præteriti, audito adventu supradict. procuratorum in Avenione existentium, de concensu et voluntate hominum dicti loci Mont. d. n. papæ et communium, cum omnimoda potestate in Avenione se transtulit et transportavit ad eosdem exonerandum.., et dum fuit in Avenione cum dict. procuratoribus in dicto banco Michalis de Passu, ipsum Guilh. Ferrenchii consulem noluerunt acceptare nec ipsos procuratores... exonerare et quitare donec... dict. summam solverint et satisfecerint in dicto bancho. Hinc est quod anno Domin. Incarn. M^o CCCC^o XLVI° et die XXIX^a mensis decembris, convocata... in domo communitatis dicti loci Mont. universitate hominum papalium et communium dicti loci, in qua evocatione intervenerunt sap. et disc. viri Nicolaus d'Aygalmechio et Petrus Novelli, consules moderni, necnon Gononus Molaris, Rolandus Baubi, Gaspardus Alamandi, Vinsonus Bressat, Antonius Laudonus, Petrus Arnaudi, eorum consiliarii, necnon Berthonus Fabri, Joannes Morret et plures alii qui numerari et scribi non potuerunt.., qui omnes... ordinaverunt, voluerunt et concesserunt quod dict. Petrus Novelli consul, una cum aliis hominibus idoneis et suficientibus dicti loci, sumptibus universitatis consuetis, vadat Avenioni aut alibi... ad manulevandum et mutuo tractandum.. qualiter dicta summa poterit exsolvi dicto Michaeli de Pas campsori... et dict. d. priorem et mag. Petrum... exonerandum.. ; promittentes... Acta fuerunt hæc Montilii Adhemarii, in domo villæ Montilii, testibus præsent. Petro Chanuti, Joachino Molay, Michaele Michaleti, Joanne Bessandi, dicti loci.

(*) Recueil B, n° 61 : « Extrait des nottes de Me Pierre Gronhi notaire, du livre cotté O, fol. 9 ».

CXXI*. *13 mai 1447.*

S'ensuit l'appointement et accord fait entre mons^r le cardinal de Foix d'une part et mons^r le Daulphin d'autre, a cause de la part et porcion que le s^r de Grignen souloit tenir du Monteil Aymart, tenue en fie et hommage de mondit s^r, pieca baillée a nostre saint pere le Pape par ledit de Grignen pour la place et seigneurie en eschange de Grillon, en la maniere qui s'ensuit.

Premierement mond. s^r le Daulphin fera rendre des a present par led. s^r de Grignen lad. place, terre et seignorie de Grillon qu'il a eu pour lad. part du Monteil, laquelle part semblablement mond. s^r le cardinal baille et delivre presentement ; — Item, touchant l'ommage et les ressors des appeaulx et autres choses, que mond. s^r le cardinal dit mond. s^r estre tenu de fere, mond. s^r le Daulphin est content que mond. s^r le cardinal face ses protestacions de non prejudicier au droit que nostred. saint pere pourroit avoir oud. hommage et ressort s'aucun en y a ; et semblablement fera mond. s^r de son costé et de prandre journée bonne et briefve et telle que mond. s^r le cardinal vouldra eslire, a laquelle mond. s^r le Daulphin envoyera gens avec toute puissance de lui pour y fere et conclurre tout ce que sera raisonnable et qui se devra fere ; — Item, que ou cas que nostred. saint pere ne sera content de ce present appointement, que chacun retorne en son premier estat et comme se de ce present appointement n'avoit jamaiz esté parlé ; — Item, que mond. s^r le Daulphin contentera led. s^r de Grignen de toutes les reparacions qu'il a faites aud. Grillon ; et semblablement se mond. s^r fait fere aucunes reparacions au Monteil, en la part de nostred. saint pere, icellui nostre saint pere sera tenu de les payer ou cas que lad. part ne demourrera a mons^r le Daulphin. — En testmoing de ce nous Pierre cardinal de Foix, vicaire et legat dessus nommé, avons signé ces presens articles de nostre main a Carpentras, le XIIIe jour de may l'an de grace mil IIII cens quarante et sept.

P. cardinal de Foix. Loys.

(*) Arch. de l'Isère, reg. *Alter liber copiar. Vallen. et Diensis, Dominus tecum* (B. 295), f° VI^xx, original parch., signat. autogr.

CXXII. *30 mai 1447.*

(CONFIRMATIO ET CONCESSIO PRIVILEGIORUM PER DALPHINUM)*.

LUDOVICUS, regis Francorum primogenitus, delphinus Viennensis comesque Valentinensis et Diensis (et dominus) Montilii Adhema-

rii, notum facimus... quod perfectis interdum negociis robur confirmationis adjicitur non ex indigentia postulantis sed ut clarius pendatur benevolentia confirmantis; præsentatis nobis igitur privilegiis, libertatibus, immunitatibus, usibus et consuetudinibus dilectis et fidelibus nostris universitatis hominum, habitatorum et incolarum castrorum, villæ et mandamenti nostri Montilii Adhemarii per prædecessores nostros olim concessis,.. quæ quidem privilegia.., considerata fidelitate, promptitudine servitiorum et paupertate præfatæ universitatis ... ac humili requesta nonnullorum dilectorum nostrorum.., rata et grata per nos et nostros heredes et successores perpetuo volumus, laudamus, approbamus et rattificamus ac... speciali gratia authoritateque delphinali.. confirmamus..; ex uberiori et abundanti gratia... adjicimus, damus et concedimus... dictæ universitati... in privilegium perpetuum ea quæ sequuntur : Et primo, quod consules universitatis dicti loci nullomodo mandentur, aut si mandentur venire non teneantur, in congregationibus gentium trium statuum patrie nostre Dalphinatus et comittatuum Valentinen. et Diensis nec contribuere teneantur aut debeant in subsidiis, donis et aliis oneribus per dict. gentes trium statuum infuturum concedendis, indicendis vel alias levari ordinandis, sed ab ipsis congregatione et contributione exemimus et per presentes exhimimus; *2)* item volumus et eis.. concedimus quod baillivus, judex et alii officiarii nostri ordinarii dicti loci ab antiquo per prædecessores nostros et nos in dicta villa ordinati et in futurum ordinandi habeant primam ex integro cognitionem quarumcq. causarum civilium et criminalium, sic et taliter quod nulli alii officiarii sive commissarii extraordinarii sub nomine reformationis aut alias... ordinandi nullam... cognitionem habeant vel de dict. causis se.. intromittere possint; *3)* item, quod dicta villa et habitantes ejusdem non possint infuturum per nos aut successores nostros in aliquem nobis inferiorem donari vel transferri; *4)* item, ut dicta villa melius populetur, eis... concedimus quod omnes personæ, cujuscq. status existant, quæ ab inde infra dict. villam suam mantionem et domicilium facere voluerint, sint franchæ et immunes a quibuscq. subsidiis et aliis oneribus dictæ villæ spacio x annorum, dum tamen jurent et promittant quod dicta sua domicilia non mutabunt, sed quandiu vivent suam mantionem ibidem facient et habebunt; *5)* item, quod meretrices et aliæ inhonestæ mulieres non possint habitare vel morari in albergariis ipsius villæ, et si velint stare in dicta villa vadant ad domum publicam et portent signum quod portare consueverunt meretrices, scil. aiguilletam rubram in manica suæ vestis. Quocirca dill. et fidell.

consiliariis nostris gubernatoribus patriarum nostrarum Delphinatus et comitatuum Valentinen. et Diensis, et baillivo et judici dicti loci Montilii Adhemarii aut eorum locumtenentibus, necnon gentibus consilii nostri et cameræ computorum nostrorum, thesaurario nostro et omnibus aliis justiciariis nostris et officiariis... mandamus... Datum in Montilio Adhemarii, penultima die mensis maii, anno Domini M°CCCC°XLVII° ; per dom. delphinum, vobis archiepiscopo Ebredunensi, electo Viennensi, dominis de Castillione, de Culant, d'Estissac, de Cornillione, militibus, dd. Joanne Vialle, Humberto Rollandi, utriusque juris doctoribus, et aliis pluribus præsentibus, Petro George. Visa, Contentor, P. George.

(*) Recueil B, n° 64; cf. *Invent.* de 1662, n°s 58 et 79.

CXXIII. *17 mai 1449.*

(CONCESSIONS DU DAUPHIN A LA VILLE DE MONTÉLIMAR)*.

LOYS, ainsné filz du roy de France, daulphin de Viennoys, conte de Valentinoys et de Dioys, savoir faisons a tous presens et advenir que, de la partie de noz chiers et bien amés les consulz, bourgoys, manans et habitans de nostre ville du Monteilhaymart, nous a esté presentement fait dire et remonstrer que pour l'augmentacion et amandement de nostredite ville du Monteilhaymart, que desirons affectueusement pour plusieurs consideracions et mesmement pour ce que puis nagueres nostred. ville, en laquelle n'avions que la moictié, est venue entierement en noz mains, et autres causes ad ce nous movans nous leur avons autreffoys fait dire qu'ilz advirassent aucunes choses prouffitables pour lad. augmentacion et que liberalment le leur octroysions se elles estoient raisonables, et pour celle cause avient avisé et nous aient humblement supplié et requis que leur vueillons octroyer les choses que ensuivent, qu'ilz dient estre grandement pour l'utillité de nostred. ville et pour l'augmentacion d'icelle, tant en multiplicacion des clers et merchans, des gens de mestier que d'autres : c'est assavoir premierement la creacion et fondacion de deux foires sollempnelles et franches par chacun an, l'une comansant le landemain de la Saincte Croys en may durant troys jours ensuivans, l'autre comancant landemain de la Saint Martin d'yver en nove^re durant pareillement troys jours ; item, une court generale en laquelle respondent et ressortisent en tout fait de plaidoyrie tous noz subgetz du pays de la Vaudaine et autres places voy-

sines, comme autreffoys a esté fait en nostred. ville du Monteilhaymar et de Savasse; item, la franchissement de tous peages et traveurs par tout nosd. pais de nosd. Daulphiné et contés, par tous les manans et habitans qui a present sont et qui y seront pour le temps advenir en nostred. ville pour leurs personnes a pié et a cheval, et merchandisses; item, aussi congié et licence d'avoir descharge et grenier a sel en nostred. ville, comme aultreffoys a esté et est a present duscontinué. Pour ce est il que nous, considéré ce que dit est, par l'advis et deliberacion dez gens de nostre grant conseil, inclinans a lad. supplicacion pour le bien et utilité de nous, de la chose publicque, de l'augmentacion et acroyssement de nostred. ville et des environs d'icelle, avons toutes les choses dessusdites et chacunes d'icelles données et octroyées, donnons et octroyons par cesd. presentes ausd. supphlians a present demourans et qui pour le temps advenir demouront en nostred. ville, par la maniere que s'ensuit: c'est assavoir que ausd. jours dessus designés lesdiz suppliaus pourront tenir et se tendront lesd. foires en nostred. ville, pourveu que a dix lieues a l'entour en nostred. seignorie il n'y ait aucunes foires ou merchés ausd. jours, ausquieulx lesd. foyres puissent prejudicier, si non qu'ilz aient sur ce consentement de ceulx qu'il appartendra; item, ausi se tendra et voulons lad. court dessus designée estre tenue en nostred. ville du Monteilhaymar de tout nostred. pays de la Vauldaine et des autres places qui ont acoustumé de piecá y ressortir du temps que lad. court estoit en nostred. ville et aud. lieu de Savasse, par ainsi que nosd. subgetz dud. pais et des autres places auront recours par appellacion et autrement par default de justice en nostre souveran conseil Dalphinal resident a present a Grenoble; item, au regart desd. peages desd. supplians, leurs personnes et monteures seullement en seront francz et leurs merchandises exceptées et paieront desd. peages; item, au regart de la descendue du sel ilz la pourront faire et tenir grenier en nostred. ville comme autreffoys ilz ont fait sans ce qu'ilz en puissent estre repis. Si donnons en mandement... a noz amés et feaulx conseillers le gouverneur de nostred. Daulphiné ou son lieutenant, gens de nostre conseil et de nos comptes residans a Grenoble, a nostre tresorier general de nosd. Daulphiné et contez, et a tous noz autres justiciers, officiers et subgetz, *etc.* : car tel est nostre plaisir..... Donné a Sauzet, le XVIIe jour de may, l'an de grace mil CCCC quarante neuf. Par monseig^r le Daulphin, en son grant conseil : signé J. Janpitre.

(*) Recueil D, f° 37-9, dans l'enterinement de « Ludovicus de Laval, dominus Castillionis, gubernator Dalphinatus... Dat. in loco Stelle, d. 28

m. octobris a. D. 1449 ». — Recueil B, nº 65, d'après l'origin. coté nº 322 (*Invent.* de 1662, fº 71 vº). — En tête d'une copie (à M. Vallentin) se trouve l'acte par lequel Aimar VI, comte de Valentinois et Diois, établit à Savasse la cour ordinaire dont ressortirent Ancone, Montboucher, Saint-Gervais, Roynac, La Laupie, Clionsclat, Pont-de-Barret, le Puy-Saint-Martin, Rochebaudin, Truinas, Félines, Comps, Dieulefit, le Poët-Célard, Châteauneuf-de-Mazenc, La Touche, Rochefort, Portes, Taulignan, Alençon, Béconne, Montjoux, Audifred, Roche-Saint-Secret, Blacons, Condorcet, le Pègue, Valaurie, Roussas, la Garde, Teyssières, la Bâtie-Rolland, Espeluche, Manas, Poët-Laval, Souspierre, Orcinas; « dat. Sauseti, d. 15 m. april. a. D. 1360 ».

CXXIV. *10 juin 1449.*

Bulla erectionis ecclesiæ collegiatæ Sanctæ Crucis villæ Montilii Adhemarii*.

Nicholaus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio decano ecclesie Valentinensis, salutem et apostolicam benedictionem. Ex superne providentia majestatis in apostolice dignitatis specula positi, circa universarum, quarum nobis desuper commissa est cura, ecclesiarum profectus et commoda, sicuti ex debito nobis pastoralis incumbit officii, studiis intendimus assiduis et earum statum, prout rerum pensatis circumstantiis congruere cernimus, in melius dirigere ac uberius eas honoris titulis actollere studemus, ipsisque ecclesiis et personis ecclesiasticis sic providere cupimus, ut votivis proficiant incrementis. Sane pro parte dilecti filii nobilis viri Ludovici, charissimi in Xpisto filii nostri Karoli Francorum regis illustris primogeniti, dalphini Viennensis ac sancte Romane ecclesie confalonerii, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipse ad Omnipotentis Dei laudem et divini cultus propagationem et pro devotione populi loci Montilii Adhemarii firmiter augenda cupit parrochialem ecclesiam Sancte Crucis predicti loci, Valentinen. diocesis, cum in eo nulla collegiata ecclesia existat, in collegiatam erigi necnon eamdem ecclesiam cum sacristia, capellaniis, prioratu vocato de Ayguno, ordinis Sancti Benedicti, et aliis beneficiis et officiis secularibus et regularibus in eadem ecclesia existentibus, quorum fructus, redditus et proventus quadringentarum librarum Turonen. parvorum, secundum communem extimationem, valorem ecclesia residendo, ut ipse Ludovicus asserit, non excedunt, invicem uniri, annecti et incorporari ac decanatum, qui inibi dignitas principalis existat, qui quidem decanus illius caput habeatur et principalis sit, necnon et unum officium quod sacristia vocetur, una cum cura parrochialis ecclesie predicte, necnon octo ca-

nonicatus et totidem prebendas seu canonicales portiones pro octo canonicis et sex chorariatus pro sex chorariis et sex clericatus pro sex clericis perpetua sine cura beneficia, qui quidem decanus, sacrista, canonici, chorarii et clerici archam habeant et dicti canonici tantum sigillum et capitulum habere debeant in communi ; et nichilominus quod decani electio et provisio ad canonicos et sacristam pertineat, et sacriste, canonicorum ac chorariorum et clericorum ad capitulum et institutio ad decanum pertinere noscatur : qui quidem decanus, sacrista, canonici, chorarii et clerici residentes, decano, sacriste et canonicis ad minus per novem menses et chorariis ac clericis continuo residentibus et in divinis solum existentibus, supradict. fructus inter ipsos seu alias prout melius et utilius videbitur communiter dividant, hac tamen conditione quod decanus pro tempore existens duplicem canonici portionem recipiat, et quod de capellanis seu beneficiatis in dicta ecclesia, qui potiores tempore et meritis virtutum digniores extiterint, in eadem ecclesia canonici deputentur institui et creari, ac collegium huj[di] imperpetuum collegium dalphini Ludovici nuncupari desiderat ; et, sicut eadem petitio subjungebat, in prefata ecclesia decem et octo clerici vel circa existant, qui inibi in divinis deserviant et in habitu canonicorum secularium communiter et pro majori parte in dicta parrochiali ecclesia incedant, et dict. locus Montilii Adhemarii notabilis et insignis esse noscatur, pro parte dicti Dalphini nobis fuit humiliter suplicatum, ut ecclesiam Sancte Crucis prefatam in collegiatam erigere et alias super premissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huj[di] suplicationibus inclinati, discretioni tue de qua in hiis et aliis plenam in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus quatenus, vocatis omnibus et singulis in dicta ecclesia beneficia obtinentibus, si ipsorum aut majoris partis eorum in premissis accedat assensus, ecclesiam Sancte Crucis predict. in collegiatam erigas, necnon decanum, sacristam, canonicos, chorarios et clericos ut prefertur deputes et instituas, ac eamdem ecclesiam cum sacristia, capellaniis, prioratu de Eyguno, ordinis S[i] Benedicti, et omnibus aliis beneficiis et officiis supradict. in eadem ecclesia parrochiali existentibus, suppresso et extincto prefato ordine, invicem unias, incorpores et annectas, necnon super omn. et sing. premissis prout conscientie tue, quam super hoc oneramus, melius videbitur expedire, diocesani loci et cujuslibet alterius licentia minime requisita, absque tamen alicujus prejudicio : nos enim tibi omnia et singula supradicta agendi, disponendi et exequendi plenam et liberam

tenore presentium concedimus facultatem, non obstantibus... Datum Spoleti, anno Incarnationis Dominice M°CCCC°XLIX°, IIII° idus junii, pontificatus nostri anno III°. Pe. de Nozeto, E. de Theranda.

(*) Cartul. ms. de St-Paul-Trois-Châteaux, f° clxiij : « Datum pro copia extracta ab originali, cum quo fuit facta collatio per me, F. Banardi. — Recueil B, n° 66. — Copie interpolée aux arch. de la Drôme.

CXXV. *14 octobre 1447.*

(Nicolai V[i] papæ confirmatio permutationis an. 1447)*.

Nicolaus episcopus, servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Dum intuitum nostre conservationis extendimus ad præclaram dilectionem quam dilectus filius nobilis vir Ludovicus dalphinus Viennensis, gonfalonerius noster [1], illibatam ad nos et Romanam gerit ecclesiam, dumque etiam egregia virtutum suarum merita, quibus clarere dignoscitur, diligenter actendimus, merito inducimur ad ea sibi favorabiliter concedenda que ad status sui commoditatem respicere videantur. Sane pro parte dicti dalphini nuper nobis exibita petitio continebat quod ven[lis] frater noster Petrus episcopus Albanensis, in civitate nostra Avinionensi et nonnullis aliis locis sedis apostolice legatus, ex certis rationabilibus causis animum suum moventibus castrum Montillii Adhemarii cum medietate ejusdem ville, Valentin. diocesis, ad nos et dict. ecclesiam pleno jure spectans, dummodo noster assensus accederet, ac prefat. Ludovicus dalphinus castrum Grillonis, Tricastrin. diocesis, ad ipsum dalphinum pertinens, cum omnibus juribus et pertinenciis eorumdem, sub certis modis tunc expressis invicem permutarunt sua castra huj[di], alter alteri dedit et concessit, iidemque legatus castri Grillonis ac dalphinus castri Montillii Adhemarii cum dicta medietate ville possessionem fuerunt pacifficam assequti, prout hec [1]..; cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, idem dalphinus dubitans premissa viribus non subsistere, pro parte ipsius nobis fuit humiliter supplicatum ut premissis... pro eorum subsistentia firmiori robur apostolice confirmationis adjicere de benignitate apostol. dignaremur. Nos igitur, existimantes prefat. cardinalem nonnisi necessariis et bonis causis ad hoc animum suum moventibus processisse, huj[di] supplicationibus inclinati, permutationem sive donationem et concessionem et possessionis assecutionem predict. et omnia inde secuta authoritate apostolica ex certa nostra scientia confirmamus ac presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes deffectus si qui forsan intervenerint in

eisdem, dummodo idem dalphinus et sui in comitatu Valentin. et Diensi pro tempore successores prefato legato vel alteri pro Romana ecclesia in dict. partibus legato aut rectori seu gubernatori pro tempore existentibus omnia et singula solita et consueta jura que per comites Valentin. et Dien. Romanæ ecclesie exhiberi et prestari hactenus consueverunt seu debuerunt de consuetudine vel de jure, quibus in aliquo prejudicari nolumus, prestet et exibeat seu p-ent et e-ant cum effectu. Nulli ergo... pag. nostræ confirmationis, communionis et suppletionis..; si quis... Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnat. Domin. M°CCCC°XLVII°, pridie idus octobris, pontifficatus nostri anno I°. Jo. de Vulteriis, F. de Laude, Poggius; registrata in camera apostolica, S. Cousin [3].

(*) Arch. de l'Isère, reg. *Ius liber copiarum comitatus Valen. et Diensis DD* (B. 288), f° VIIxx vij. — Recueil B, n° 62 (d'après le précéd.).

(1) La charge de gonfalonier de l'église Romaine avait été donnée au dauphin Louis (XI) par le pape Eugène IV, le 25 août 1444 (*Cartul. ms. de St-Paul-Trois-Châteaux*, f° lxj). — (2) Voir la ch. cxxi, p. 283.

(3) A la suite se trouve le bref suivant, du 22 octob. 1447, relatif aux résultats de la mission du jurisconsulte Guy Pape, envoyé par le dauphin auprès du nouveau pape Nicolas V ; il porte cette suscription : « Dilecto filio nobili viro Ludovico dalphino Viennensi, gonfalonerio nostro ».

NICOLAUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio nobili viro Ludovico dalphino Viennensi, gonfalonerio nostro, salutem et apostolicam benedictionem. Accessit ad nos dilectus filius Guido Pape, legum doctor, nuncius et orator tuus, quem libenter vidimus tui contemplacione et benigne audivimus que tui ex parte retulit nobis. Cupientes ergo complacere tuis votis in omnibus que te desiderare videmus, exaudivimus tuas supplicaciones quantum honestas passa est et ita ut putemus satisfactum desiderio tuo; itaque ipse Guido ad te revertitur expeditus, cum benedictione nostra. Et certe persuadeat sibi tua excellencia te habere spiritalem patrem, qui te diligat et amet caritate paterna et qui in tua virtute et devocione singularem fiduciam gerit in promptu semper, quantum permictet Deus, ad ea que cedant ad statum et honorem tuum et tuam ac tuorum consolacionem : nam audivimus et vidimus te semper promptum et paratum ad ea que videres cedere ad honorem Dei et statum ac dignitatem Romane ecclesie et apostolice sedis. De nostra autem erga tuam prudenciam singulari affectione dictus Guido, qui eam verbo et opere perspexit, lacius loquetur tecum, cui velis in hoc fidem prebere. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno Incarnac. Domin. M°CCCC°XLVIImo, XI° kalend. novembris, pontifficatus nostri anno I°. P. DAVIDIS.

CXXVI*. *22 novembre 1449.*

LOYS, aisné filz du roy de France, daulphin de Viennoys, conte de Valentinoys et de Dioys, au senescal de nosd. contés de

Valentinois et de Dioys ou a son lieutenant en son siege du Monteilymart, salut. De la partie de nostre amé et féal conseiller frere Mathieu Pecol, religieulx de l'ordre de Saint Benoist et prieur du prieuré de Nostre Dame de Aygu, dud. lieu de Monteilaymart, nous a esté humblement exposé que come puis nagueres nostre saint pere le Pape aye a nostre requeste collegiée l'eglise de Sainte Croys dud. lieu de Monteilhaymart et a ycelle eglise uni led. prieuré de Nostre Dame de Aygu, et tout par la forme et maniere que plus a plain peut apparoir par la teneur de la bulle sur ce donnée par nostred. saint pere aus gens d'eglise beneficiés oud. college, toutesvoiz ce non obstant led. exposant doubte que les doyen, chapitre, chanoignes et autres beneficiés en lad. eglise et college de Sainte Croix ou ores ou pour le temps avenir luy feissent ou donnassent en ses droyz, revenues et possessions appartenens aud. prieuré ennuy ou empeschement contre la teneur et intencion de lad. bulle, en nous requerant humblement provision ; pour quoy nous, ces choses considerées, vous mandons et très expressement comandons.. que vous faictez ou faictez faire inhibicion et deffence de par nous sur grosses paines a nous appliquez aud. doyen, chappitre et autres gens beneficiés en lad. eglise et college de Sainte Croix du Monteilhaymart que aud. frere Math. Pecol, prieu dud. prieuré, ne en ses droiz, revenues et possessions dependens et appartenans aud. prieuré ilz ne facent ne mectent ou donnent... sa vie durant destorbiez, ennuy ne empeschement ne prejudice ou domainge.., car ainsi nous plaist il estre fait, non obstant... Donné à Saint Chier, le xxii[e] jour de novembre, l'an de grace mil CCCC quarante neuf ; par mons[r] le daulphin, à la relacion du conseil, Poictiers.

(*) Recueil D, f° lxviiij : Registrum licterarum dom. prioris Ayguni. — Le 4 décem. suiv. « nob. Arnaudus Audoardi, locumtenens dom[i] senescalli in sede Montilii Adhem. » signifia cette défense « hon[bus] viris dd. Bartholomeo Grangerii, Anthonio Alardi, Petro Jordani, Anthonio Sertoris, Johanni Beassie, nob. Eynardo Audoardi. canonicis, Humberto corario, Anthonio de Aygahnechio sclaffardo... et in eorum personis d. decano dicte ecclesie aliisque canonicis, corariis et sclaffardis... absentibus... »

CXXVII. *24 mars 1450.*

Littere appostolice confirmationis unionis*.

Nicolaus episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rey memoriam. Ea que pro divini cultus augmentatione in quibusvis

ecclesiis atque locis presertim auctoritate nostra provide processisse comperimus, ut illibata persistant libenter cum a nobis petitur apostolico munimine roboramus. Dudum siquidem, ad suplicationem dilecti filii nobilis viri Ludovici, carissimi in Xpo filii nostri Karoli Francorum regis illustris primogeniti, dalphini Viennensis existentis, pro ejus parte tunc nobis expositis rationabilibus causis per alias nostras litteras certo judici sub certis modis et formis tunc expressis dedimus in mandatis ut auctoritate nostra, vocatis *(ch. CXXIV, passim)*... Cum autem, sicut accepimus, erectio, deputatio, suppressio, unio, incorporatio et annectio predicte licterarum predict. vigore per eumdem executorem postmodum rite processerint, illeque ad decorem et venustatem ecclesie collegiate ac ville hujdi, in qua ecclesia singulis diebus una de die et alia pro mortuis missa cum nota et alta voce celebrantur necnon matutine et alie hore canonice dicuntur et divinus cultus devote et laudabiliter exercetur, plurimum redundare et cedere videantur, necnon ipsa ecclesia a ducentis annis et a tanto tempore de cujus contrario memoria hominum non existit per presbiteros et clericos seculares in ea habitantes in divinis et alias recta et gubernata fuerit ; quamvis tamen ab exeqution litterarum predict. pro parte dilectorum filiorum modernorum prioris dicti prioratus (de Eyguno) et abbatis monasterii Insule Barbare,.., a quo dict. prioratus dependere noscebatur, ad dilectum filium officialem Lugdunensem... de facto appellaverunt et appellationem hujdi dicto judici intimari procuraverunt, ipseque prioratus, qui olim conventualis extitit, extra dict. villam situatus sit et magnam ruynam pasciatur et modicum servitium divinum inibi nec matutine neque misse cum nota seu etiam alie hore canonice dicuntur, pro parte dicti dalphini, asserentis se ad dict. collegiatam ecclesiam singularem gerere devotionis affectum, nobis fuit humiliter suplicatum ut erectioni, *etc.* ac aliis... factis atque gestis pro eorum subsistencia firmiori robur apostolice confirmationis adjicere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur omnes et singulas lites et causas inter decanum et capitulum ac priorem et abbatem prefatos,.. auctoritate apostolica ad nos harum serie advocantes et penitus extinguentes ac super ecclesia et prioratu prefatis abbati et priori.. perpetuum silentium imponentes, ac statui decani et capituli predict. in premissis opportune providere volentes et hujdi suplicationibus inclinati, erectionem, deputationem, suppressionem, unionem, annexionem et incorporationem predict... auctoritate apostol. ex certa sciencia confirmanus et approbamus necnon presentis scripti patrocinio communimus,

supplentes omn. et sing. deffectus si qui forsan intervenerint in eisdem, et nichilominus unionem, annexionem et incorporationem easdem quoad beneficia secularia et regularia etiam ad capellanias in dicta ecclesia collegiata fundatas, que de jure patronatus laycorum fuerunt et qui layci in ipsa unione consenserint et consentient infuturum,... cum illa per cessum vel decessum modernorum ea obtinentium aut alias deinceps vaccare contingerit, locum habere et suum plenarium effectum sortiri debere, et eo casu adveniente decano et capitulo predict... beneficiorum sic unitorum juriumque et pertinentiarum eorundem corporalem possessionem auctoritate propria libere aprehendere et illorum fructus ad se apropriari... licuisse et licere.. : non obstantibus.. Nulli ergo.. ; si quis .. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno Incarn. Domin. M° CCCC°XLIX°, IX° kalend. aprilis, pontific. nostri anno III°. A. de Racaneto.

(*) *Cartul.* ms. *de St-Paul-Trois-Châteaux*, f° clxiij v° : « Datum pro copia extracta ab originali cum quo fuit facta collatio per me, F. Banhardi. »

CXXVIII. *2 août 1452.*

(Patentes du dauphin pour l'exemption des tailles)*.

Loys ainsné filz du roy de France, daulphin de Viennoys, conte de Valentinoys et de Dioys, a touz ceulx qui ces presentes lettres verront, salut. De la partie de noz chers et bien amez les cosses, scinditz, bourgoys, manans et habitans de nostre ville de Monteil-aymar nous a esté humblement exposé que, combien que despieca et deslors que feismes l'acquest de la moitié d'icelle ville nous les eussons par noz autres lettres et pour les causes en icelles contenues affranchiz et exemptez de toutes tailles, aydes et subsides mises et a mectre sur de par nous en nosd. Daulphiné et contez, neantmoins ceste presente année ceulx de nostre chambre des comptes, par vertu de certaines lettres impetrées par inadvertance ou autrement par le procureur des troys estaz d'iceulx noz pays, ont assis et imposez lesd. supplians a certain nombre de feuz comme les autres de nosd. pays et les a voulu et veult nostre amé et feal conseiller et tresorier general de toutes noz finances contraindre a paier ce que ilz ont esté tauxez et imposez, en leur tresgrant grief, prejudice et dommaige, et plus pourroit estre ou temps avenir, si come ilz dient, se par nous ne leur estoit sur ce pourveu, en nous humblement requerant

que, actendu ce que dit est, nous les vueillons faire joyr de leur dite franchise ; savoir faisons que nous, considerans les bons et agreables services que nous ont faiz les dessusdits le temps passé et font chacun jour de bien en mieulx, voulans obtemperer a leur requeste, a iceulx avons octroyé et octroyons et declairé nostre vouloir estre tel de grace espicial et plaine puissance par ces presentes que doresenavant et pour le temps present ilz soient tenuz quictes, francs et exemps d'icelles tailles, aydes et subsides, et tout sellon la forme et teneur de leursd. premieres lettres. Si donnons en mandement... a noz amez et feaulx conseillers les gouverneur ou son lieutenant, gens de nostre conseil, de noz comptes et tresorier residens a Romans, au senneschal de nosd. contez et a touz noz autres justiciers et officiers.. : car ainsi le voulons et nous plaist estre fait... Données à Valence, le IIe jour d'aoust l'an de grace mil CCCC cinquante et deux. — *(Au repli)*. Par monseigneur le Daulphin, le mareschal du Daulphiné, le sire d'Aymaville, le general et autres presens, Bourre.

(*) Original parch. de 21 lig. coté let. L, avec l'entérinement par le gouverneur Louis de Laval, « dat. in loco Stelle, d. penult. m. augusti a. D. 1452 », et une nouvelle attestation du même pour l'exemption de toute contribution, « dat. Vienne, d. 16 m. decemb. a. D. 1456 ».

CXXIX. *Février 1455.*

(Patentes du même pour levée d'imposition)*.

Loys, ainsné fils du roy de France, dauphin de Viennois, comte de Valentinois et Diois, savoir faisons a tous presents et avenirs nous avoir reçu humble supplication des cosses, sindics, bourgeois, manants et habitants de notre ville du Montelimart, contenant que obstant les grands charges qu'ils ont eu le temps passé a suporter et memement avant qu'ils fussent en nos mains et ont encore de jour en jour ils ne pouroient ne auroient de quoy faire faire plusieurs fortifications, reparations ne autres charges insupportables qui sont necessaires a lad. ville, et a quoy ils entendroient tres volontier et par special le pont qui est commencé sur la riviere de Roubion qui passe pres d'icelle ville, si notre grace ne leur etoit sur ce impartie, en nous humblement suppliant que, attendu ce que dit est, nous leur veuillons octroyer a toujours, mais en tant que bon leur semblera, les choses qui s'ensuivent : c'est à savoir qu'ils puissent faire inditz de lever ou faire lever sur toutes les chairs qui dorenavant se vendront en

detail dans lad. ville pour chacune livre 1 denier de monnoye courante, dont les 24 deniers valent 1 gros, ou moindre se mestier est; et aussy que pour obvier aux inconvenients et dommages qui en temps passé ont été faits et encores se font de jour en jour par aucuns des bouchers d'icelle ville ils puissent vendre ou faire vendre à l'enquant public la boucherie de lad. ville et la livrer à ceux qui meilleur marché de chair voudront faire au profit de la chose publique, et que nuls autres fors ceux a qui elle sera livrée ne puissent ne doivent vendre aucune chair; et outre pour ce que les Juifs demeurants en icelle ville font tuer leurs chairs en lad. boucherie et après ce qu'ils les ont visitées en prennent ce qu'ils veulent et le demeurant laissent, que pour obvier aux suspections et inconvenients qui en pouroient ensuivre nous leur veuillons aussy octroyer que par nos officiers dud. lieu soit ordonné et établit auxd. Juifs un boucher de ceux qui achetteront lad. boucherie et non autre, qui sera tenu les fournir des chairs a eux necessaires seulement et non plus avant, et ce que luy demeurera desd. chairs qu'il les puisse vendre a qui il poura en un banc a part et non point a lad. boucherie avec celles des Chrestiens. Pourquoy nous, les choses dessus dites bien considerées, voulant obtemperer à la requette desd. suppliants, a iceux... avons octroyé et octroyons de grace specialle... les choses dessus dites.., pour l'argent qui en ystra tourner et convertir esd. fortifications et autres choses necessaires de lad. ville et du pont et non ailleurs; si donnons en mandement... a nos amés et feaux conseillers les gouverneur et gens de notre parlement residants a Grenoble, au senechal de nosd. comtés et a tous nos autres justiciers et officiers.. ; car ainsy le voulons et nous plait etre fait... Donné a Valence, ou mois de février, l'an de grace 1454; par mons[r] le Dauphin, le marechal du Dauphiné, le sire de Crussol et autres presents, J. Bourre.

(*) Recueil B, n° 67, copié sur l'origin. coté M en 1732; inséré dans l'entérinement du gouverneur Louis de Laval, « dat. Gratianopoli, d. 27 m. martii a. N. D. 1455 ».

CXXX. *5 juin 1455.*

(Homagium Ludovici dalphini papæ Calixto III°)*.

Petrus, miseracione divina episcopus Albanensis, sancte Romane ecclesie cardinalis de Fuxo vulgariter nuncupatus, in civitate

Avinionis et comitatu Veneyssini pro dom° nostro papa et s[a] Romana ecclesia in temporalibus vicarius generalis, ac in Arelatensi, Aquensi et nunnullis aliis provinciis, civitatibus et diocesibus a latere sedis appostolice legatus, univ. et sing. subdictis dom[i] nostri pape in civitate Avinioni et comitatu Venayssini ceterisque terris eisdem adjacentibus ac aliis incolis et habitatoribus et quibusvis personis non subdictis notum facimus et tenore presencium atestamur quod, die date presencium, nobilis strenuusque miles dom. Karolus de Grollea, dominus de ChasteauVillain, diocesis Viennensis, in presencia nostra personaliter constitutus, nomine ill[mi] principis et domini dom. dalphini Viennensis comitisque Valentinen. et Dyensis, prestitit homagium et fidelitatis juramentum, juxta mandatum et potestatem per eumdem ill[mum] principem et dominum sibi actributam, quam his pro inserta haberi volumus [1], et alias sub forma et modis in talibus fieri consuetis, pro castro videl. Montis Adhemarii, Valentin. diocesis, quod nomine ecclesie Romane prefatus ill[mus] princeps et dominus recognovit et recognoscit per supradictum tenere ; quod quidem homagium et fidelitatis juramentum nominibus quibus supra admisimus et recepimus, admictimusque et recipimus per presentes volumusque prefat. illu[mum] principem et dominum quieta et paciffica ejusdem castri Montillii Adhemarii cum suis pertinenciis possessione uti et frui. In quorum omnium et singul. supradict. fidem et testimonium presentes licteras patentes concessimus et fieri jubsimus sigillo nostro auctentico appendenti munitas. Datum in palacio appostolico Avinionis, die v[a] mensis jugnii, anno Incarnac. Domin. M°CCCC°LV°, pontifficatus ss[mi] in Xpo patris et dom[i] nostri d. Calixti div. provid. pape III[i] anno 1°. Reg[ta]. H. de Austabeno.

(*) Arch. de l'Isère, reg. *I[us] lib. copiar. comit. Valent. et Diensis DD* (B. 288), f° VII[xx] xiij : *Copia licterarum ad causam homagii prestiti per dom. nostrum dalphinum summo pontiffici ad causam ville Montilhii Adhemarii ;* originale ponitur in altera cassiarum Valen. et Diensis.

(1) Le texte s'en trouve à la suite : « donné à Valence, le IJ[e] jour de juing, l'an de grace mil CCCC LV ; par mons[r] le Daulphin, l'arcevesque d'Ambrun, l'evesque de Valence, les gouverneur et mareschal du Daulphiné... »

CXXXI. *26 octobre 1461.*

(Patentes de Louis XI pour maintenue des libertés)*.

Loys, par la grace de Dieu roy de France, daulphin de Viennoys, conte de Valentinoys et de Dioys, a noz amez et feaulx conseilliers les gouverneur de nostre Daulphiné ou son lieutenant, gens de

nostre parlement, de noz comptes et tresourier dudit pays, salut et dilection. Hunble supplication de noz bien amez les scindicz, consulz, bourgoys, manans et habitans de nostre ville de Monteilhaymart avons receue, contenant que nous estans oudit lieu et après que eusmes acquis de nostre saint pere la moitié de la seigneurie de lad. ville qu'il y avoit et que le eusmes bien et deuement recompensé, en regard et consideracion a ce que ladicte ville qui est assise sur les fins et limitez de nostred. pais du Daulphiné, voulans subvenir et aider ausd. supplians, donnasmes certains previlegez, franchisez et libertez ausd. supplians, entre lesquelx leur donnions qu'ilz feussent francs et exemps de non venir es troys estaz de nostred. pais du Daulphiné, jacoit ce qu'ilz y feussent mandez, ne de payer et contribuer aux dons, charges et aidez misez sus en nostred. pais par les gens desd. troys estas.. ; et combien que iceulx exposans ayent joy et usé desd. previleges, libertés et franchises plainement et paisiblement durant le temps que avons fait nostre demourance oud. pais, ce non obstant depuis nostred. partement et que avons esté es pais de Flandres et de Brabant, aucuns officiers qui pour lors estoient en nostred. parlement et chambre des comptes, au prouchas et instance des troys estas dud. pais, voulans enfraindre lesdiz previleges, libertés et franchises par nous donnez et octroyez ausd. supplians.., les ont voulu contraindre a venir ausd. troys estas, payer et contribuer es dons, aides et suctides qui ont esté mis sus et levez en nostred. pais, et oultre plus en certaine novelle revision des feux faite oud. pais ont mis et fait estre lesd. supplians, a celle fin de les faire payer et contribuer es aides et taillies dud. pais, et pour ce que lesd. supplians ont esté reffusans de ce faire les ont mis en grans involucions de proces en nostred. court de parlement, non obstant que nous estans esd. pais de Flandres et de Brabant leur eussions rescript que pour amour et contemplacion de nous ilz voulsissent tenir et garder lesd. supplians en leurs previleges, franchises et libertés, et d'iceulx les faire joyr et user comme ilz faisoient quant nous estions en nostred. pais du Daulphiné : neantmoins de ce faire ilz ont esté reffusans, delayans et en demoure, et les ont mis en grans involucions de proces, ou grant mespris et content de nous, de nostre auctorité et puissance, grief prejudice et dommaige desd. supplians, et plus seroit se nostre grace ne leur estoit sur ce impartie ; en nous humblement requerant icelle. Pour ce est il que nous, ces choses considerées, voulans garder et conserver les previleges, franchises et libertez par nous a eulx donnez et octroyez et en iceulx les maintenir et garder, vous man-

dons et comandons par ces presentes que s'il vous appert deuement desd. previleges, franchises et libertez par nous donnez ausd. exposans... et qu'ilz en ayent joy et usé plainement et paisiblement, comme ilz dient, oudit cas vous lesd. exposans faictez joyr et user plainement et paisiblement desd. previleges, *etc.* et les meetez hors desd. proces et despens et aussi des roole et escripture de lad. novelle revision de feux.. : car ainsi nous plaist et voulons estre fait, et ausd. supplians l'avons octroyé et octroyons de grace especial.., non obstant... Donné à Tours, le xxvj[e] jour d'octobre l'an de grace mil CCCC soixante et ung, et de nostre regne le premier ; par le roy daulphin, a la relacion du conseil, P. George.

(*) Inséré dans l'acte suiv. (ch. CXXXII). Suit un mandat du gouverneur Jean bâtard d'Armagnac pour l'entérinement desdites lettres, « dat. Gronopoli in parlamento, d. 19 m. novemb. 1461 ».

CXXXII. *(Circ. 1462).*

Articuli consulum Montillii Adhemarii*.

Parum esset libertates, previlegia et exempciones per principes suppremos concedere, nisi ille observarentur et illibate concederentur per eos ad quos spectat, videl. per ministros et exequutores justicie, et presertim quando tales libertates sunt antiquissime et per plures et diversos principes consequutive confirmate, et super eisdem in contradictorio judicio plur. et div. ordinaciones in favorem talium libertatum obtente. Quocirca ut huic magn[co] dalphinali parlamento constet et appareat sindicos et totam comunitatem Montillii Adhemarii debere gaudere libertatibus eisdem dudum per quond. dominos dicti loci concessis et eciam per ill[mum] principem dominum nostrum modernum dicti loci Montilii, et non debere contribuere in subsidiis dalphinalibus nec comparere in congregacione trium statuum dalphinalium presentis patrie Dalphinatus nec teneri ad solucionem tallie levari ultimate ordinate.., traduntur... sequencia proposita dict. libertates declarancia, quibus quathinus in facto consistunt petunt per dd. advocatum et procuratores fiscalem et trium statuum responderi... In primis, quod de anno Dom[i] M°C°XC°VIII° ab Incarn. *(ch. IX, p. 20)*... ; *4)* item et successive de an. Dom. M°CCC°XCV° ab Inc. et d. III[a] m. februar. *(ch. LXXXVII, p. 221-35)*... ; *7)* it. quod tandem et succes. de an. Dom. M°CCCC° XXVII° et d. XXII[a] m. marcii *(ch. CVIII, p. 266-7)*.. ; *8)* it. et succes. de an. Dom. M°CCCC°XLVII° et d. penult. m. maii *(ch.*

offerenti, prout venditum fuit et libratum ultimate per nob. et pot. virum Joannem Guyon, thesaurarium delphin. in loco Mont.,.. die xx(IV)a mens. junii currente an. Dom. M°CCCC°LXXXIV, qua d. erat festum bi Joannis Bapt., venli viro Claudio Guineti, jurium baccalario, baillivo Grignani,.. pretio v libr. et x sol. Turronen. pro quolibet anno... et cavit per nob. Yvonetum Herberti dicti loci... ; — *5)* item pariter... quod dict. d. delphinus et comes.. habet et percipit insolidum in ipsa villa Mont. emolumentum leydæ et furæ.., quod similiter vendi consuevit una cum prædicto et sequentt. emolumentis... ad.. III annos, sicuti dict. anno et die libratum fuit... Petro Vassillionis alias Asty, pretio pro quolibet anno... x libr. Turron. et pro eo cavit discr. vir mag. Simonus Corteti, notarius ipsius villæ... ; — *6)* item pariter... quod idem d. n. delphinus et comes percipit insolidum in dicta villa... emolumentum sigilli curiæ delphinalis Valentinen. et Diensis et Valdainæ et ressortorum ejusdem in sede Montilii constitutæ, quod dicta die.. venditum fuit... Guilhermo Chapusii, mercatori dictæ villæ, pretio xxv libr. Turron. pro quolibet anno... et cavit per Carolum Laurentii ejus filiastrum... ; — *7)* item exinde... quod jamdict. d. delphinus habet et percipit insolidum in dicta villa M. emolumentum scribanniæ scripturarum curiæ prædictæ Valdaynæ et ressortorum ejusd. ordinariæ.., quod.. venditum fuit... mag. Ludovico Laurentii, asserto notario ipsius villæ M., clerico mag. Jacobi Cuculi, pretio cujuslibet anni.. cc libr. Turron., et cavit per magg. Jacobum Cuculi et Simondum Courteti, notarios ipsius villæ... ; — *8)* fueruntque deinceps attestati... quod prædict. d. rex delphinus et comes habet et percipit... insolidum emolumenta clamorum et deffectuum qui exponuntur in curia ejusd. villæ M.., quæ... insimul vendi consueverunt.., prout ultimate... mag. Jacobo de Rempusio, notario dicti loci, pretio pro quolibet anno... LX libr. Turron., et cavit per mag. Simonem Courteti notarium.. ; — *9)* recognoveruntque insuper... quod supradict. d. n. rex delphinus habet et percipit in villa Mont. et territorio ejusd. tam per aquam quam per terram pedagium delphinale sive jus eidem pertinens unacum les ances Savassiæ et pedagio Lenæ.., prout ultime libratum fuit cum dict. ancis Savassiæ et pedagio Lenæ... Guilhermo Chapusii, mercatori Montilii, ad tempus III annor., pretio pro quolibet anno.. XIIc et LXXVIII libr. Turron., ut cavit per Carolum Laurentii et Noemi Franchesini.. : quæ pretia dict. emolumentorum solvere consueverunt per quartones anni et ultimate... dicti fermarii se submiserunt apportare ipsa pretia eorum propriis sumptibus apud Gratianopolim in

thesauraria delphinali... ; — *10)* item etiam recognoverunt quod dict. d. delphinus percipit in mandamento seu territorio Mont. pulveragia et herbagia quæ debentur occasione animalium ascendentium ad montes, ad estimationem, et quando redeunt de montibus dum transeunt per mandamentum dictæ villæ, sive sint avere menutum sive vacchiæ, boves aut alia, item etiam pro jumentis et equis dum transeunt per mandamentum prædict. absque calcando et detrictando blada... ; — *11)* successive attestaverunt.. bannum campestre ejusd. mandamenti pertinere jamdicto d. n. regi delphino et comiti.. insolidum, quod vendi consuevit... uti alia emolumenta ; — *12)* similiter... certificaverunt quod prædict. d. n. delphinus et comes.. percipit laudimia prædiorum quæ moventur de ejus directo dominio insolidum, et recipit.. ad rationem quarti denarii sive ad III gros. pro quolibet florino, et dum prædia moventur ab eodem d. delphino pro tertia parte pro indiviso cum dominis Grignani et de Vouta, percipit ipse d. delphinus tertiam partem laudimiorum dumtaxat ; quæ laudimia et census annuales una cum inquestis exigi consueverunt.. per clavarium et receptorem delphinalem ipsius villæ, qui de eisdem denar. suæ receptæ consuevit annis singulis reddere computum in camera computorum delphin. ;— *13)* item deinde recognoverunt... quod jamdict. d. n. delphinus et comes percipit in dicta villa... emolumentum signeti mensurarum.., taliter quod vendentes et ementes vinum, oleum et alios liquores, bladum cujuscq. speciei.. non debent mensurare nisi in mensuris legalibus et signatis signo delphinali, et dum s[ecus] faciunt trahuntur ad inquestam et reprehendi consueverunt tamquam delinquentes : quod quid. emolumentum consuevit vendi... per dict. clavarium.. ; — *14)* et finaliter fuerunt attestati... quod jamdict. d. n. delphinus et comes percipit... inquestas et emendas quorumcq. delinquentium in villa et toto territorio Mont., et etiam emendas quorumcq. aliorum rebellium quando recusant parere mandatis ipsius curiæ Mont. quando per ipsam curiam inquestantur... Acta et recitata fuerunt præmissa in dicta villa Montilii in domo comunitatis dictæ villæ, videl. in camera superiori, præsent. testibus Claudio Darlodi, serviente delphin., habit. Cabeoli, mag. Petro Galimardi, notario ipsius comunitatis, nob. Roberto Puissant, clavario delphin. et pluribus aliis.., et me Bodrati.

(*) Recueil B. n° 71, sans indication de source.

CXLIII. *26 décembre 1487.*

(NOVA ELECTIO CONSULUM MONTILLII ADHEYMARII)*.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti, amen. Noverit... quod cum a tempore incarnacionis (!) consulatus ville Montillii Adheymarii.. acthenus facte, juxta tenorem instrumenti innovacionis dicti consulatus et juxta laudabilem consuetudinem inconcusse observatam in ipsa villa.. citra, consules dicte ville M. A. cum voluntate et auctoritate suorum consiliariorum pro tempore existencium die IIa Nativitatis Domini nostri Jhesu Xpisti, festi bi Stephani computata XXVIa mens. decembris, in aula magna conventus Fratrum Minorum ejusd. ville.. debeant et possint eligere sibi successores a dicta die qua finit eorum officium consulatus usque ad eamd. diem inclusive anno revoluto, et sit ita quod honles viri Guillermus Albanelli et Pauletus de Plano,.. consules.. anni proxime effluxi.., congregati essent.. una secum honbus et prov. viris Durono de Quercore, Poncio de Cocordacio, Johanne Genevesii, Francisco Magistri alias Lardet, Maximino Riperti et Johanne Auberti.., eorum consiliariis, una cum pluribus et notabilibus viris dicte ville.., hinc.. est quod anno beatis. Incarnac... MoCCCCoLXXXVIIo et die XXVIa mensis decembris,.. supranominati... consules.., cum voluntate, consilio et consensu supranom... consiliariorum,.. eligerunt et nominaverunt sibi successores in consules et rectores et custodes universitatis ipsius ville.., videl. honles viros Glaudium Muras et Amancium La Rocha.., et in eorum consiliariis nob., egreg. et honles ac probos viros d. Hugonem de Montibus, in legibus baccallarium, Johannem Charpandi, Laurencium Alymon, Mondonum de Ranco, Jacobum Ruffi et Franciscum Odonis alias Nyblo,.. cum potestate.. ; qua quid. electione facta,.. promiserunt et juraverunt unus post alium super Biblia quinque librorum Moysi manus suas proprias ambas ponendo modo solito, tactis Scripturis SS.. quod ipsi consules noviter electi.. in officio consulatus hujdi fideliter se habebunt, franchesias, libertates, usus et bonas consuetudines ipsius ville.. suo posse custodient, substinebunt et deffendent.., bonaque, res et jura dicte universitatis procurabunt, inutilia.. evictabunt et cetera facient que... facere sunt astricti ; consiliarii vero ipsorum.. modo simili juraverunt... in agendis et negociis dicte univtis ipsos consules.. juxta posse, intellectum et scienciam suos consulere, et bonum comune et publicum tractare et dampnum atque dedecus evictare juxta scienciam et discrectionem a domo nostro Jhesu Xpisto

eisdem datam et colletam... Quo juramento prestito,.. consules anni preteriti ponendo dict... novos consules electos in possessionem dicti officii consulatus, eisdem... claves portalium ipsius ville tradiderunt regendas et gubernandas, paratos se offerentes eisdem.. tradere et expedire.. claves thesaurarie dicte comunitatis et cetera que habent.. De quibus... Acta hec fuerunt in dicta magna aula conventus Fratrum Minorum dicte ville Mont. Adh., presentibus ibidem fratribus et religiosis viris Petro Fabri, gardiano dicti conventus, Petro de Grangia et Stephano Ausini, presbiteris., et me Petro Galimardi, notario publ. et dict. consulum secretario jurato.

(*) Inséré dans un acte du 5 août 1488, par lequel les susdits consuls et conseillers, « et extra consilium nob., hon[les] et prov. viri Guigardus de Pratocomitali, dominus Ancone, item Franciscus Ferrenchi, it. Anthonius Brancardi, it. Guillelmus Albanelli, it. Franciscus Grangie, it. Noe Franchessini, it. Poncius de Cocordacio, it. Pauletus de Plano, it. Bertrandus Raynaudi alias Massapanier, in medicina baccallarius, it. Johannes Genevesii, it. Raymundus Pascalis, it. Ponsonus Girodi, it. Ludovicus Yboti, » se libérèrent envers « nob. Aymaro Odoardi, domino Valsalone loci Marsane, » d'une dette de 500 florins dont ils lui servaient les intérêts à 7 % (35 flor.), en empruntant à « hon. viro Petro Vaxellionis alias Cotin » une somme égale (500 fl.) à 5 % (25 fl.). « Acta in dicta villa M. A., in diversorio intersigni Falconis dicti P. Vaxel. emptoris et in camera appellata de Spelucha, present. ven[li] et honestis viris d. Anthonio Charbonerii, presbitero et clerico ven[lis] ecclesie collegiate S[e] Crucis dicte ville, Durono de Quercore, Noe Francessini, mercatoribus, et Jacobo Sanhas sabbaterio. » — Origin. parch. de 103 lig., cote n° 160.

CXLIV. *29 novembre 1491.*

(Benedictio cimiterii Hospitalis novi Mont.)*.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverit... quod anno beatis. Incarnat. M°CCCC°XCI°, indict. IX[a] et die penult. mensis novembris quæ fuit vigilia b[i] Andreæ apost.,.. d. Innocentii papæ VIII[i] an. VIII°,... rev[dus] in Ch° pater dom. Joannes, miserat. div. episcopus (Aptensis), quatenus canonicus et sacrista Valentiæ, commissarius et vicarius generaliter in spiritualibus deputatus per ven[le] capitulum Valentiæ, sede episcopali vaccante, constantibus actis capitularibus sumptis per.. mag. Joannem Chaboti, not. Val.., ad.. requisitionem nob. et hon. virorum d. Hugonis de Montibus, in legibus baccalarii, et Noe Franchessini, consulum et rectorum communitatis seu universitatis villæ Montilii Adhemarii, dictæ Valent. diœc., ipse episcopus... benedixit cymeterium novum Hospitalis novi ipsius villæ Montilii, et consecravit capellam et altare Beatæ Mariæ de

Pietate ibidem existens, et alia divina officia dixit et celebravit prout in talibus est fieri consuetum juxta ritum s. matris Ecclesiæ. De quibus.. ; in cujus rei testimonium præfat. d. episcopus et commissarius.. jussit instrumentum sui parvi sigilli (munimine) communiri. Acta hæc fuerunt in dicta villa Mont., videl. in dicta capella.., præsentibus ibidem revdo, egregio et venbus viris magg. Petro Fabri, in s. pagina laureato, gardiano conventus Fratrum Minorum villæ Montilii, Alzeario Hypoliti, legum licenciato, vice senescallo et judice, fratre Stephano Missinii, ordinis dicti conventus FF. MM., et Stephano Tenoti, ordinis Sancti Joannis Jerosolimitani.., et me Petro Galmandi, clerico... Mont. Adh., publ. dalph. auct. notario et.. universitatis M. A. secretario.., meque Simondo Courteti, auctt. apost. et delph. notario publ...

(*) Recueil B, nº 72, extrait de l'orig. nº 148 (*Invent.* de 1662, fº 61 vº).

CXLV. *(25 mars ou 6 avril) 1492.*

(Fundatio capellæ Bæ Mariæ de Pietate in Hospitali)*.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Piis fidelium votis libenter præstamus assensum et, ut ea quæ divini cultus augmentum ac pauperum et miserabilium personarum commodum necnon Christi fidelium animarum salutem respiciunt optatum sortiantur effectum, libenter interponimus solicitudinis nostræ partes. Sane pro parte dilectorum filiorum consulum et universitatis hominum villæ Montilii Adhemarii, Valentinen. diœcesis, nobis nuper exhibita petitio continebat quod olim quondam Bartholomeus Johannis, tunc in humanis agens incola dictæ villæ, pia devotione ductus et cupiens terrena in cœlestia et transitoria in æterna felici commercio commutare, quandam capellam sub invocatione beatæ Mariæ de Pietate in Hospitali pauperum dictæ villæ pro inibi missa celebranda per consules et universitatem præfatos fundari, et de nonullis immobilibus bonis per eum legitime acquisitis tunc expressis usque ad valorem annuum xxx floren. monetæ in partibus illis currentis dotari ordinavit, prout in quod. instrumento publ... dicitur uberius contineri ; cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, dicta capella sub invocatione prædicta in dicto Hospitali erecta fuerit et si consulibus et universitati præfatis quod eidem capellæ sic erectæ per unum capellanum in presbiteratus ordine constitutum per eos nominandum, ad nutum eorum amovibilem, in divinis deserviri

facere possent conderetur, præfato (modo) consules et universitas præfati, qui Hospitale præfat. hactenus gubernaverunt et manutenuerunt, ad illius et dict. pauperum ac peregrinorum qui causa peregrinationis ad Sanctum Jacobum in Compostella de Alamania et aliis partibus dietim per dict. villam transitum faciunt manutentionem et operum caritatis exercitium necnon inibi peregrinantium promptius inducerentur divinusque cultus inibi non modicum exinde susciperet incrementum, quare pro parte eorumd. consulum et universitatis nobis fuit humiliter suplicatum, ut in præmissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui pauperum et miserabilium personarum incommoditatibus libenter obviamus et animarum earumd. salutem intensis desideriis affectamus, eosdem consules et universitatem.,. a quibuscq. excomunicationis, suspensionis et interdicti aliisque sententiis, censuris et pœnis... ad effectum præsentium dumtaxat consequendum.. absolventes.., huj[di] supplicationibus inclinati, authoritate apostolica eisdem... quod capella prædicta per capellanum idoneum ad eorum nutum amovibilem in divinis deserviri facere, necnon oblationes et alias elemosinas quæ in capella et in Hospitali prædict. erogabuntur colligere ac in manutentione Hospitalis et pauperum prædict. et divini cultus augmentum dumtaxat convertere libere et licite possint, jure canonico parrochialis ecclesiæ et cujuslibet alterius in omnibus semper salvo, concedimus per præsentes; et nihilominus omn. et sing. utriusque sexus Christi fidelibus v(ere pœnitentibus) qui capellam prædict. in Resurectionis Domini nostri Jesu Christi et Nativitatis ejusdem, beatæ Mariæ virginis festivitatibus ac in die commemorationis omnium fidelium defunctorum devote visitaverint, et pro illius ac dicti Hospitalis conservatione et manutentione necnon pauperum prædict. substentatione manus porrexerint adjutrices, v annos et totidem quadrigenas de injunctis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus; districtius inhibentes dicto capellano et quibusq. aliis personis ne de elemosinis et oblationibus prædict... se intromittant, non obstantibus... Nulli... : si quis... Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnat. Domini M°CCCC°XCII°, VIII°... aprilis, pontificatus nostri anno VIII°. De Turhis.

(*) En *vidimus* d'« Honoratus Beyssoni, jurium licenciatus, locumtenens rev[di] pat. d. Clementis de Cortis, decretorum doctoris, officialis Avenionen. », en date du 19 juillet suiv. — Recueil B, n° 73, avec dessin d'une bulle offrant de face le buste d'un évêque et au revers une mitre, légendes inexactes.

CXLVI*. *Juillet 1498.*

Ludovicus, Dei gracia Francorum rex, dalphinus Viennensis comesque Valentinen. et Diensis, et dominus Montillii Adhemarii... *(ut ch. CXL et CXXII)* ad supplicationem ex parte dict. incolarum.., considerantes etiam quantam fidelitatem et obediencie securitatem ad nos gesserunt, et ut ipsis continuare et preservare valeant temporibus futuris... Datum Parisius, in mense jullii anno Domini M°CCCC°XCVIII° et regni nostri I°. Per regem dalphinum, vobis archiepiscopo Rothomagensi et aliis presentibus. Robertet not., visa Contentor, G. Rude not., registrata.

(*) *Cartul.*, f° 60 v°. A la suite entérinement par « Johannes comes de Fuxo et de Stampis, vicecomes et dominus Narbone, gubernator Dalphinatus .. Dat. Gracinopolis, d. XXIª m. augusti an. Dom. M°CCCC°XCVIII° ; per d. gubernat. ad relacion. curie qua erant dd. Poncius Poncii, Anthonius Muleti, Anthonius Putodi, Anth. Palmerii, Ja. Karoli et Jo. de Ventis ac auditores computorum dalph. Tallifer not. »

CXLVII. *28 avril 1499.*

(Venditio XX flor. annualium pro ecclesia Sᵉ Crucis)*.

In nomine Domini, amen. Noverint... quod cum ex deliberatione consilii universitatis manencium et singulor. habitancium ville Montillii Adheymari.. fuerit dictum et appunctuatum renovari et reedifficari de novo ecclesiam collegiatam Sancte Crucis hujus ville Mont. et inde factum appunctuamentum inter capitulum seu dominos de capitulo ejusd. ecclesie Sᵉ Crucis ex una parte et dd. consules et consilliarios ejusdem ville M... ex alia parte, per quod ut asseritur fuit concordatum quod dicti dd. consules et consilliarii, nomine ville et universitatis.., darent et solverent pro misiis et expensis circa dict. reffectionem et renovationem dicte ecclesie.. fiendis VII denar. et dicti domini de capitulo ecclesie predicte.. octavum denar. reddendo singula singulis ; circa cujus ecclesie reffectionem et fabricam illius processum extitit et multe peccunie implicate et imposite, ita quod capitulum seu domini de capitulo ecclesie pred. debitores existunt erga thesaurarium et opperarium ipsius fabrice ad causam arreyragiorum dicti octavi den. ad quem contribuere tenentur circa dict. fabricam de certa magna peccunie summa quam solvere non potuerunt prout nec possunt de presenti, cum substinuerunt cum magna solicitudine et exposicione plurium peccuniarum processus et causas

pro deffencione dicte ecclesie et annexorum, unam videl. contra revdum patrem et dom. abbatem Insule Barbare, ad causam unionis prioratus de Aygumo ad eamdem ecclesiam uniti, aliam contra rev. in Xpo patr. dom. Valentinen. episcopum, ad causam dismembrationis cure hujus ville a capitulo predicto, et aliam contra dominum et homines de Aleyraco, fueritque dictum et advisatum per habitantes hujus ville ut opus et fabrica predicte ecclesie, que longo tempore duravit, Deo duce brevi tempore compleatur ad honorem Dei et gloriosissime virginis Marie ejus matris, exhigi et levari colletam in eadem villa pro eadem fabrica super habitantes ipsius ville necnon arreyragia ad causam dicte collecte et fabrice debita, pro tamdem illa implicando et exponendo circa perfectionem ecclesie predicte, et quia dicti domini de capitulo, ut premictitur, debitores existunt ad causam arreyragiorum ipsius fabrice de certa magna peccunie summa quam solvere cupiunt ut opus ipsum compleatur ex eadem summa et alia ex colleta levari assueta ab ipsis et ceteris habitantibus hujus ville, quod facere non possunt nisi mediante vendicione infrascripta.. Hinc est quod anno Domi MoCCCCoXCIXo et die xxviiia mens. aprilis,.. venles viri dd. Johannes Pascalis sacrista, Glaudius Filholis, Johannes Fabri, Petrus la Roche, Guillermus de Quercore, Guilhermus de Pratocomitali, Johannes Granovelli et Glaudius Carronis, canonici ecclesie Se Crucis, nome capituli ejusdem.. ecclesie, ut et tamquam principales, necnon ad ipsorum preces et requestam honles viri Petrus Brisseti et Guilhermus de Plano, consules et rectores present. ville, nome universitatis et singul. habitancium dicte ville eorum fidejussores, una cum voluntate et consensu honlium et provid. virorum Johannis Charpandi, Johannis Guntardi, Duroni Asterii, Johannis Grangie et Guigardi Lomedieu, suorum consilliariorum,... vendiderunt et.. desamparaverunt nob. et egr. viro d. Hugoni de Montibus, legum baccallario, habitatori dicte ville.., xx floren. monete parve currentis annuales, reddictuales, pencionales, mortuos et sine dominio directo et senhoria, quos solvere promiserunt.. eidem.. et ejus certo nuncio... anno quolibet et in quolibet festo bb. Philipi et Jacobi..., ita.. quod uno solvente alii liberentur, ad habendum.., precio.. CCCC floren. monete parve currentis, computatis xii gros. ejusd. monete pro singulo flor. ; quod quid. precium prenomin. venditores.. asseruerunt fore amplum, justum et legitimum, non indegens supplemento, illudque habuisse confessi fuerunt domini Se Crucis et consules... ab eodem d. emptore.. in scutis auri cum sole et aliis scutis regiis sine sole, appreciato quolibet

scuto ad xxxviii gros. ejusd. monete et quolibet scuto sine solle ad xxxvii gros.., ibidem... in quod. pilleo exhibitis et... receptis; quos inde incontinenti.. tradiderunt... dd. consulibus pro illos applicando in opere fabrice predicte ecclesie et solvendo partem arreyragiorum per dictos dd. de capitulo.. debitorum si tantum accendant, et si tantum non accendant pro solvendo ratam seu partem rate debende ad causam fabrice seu operis ecclesie predicte restantis ad faciendum : sic quod merito contenti d. emptorem et suos quictaverunt.. ; quam quid. pencionem annuam et perpetuitatem illius pro majori securitate.. venditores.. scituaverunt et incorporaverunt in et super omn. bonis, rebus et juribus suis..., que bona penes eund. d. emptorem et suos precariaverunt et yppothecaverunt..., promictentes.., se devestierunt... et.. emptorem.. tradicione unius calami cum quo scribitur.. investierunt.., juraverunt... Acta fuerunt hec Montillii, in stagio inferiori domus dicte ville M. A., presentibus ibidem ven[li] viro d. Damiano de Crosetis presbitero, oriundo de Crosetis diocesis Anicii, Johanne Sabrani Condilhacii, Johanne Bazo macellario.., et me Johanne de Arboribus, notario dalph. et dicti d. ducis et comitis auctt. publ... †

(*) Original parch. de 79 lig., coté nº 97. Par acte du même jour les chanoines de Sainte-Croix prirent à leur charge exclusive l'obligation de servir les 20 flor. de pension.

CXLVIII*. *19 décembre 1500.*

In nomine Domini, amen. Noverint... quod cum Petrus Arthaudi, habitator present. ville Montillii Adheymarii, alter ex franchis archeriis ejusd. ville M., teneatur dd. consulibus ejusd. ville M. in summa xl floren. monete parve currentis pro resta emolumenti portus Robionis de tempore quo illum tenuit, it. in summa xiii flor... pro resta xx flor. sibi per dict. consules nomine universitatis.. traditorum dum accessit ultimate Briansonem pro accedendo ultra montes ad serviendum in armis cum aliis franchis archeriis hujus patrie Xpistianissimo dom[o] nostro regi dalphino.., non habeatque unde ipsas summas solvere possit.. ; hinc.. est quod anno Dom[i] M[o]D[o] et die xix[a] mens. decembris, ser[mo] principe et dom[o] nostro d. Ludovico D. g. Francorum rege, Viennen. dalphino, ac ill[i] princ. et d. d. Cesare Borgia, de France, duce Valentinen. comiteque Diensis potenter triumphantibus,.. prenom. Petrus Arthaudi... vendidit... ac in solutum et pagam dict. liii flor. desamparavit... hon[bus] viris

Karolo Laurencii et Amando Salamonis, consulibus et rectoribus pres. ville M. A..., II flor. et IX gros... annuales... in quolibet festo b^i Johannis Batiste.., precio LV flor... Acta.. Montillii Adhem., in appotheca domus mis notarii.., present. Glaudio Mures, Anduolo de Ribeyrolis, Jacobo Guimberge.., et me Johanne de Arboribus, not. dalph. et d. ducis et comitis auctt. publ...

(*) Original parch. de 95 lign., coté nº 200.

CXLIX*. *11 avril 1504.*

In nomine Domini, amen. Noverint... quod anno beatis. Nativit. MºDºIIIIº et die XIª mens. aprilis,.. d. Ludovico D. g. Francorum rege, Vienen. dalphino comiteque Valentinen. et Diensis.., apud villam Montillii Adhem.., in hospicio comuni ejusd. ville, in quo erant.. hon^les et discr. viri Natalis Franchessini et mag. Simondus Courteti, consules et rectores ville predicte, necnon egr. vir d. Johannes Vitalis, jurium baccallarius, Johannes Orcelli, Anthonius de Quercore, Mondonus de Ranco, consilliarii dict. consulum, aliis.. vid. Laurencio Riberti et Jacobo Dalmacii... absentibus,.. pro nonnullis affariis.., comparuerunt... hon. et disc. viri Matheus Agaronis, Petrus Alixent, Franciscus Silvi, operarii monete que cuditur in villa pred. M. A., et Anthonius Rossoleti, monetarius dicte monete, qui unanimiter... signifficarunt eisdem dd. consulibus... se.. habere certas appellationis causas in laud^li et suprema curia parlamenti Dalphinatus pendentes indecizas... inter ipsos exponentes.. ex una et dict. consules... ex alia partibus, vid. unam super tabernagio vini, aliam.. super custodia portalium ipsius ville M. A. et reliquam super emolumento ponderis farnagii dicte ville, quarum pretextu.. ipsi invicem multum litigaverunt tam in curia appellationum pres. ville M. A. quam in dicta supr. curia magn^ci Dalphin. parlamenti, et prosequtione ipsarum multas.. expensas... exposuerunt.., eo quia dicebant non teneri ad solucionem tabernagii sicuti nec ad custodiendum portalia dicte ville nec ad solucionem juris farnagii, tamen fuerunt condempnati ad solvendum tabernagium et farnagium sicuti ad custodiendum portalia, de quibus condempnationibus ipsi appellaverunt; et cum ipsi monetarii abinde seu amplius non intendunt litigare.., considerantes... quod injustas fovent causas..., renunciant jamdict. litibus.. ; et ibidem... dd. consules et consilliarii... ipsam renunciationem... acceptaverunt... Hinc igitur... est quod... consti-

tute dicte partes... de predict. causis... transhigerunt et transhactionem... inhierunt ; et primo... quod de expensis... quelibet pars... debeat supportare... suas.. ; item plus... quod farine capte ad instanciam farnagiorum dicte ville a dict. operariis et monetariis... distribuantur Dei amore Xpisti pauperibus, et quod alia pignora eisdem capta... sine custu reddantur.. ; item... quod prenom. operarii et monetarii... teneantur... abinde in anthea solvere emolumentum farnagii ad rationem qua ceteri habitantes... solvunt.., sicuti et emolumentum soqueti vini.. sicuti alii.., necnon arreyragia.. ; item... quod dicti operarii et monetarii teneantur... contribuere in omnibus univ. et sing. honoribus et oneribus ac subsidiis dicte ville... ut ceteri habitantes.., etiam custodiendo portalia.. cum locus affuerit : et hoc citra... prejudicium libertatum ipsorum operariorum et monetar. eisdem per dd. principes concessarum.., et causarum indecizarum in ead. curia parlamenti Dalph. super jurisdicione ipsorum, et banni campestri et causarum tangencium principem.... Acta fuerunt hec Montillii Adhem. in dicto hospicio communi dicte ville, present. ven^bus viris dd. Johanne Serreti, Nicholao Ministralis, presbiteris.., et me Johanne Julliani, notario auct. dalph. publ...

(*) Original parch. de 103 lig., coté nº 34. Suit, datée du 17 suiv., l'adhésion de « nob. viri Thomas et Johannes Regis, pater et filius, operarii monete que cuditur in villa M. A... Acta... present. ven^bus viris dd. Johanne Pascalis, sacrista, Johanne Granovelli, canonico ecclesie collegiate S^e Crucis... »

CL*. *24 décembre 1509.*

In nomine Domini, amen. Noverint... quod anno M°D°IX° et die xxiiii^a mens. decembris,.. d. Ludovico D. g. Francorum rege, Viennen. dalphino,.. Valent. et Diensis comite.., cum ex ordinatione seu arresto in insigni curia magn^ci parlamenti Dalphinatus Grationop. lata... inter mag. Bartholomeum Jammoti, artium et medicine magistrum, agentem.., et consules seu rectores comunitatis hujus ville Montilhii Adhemarii,.. se deffendentes, jamdicti consules fuerunt compulsi per... d. Johannem Giraudi, jurium licenciatum, vicecenescallum et judicem comitatuum Valentin. et Diensis villeque pred. Mont. Adh. ac ressortuum Valdanie, commissarium per dict. dalphin. parlamentum deputatum, ad emendum domum Columberii, cum tenemento vinee, grangie et prati dicti Jammoti sitas in mandamento hujus ville M. A., loco dicto a la Loubyere, que domus

Columb. cum vinea... confrontantur ab oriente cum terra heredum nob. Anthonii Branquardi, ab occidente cum terra Amandi Albanelli, grangia vero et pratum confrontantur a bisia cum itinere S[i] Projecti et a vento cum ripperia Robionis, ad extimam proborum per partes electorum... DCCCL floren. monete parve currentis, et pro quo precio domum Columb. cum vinea, grangia et prato emerunt.., quod precium realiter solverunt et pro quo solvendo mutuo receperunt ab hon[bus] viris Johanne Charpandi et Guilhermo de Plano, tutoribus Karoli Vaxilionis, filii et heredis cond. Guilhermi Vaxilionis DCCC floren. monete pred... in peccuniis auri et argenti ; cumque consules et comunitas... non habeant peccunias in promptu paratas unde dict. summam... restituere possint.., hinc est quod... hon[les] viri Amandus Salamonis et Franciscus Chapusii, consules et rectores... ville M. A.., cum consilio et consensu hon. virorum Johannis Gontardi, mag. Johannis Rahuti notarii, Johannis Mures, Laurentii Ripparie et Jacobi Blanchardi, suorum... consiliariorum,... in sollutum et pagam dict. DCCC floren... vendiderunt... dictis.. J. Charpandi et G. de Plano... xl flor. monete parve currentis, computatis xii solludis Turonen. pro sing. floreno, annuales, pencionales, reddituales et mortuos... in festo b[i] Micaelis.., precio DCCC floren.., quod habuisse confessi fuerunt... Actum Mont. Adh., in domo ville et in camera superiori ejusdem, testibus present. ven[bus] viris dd. Johanne Charpandi, canonico, Jacobo Filioli, corario, presbiteris ven[lis] ecclesie collegiate S[e] Crucis ejusd. ville.., et me Johanne de Arboribus, not. dalph. auct. publ... †

(*) Original parch. de 90 lig., coté n° 192.

CLI*. *Mars 1515.*

Franciscus, Dei gracia Francorum rex, dalphinus Viennensis comesque Valentin. et Diensis, dominus Montillii Adhemarii... *(ut ch. CXLVI)*... Datum Parisius, in mense marcii anno Domini M°D°XIIII° et regni nostri i°. Per regem dalphinum, de Beaune not., visa Contentor, L. de Besze not., du Tillet, registrata.

(*) *Cartul*, f° 61 r°. — Arch. de l'Isère, reg. *I[us] liber copiarum comit. Valen. et Diensis DD* (B. 288), cah. III[c] lxxix.

CLII*. *4 juin 1520.*

Guilliermus Gouffier, regii ordinis miles, dominus de Boniveto, admiraldus Francie, consilliarius et cambellanus regius, guber-

nator persone ser^mi dom^i nostri dalphini et patrie Dalphinatus,.. volumus notum fieri quod.., procedendo in quad. causa supplicationis in curia parlamenti Dalphin. mota... inter dominos trium statuum hujus patrie Dalph. ac eorum procuratorem, supplicantes hinc, et scindicos et consules Montillii Adhemarii, necnon scindicos Vappinci, Ebreduni et alias communitates, supplicatos inde.., comparuit egr. d. Gaspardus de Fonte, jurium doctor, procurator dict. trium statuum, qui visa ordinatione facta continente commissionem egr. dominorum camere compotorum dalphin. ne partes occasione supplicatorum diutius litigent, prehabita super hoc conferencia cum dd. commissis, est contentus quod causa huj^di summarie decidatur per dict. dominos, consulta prius curia.., advertendo quod producta ex àdverso non videntur obstare petitis, quia loquntur de exhemptione non veniendi ad status, non solvendi dona vel subsidia, etc., quia nunc contra ipsos illud non queritur, sed solum racione utilis gestionis negociorum.. ; comparuit mag. Joffredus Chossignionis, procurator.. dict consulum Mont. Adh., qui.. ad latiorem justifficationem exceptionum per dict. consules oppositarum.., impedientium litis contestationem, que sunt exceptiones judicati et litis finite et prescriptionis ac privilegiorum, libertatum et exemptionum latius declaratarum... Dicta curia.., visis imprimis supplicatione et licteris partis supplicantis.. : « Artus Gouffier, comes de Stampis et Caravasii, baro de Mauleurier, dominus de Boysi, consilliarius et cambellanus regius, gubernator Dalphinatus... Dat. Gronopoli, die xxvi^a mens. marcii anno Dom^i M^oD^oXIX^o ; per d. gubernat. ad relac. curie qua erant dd. An. Palmerii, Pe. Laterii, F. Marchi, Ste. Oliverii, Jo. Morardi, Ja. Galliani et Me. Clavelli. Chapuisi » [1].. ; visis insuper quibusd. articulis parte d. procuratoris trium statuum... productis.. ; visa etiam quad. relatione per dd. camere computorum dalph. auditores facta.. ; visa denique quad. cedula parte ipsorum hominum Montillii Adhem. producta tenoris sequentis : « Homines et habitantes Mont. Adh., visis supplicatione et articulis per dd. trium statuum et procuratorem patrie Dalphinatus contra eos datis, opponunt expresse et continue obiciunt contra eosdem... supplicantes exceptiones rei judicate et prescriptionis... et hoc ad effectus impediendi litis ingressum et ad impediendum processum et ulteriorem progressum, quia de hiis... fuit contra d. procuratorem patrie et etiam fiscum generalem dalphin. prolatum arrestum diffinitivum per hanc suppremam curiam in favorem eorund. hominum et habitantium M. A. de anno M^oCCCC^oLXII^o et de mense februarii..., ipsos...

liberos et immunes a talibus declarando.., et inde in observantiam talium privilegiorum.. ac ipsius arresti fuit perpetuum silentium... de an. M°CCCC°LXV° et de men. septembris impositum, et expost etiam talia fuerunt de an. M°CCCC°LXIX° et de men. januarii... interinata et observari mandata... ; petentes propterea humiliter et requirentes se relaxari et eisd. supplicantibus perpetuum silentium.. imponi.. »; visis etiam binis sententiis et libertatibus ac processu per dict. consules.. productis.., et demum visis comparitionibus partium procuratorum.., matura consilii deliberatione prehabita... curia parlamenti dict. consules et habitantes M. A. et Vappinci consupplicatos a supplicatis in eos... relaxat, expensis compensatis... Datum Gronopoli, die IIII^a mensis jugnii anno Domⁱ M°D°XX°. — Per dom. gubernatorem ad relacionem curie qua erant dd. Falco d'Aurilliaco miles, presidens, Anth. Palmerii, P. Laterii, B. Raboti, F. Marchi, Ste. Oliverii, Jo. Morardi, Ja. Galliani et M. Clavelli. Chapuisi.

(*) Original vélin de 2 peaux, coté n° 121 ; fragment de sceau.

(1) Il y eut notification, le 30 juil. « in loco Ebreduni », aux hommes « Seilliaci » et aux consuls « ipsius loci Ceilliaci, in personam Jacobi Fornerii », aux hommes « Sancti Crispini, in person. Anthonii Lyonci, olim consulis Sⁱ Crispini », aux hommes « de Trenolio, in pers. Breti Giraudi, consulis de Tren. », aux hommes « de Varcio, in pers. Tierri Reynaudi, consulis dicti loci de V. »; le 31 « in loco Guilliestre » aux hommes « G., in pers. Anthonii David », aux hommes » Sancti Clementis, (in pers.) vocati Maritan, consulis » ; le 2 août « in Castroruffo » aux hommes « Castri Rodulphi, in pers. Michaelis Moteti, consulis dicti loci, seu Anthonii Moteti », aux hommes « de Chaucella, in pers. Glaudii Joberti, consulis » ; le 4, aux hommes « Bastide Nove, in pers. Jacobi Calhoni et Guilliermi Guirmanda, consulum B. N. », aux hommes « Bastide Veteris, in pers. Anthonii Meysonerii et Petri Rostagni. consulum B. V. », aux consuls « de Rambo » ; le 5, aux consuls et aux hommes « Vappinci, in pers. nobilium Jacobi Reyvellini et Johannis Olphi, consulum V. », aux consuls « de Stoutis, scil. Johan. Fabri et Lantelm. Ysoardi », aux hommes « Castri Veteris, in pers. Rodulphi Lhaufredi et Glaudii Bonerii de Castro Veteri, consulum dicti C. », aux hommes « de Polhinaco et de Fara, Noyerio, in pers. Anthonii Roberti, scindici de Polliniaco, Petri Prillis, scindici de Noyerio, Andree Roberti, castellani de Polhinaco, Guilliermi Blache et Johannis (...), consulum de Fara » ; à Gap, aux hommes « Lazari, in pers. Spiritus Galabrun et Anthonii Eymerici, consulum dicti loci L. », aux hommes « de Rabodo ». aux consuls « capituli Vappinci, in pers. » des susdits ; le 7, aux hommes « de Gleysiaco, in pers. Anthonii Maximini ».

CLIII*. *8 septembre 1523.*

FRANCOYS, par la grace de Dieu roy de France, daulphin de Viennoys, conte de Valentinoys et de Dyoys, a tous ceulx qui ces

presentes lettres verront, salut. L'humble supplication de noz bien amez les consulz, manans et habitans de notre ville de Montelymard avons receue, contenant que paravant que lesdictz supplians et lad. seigneurie de Montel. fussent remis soubz la seigneurie et main dalphinale, leur furent dès l'an 1198 données et octroyées par les seigneurs dud. lieu de Montel. qui lors estoient... plusieurs beaulx previlleiges, franchises et libertez et entre autres de non payer ne contribuer a aucune taille, queste, quote, subside, don ou octroy pour quelque cause ne occasion qu'elle fust mise ne imposée, et s'il advenoit que lad. franchise et exemption fust par eulx ou leurs successeurs... autrement violée ou enfraincte, leur fut octroyé en ce cas que lesd. habitans fussent quictes et exemptz d'eulx et de leur seigneurie et de tout le serment de feaulté, et ainsi le promisrent et jurarent..; lesquelles franchises, lib. et prev. ont esté confirmées et ratiffiées ausd. supplians tant par feu Loys de Poictiers, alors conte de Valentinoys et de Dyoys et seigneur en partie dud. lieu de Montelymard, par feu Mathieu de Foys, lors gouverneur dud. Daulphiné et desd. contez.., et dernierement.. par nous aussi.. dès l'an 1514 et du moys de mars, et en oultre l'an 447 en faisant par le roy Loys XI[e] l'acquisition de l'autre moictié d'icelle seigneurie de Montel... leur fut... octroyé qu'ilz puissent estre deslors en avant aucunement mandez ez congregations des troys estatz desd. pays, et si mandez estoient qu'ilz ne fussent tenuz d'y aller, ne aussi de contribuer aux subsides et autres charges..; et pour ce que depuis environ l'an 1452 lesd. supplians avoient esté par les gens desd. troys estatz assis et imposez.., furent ausd. supplians par led. seig[r] roy Loys XI[e] octroyées autres lettres patentes par lesquelles fut déclairé son voulloir et intention avoir esté et pour lors estre qu'ilz fussent quictes et exemptz de toutes tailles, questes et subsides dalphinaulx..; nonobstant lesquelles choses ceulx desd. troys estatz.., tendans de tout leur povoir adnuller lesd. franchises, prev. et lib., se sont efforcez... de asseoir et imposer lesd. supplians a contribuer ez tailles, dons et octroys... et a chacune foys ont esté contrainctz.. obtenir... provisions pour les en faire tenir quictes et paisibles et les faire oster et rayer du papier et registre de lad. chambre des comptes du nombre des feux taillables, sur l'enterinement desquelles lettres et provisions se sont meuz plusieurs proces oud. parlement de Daulph..; et depuis fut tellement proceddé que par plusieurs arrestz dud. parlement... a esté dict et declairé... que lesd. lettres... seroient et de faict ont esté... enterinées..; et combien que veu et actendu la teneur desd. previlleiges.. et lesd.

lettres patentes et provisions.., ensemble lesd. arrestz confirmatifz d'icelles.., ce nonobstant lesd. gens des troys estatz de Daulph., soubz umbre de certain don et octroy par eulx a nous faict de la somme de 30000 livres Tournoyses pour l'entretenement de mille hommes de guerre pour la deffense dud. pays, se sont efforcez comprendre et asseoir avec eulx à la contribution desd. 30000 liv. et de faict ont iceulx supplians tauxez en la somme de 224 liv. 17 soulz 6 den. Tourn., en contrevenant directement a leursd. franchises, prev. et lib.; et pour ce que iceulx supplians leur auroient remonstré lesd. previlleiges et arrestz.., iceulx gens desd. troys estatz... par importunité de requestes ou autrement auroient trouvé moyen d'obtenir certaines lettres patentes de nous, les 1res données a Lyon le 21e jour de may 1522 et les 2des données à Sainct Germain en Laye le 20e jour d'avril 1523, en forme de declaration adressans aux gouverneur et gens tenans notre court du parlement de Daulphiné et a tous noz autres justiciers pour contraindre lesd. supplians comme les autres villes et villaiges dud. pays de Daulph. exemptz et non exemptz et nonobstant quelzconques previlleiges, exemptions et declarations, *etc.*; et pour ce nous ont lesd. supplians humblement supplié et requis... Pour quoy nous, actendu.., considerans.., avons iceulx supplians par bonne et meure deliberation declairé et declairons que pour quelque assemblée et convocation ne pour quelque assiette, quotisation et imposition de tailles ordinaires ou extraor-es et d'octroy, *etc.* n'avons entendu et n'entendons avoir esté fait aucun prejudice ne desrogation ausd. supplians ne de leursd. previlleiges.., ains de notre certaine science, grace especial, plaine puissance, auctorité royal et delphinal voullons et nous plaist que en ensuivant leursd. previlleiges, arrestz et possession immemorialle ilz soient maintenuz et gardez en iceulx et tenuz francs, quictes et exemptz desd. impostz... et de toutes autres impositions.., sans que leur soit faict ne donné aucun trouble ne empeschement, ne qu'ilz puissent estre contrainctz... de comparoir ausd. troys estatz.., et des a present les avons mis et mectons dehors de tous proces.., et quant ad ce imposons silence a notre procureur general dud. Daulphiné.. et a tous autres; si donnons en mandement... Donné a Lyon, le 8e jour de septembre l'an de grace 1523 et de notre reigne le 9e. Par le roy daulphin. Hervouet.

(*) Inséré dans l'acte du 11 avril 1535; scellé de cire rouge.

CLV*. *8 avril 1525.*

ANNO Domi MoDoXXVo et die sabati numerata VIIIa mensis aprilis, dies sentenciarum qua.. apud Gracionopolim, in consistorio insi-

gnis curie.., audientie hora comparuerunt procuratores partium respective petentes.., et dicta curia... parlamenti, actentis deductis et productis ac justificatis in hujdi causa, supplicata consulum Montillii Adhemarii, Duzere, Castrinovi ad Rhodanum, Vapinci et castrorum episcopalium necnon castrorum archiepyscopalium Ebredunen. fieri debere ipsosque supplicantes non teneri contribuere cum gentibus trium statuum patrie Dalphinatus in aliquibus subsidiis ordinariis aut extraor-is, ipsos propterea a rotulis contributionum si inrotulati reperiuntur tolli et radiari in casu de quo agitur, et ad summas per curiam taxatas in aliis casibus, eminentibus periculis guerre pro tuitione et defensione hujus patrie, et... similibus per curiam tamen summarie et sine processu declarandis, quibus casibus evenientibus quotisabuntur prefati supplicantes separatim et ad partem ab aliis subditis dalphinalibus et perequatione trium statuum, ne pretextu talis quotisationis in futurum aliqua consequentia in prejudicium libertatum et previlegiorum dict. supplicantium induci possit aut valeat, expensis compensatis.

(*) Inséré dans l'acte du 11 avril 1535.

CLV*. *30 août 1527.*

In nomine Domini, amen... Notum sit et magniffestum quod anno Domi MoDoXXVIIo et die penult. mensis augusti, apud villam Montillii Adhemarii. Valentin. diocesis, et in domo habitacionis nob. et spect. d. Theodorii Muleti, jurium doctoris, vicesenescali et judicis majoris commitatuum Valentinen. et Diensis villeque Mont. Adh. ac Valdanie ressortuum, ibidem super quad. cathedra fustea pro tribunali sibi ellecta more majorum suorum sedente.., comparuerunt honles viri Jacobus Roche et Franciscus Jubini, consules et rectores dicte Mont. ville, cum assistencia honlium virorum Glaudii Colas, Xpistofori de Quercore et Stephani Faveti, Glaudii Gayeti et Guillermi Darbonis et Stephani Lamedieu, suorum consilliariorum, necnon hon. vir. Francisci Chappusii, Michaellis et Anthonii Franchessini, Amandi Tenoti et Duroni Gayeti, habitatorum dicte Mont. ville, qui organo discr. viri mag. Ludovici Tenoti, notarii.., dicto d. vicesenescallo et judici exhibuerunt et presentaverunt supplicacionem et litteras a magnco dalphinali parlamento obtentas.., eidem.. directas, per quas eid. precipiendo mandatur et committitur quathinus libertates, arresta, sententias et alias publicas et auctenticas scripturas

dict. consulum et comunitatis Mont. vidimari faciat.., petentes... in presentia spect. et egr. dd. Ludovici Rivalis, jurium doctoris, Guilhermi Tenoti et Ludovici Burgensis, jurium licenciatorum, magg. Johannis Reparati, procuratoris fiscalis dalphin., et Anthonii Gronhi, clavarii et receptoris jurium et emolumentorum dalphin. dicte M. ville, necnon nob. Humberti de Urro, domini Toschie, d. Bartholomei Jamoti, arcium magistri et in medicina doctoris, ven.q. virorum dd. Donati Sestoris, Blasii Arnauldi, canonicorum, Nycolay Franchessini, corarii ecclesie colegiate Sancte Crucis Mont., et nob. Raymundi de Prato, de Roynaco,.. quathinus predict. libertates... vidimari et transumptum sive vidimus in libri volumine et alias publ. et auctent. forma faciat, ut... plena fides adhibeatur et illi stetur ac si essent originales scripture.., exhibentes realiter et presentantes... libertates predict. descriptas.., sanas et integras, non cancellatas, non viciatas, non razas, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes... Qui quid. d. vicesenescallus, judex et commissarius... paratum se obtulit... « Franciscus, comes Sancti Pauli, locuntenens generalis gubernator Dalphinatus... Dat. Graciopoli, d. 28 m. jullii an. D. 1527 ; p. d. gubern. ad relac. curie, Berthalis. » — F° 2 v°, *ch. LXXVII, p. 203-9 ;* f° 12 v°, *ch. LXXXVII, p. 221-35 ;* f° 26 v°, *ch. LVI, p. 135-42 ;* f° 49 v° Tenor alterius instrumenti franchesiarum Montillii, *ch. XLVII, p. 113-7 ;* f° 56 v°, *ch. CVIII, p. 266-7 ;* f° 58 v°, *ch. CXXII, p. 283-5 ;* f° 59 v°, *ch. CXL, p. 310 ;* f° 60 v°, *ch. CXLVI, p. 323 ;* f° 61 r°, *ch. CLI, p. 328 ;* f° 62 r° Franchesie Dalphinatus concesse per illustrem principem dom. Humbertum dalphinum Viennensem, *avec rubriques*, Valbonnais, *Hist. de Dauph., t. II, p. 586-93 ;* f° 77 r° Infra continentur statuta et ordinationes generales facte per spectabilem et magnifficum virum dom. gubernatorem Dalphinatus, locumtenentem domini nostri dom. dalphini Viennensis, vicarii imperialis, *Libertates, édit. Pichat et Bertolet, f° ij-x ;* f° 90 r° Confirmationes libertatum Montillii Ademarii concesse per illustrissimum principem dom. Ludovicum dalphinum Viennens., *ch. CXXII, p. 283-5.*

(*) Registre in-folio composé de 99 feuil. de vélin, soit 8 prélim. et 91 numérotés, mesurant 44 cent. sur 30, relié en veau sur fort carton. Au r° du f° 1 : LES LIBERTES (en or avec initiale à dessins) DE LA VILLE DE MONTEIL AYMAR, COMMENSANT AU TEMPS DU pape Clement septiesme l'an 1385, regnant et dominant illustrissime seigneur seigr Loys de Poytyers, en son vivant conte de Valantynoys et Dioes, en ensuyvant du temps du pape Benoyt 17 de ce nom, courant l'an de l'Incarnation du Filz de la Vierge 1395. — Item lesdictes libertes ont heu commencement vivant seigneurs

Giraud Adeymar et Lambert Adeymar, seigneurs dudict Monteilh Aymar en l'an 1198, ainssin qu'il appert au 41 feuillet, au 83 article, et plusieurs aultres lieux et passaiges, comme il appert en la table suyvant, et consequemment trouveres comment lesdictes libertes ont este confermees par messeigneurs les contes jadis du pays et par messeigneurs illustrissimes princes et seigneurs Daulphins jusques au present Francoys, treschrestien roy de France, premier de ce nom, daulphin de Viennoys, ainssin qu'il appert et trouveres au feuillet 61. Et ont este achevees de grosser l'an 1538 et le 18 decembre, au quel temps estiont conseulz et conseillers honnorables seigneurs gouvernantz ladicte ville du Monteihaymar sire Raymond Repara, sire Anthoine Aulbert, conseulz, s[e] Charles Febysses, s[e] Jacques Montchamp, s[e] Francoys Coulas, s[e] Jehan Musi, sire Laurens Archyas et Guillaume Noret, conceillers ». Au v° du 2[e] : « LIBERTATES (en blanc sur fond noir) MONTILLII ADEMARII CONCESSE PER DOMINOS COMITES ET ILLUSTRISSIMOS PRINCIPES ET DOMINOS DELPHINOS ». Au r° du 3[e] : « RUBRICA SIVE TABULA LIBERTATUM ; ce sont des sommaires correspondants à la série d'articles inscrite en marge suivant l'ordre de transcription.

CLVI*. *12 septembre 1528.*

